Collationes Brugenses

OPUS PERIODICUM

auctoritate Ill^mi ac Rev^mi Episcopi Brugensis

ET OPERA

RR. DD. Professorum Maj. Sem. Brugen.

EDITUM

Labia sacerdotis custodient scientiam
MAL., II, 7

TOMUS II

COLLEGE LIBRARY Alma, California

BRUGIS FLANDRORUM
Typis A. Van Mullem-Van Haelemeesch
MDCCCXCVII

25280

v.2
1897

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra, tom. I, p. 513).

ARTICULUS II.

De cognitione existentiæ et agnitione Dei, viribus naturæ integræ.

33. Nullus mirabitur nos tanta cura ac diligentia processum rationis per creaturas ad Deum descripsisse, qui attenderit solam existendi rationem creaturarum inferiorum in eo esse, ut superioribus creaturis ratione præditis usui sint in finem suum prosequendum, et longe principem finem ad quem a Deo conditæ sunt eædem inferiores creaturæ esse ut homini suum manifestent Creatorem, principium suum et finem ultimum. *A magnitudine enim speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri* (SAP., XIII, 5). *Invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur : sempiterna quoque ejus virtus, et divinitas* (AD ROM., I, 20). Sapientes hujus mundi creaturas suis meditationibus prosequantur, ut naturam ejusque leges scrutentur, mirabilia detegant, plura nova in usum præsentis vitæ derivent, nos vero præcipuam creaturarum utilitatem et usum non solum in vitam præsentem sed in æternam vitam merito attendimus, easdemque creaturas et earum mirabilia consideramus ut gradus ad summum Deum cognoscendum, ut speculum in quo relucent, quamvis obscure nimis, divinæ perfectiones, ut jam sic Deum agnoscamus, laudemus ac amemus. Equidem scimus Deum dignatum esse seipsum immediate revelare et suam in nobis cogni-

tionem ac dilectionem altius ultra omnem naturam extollere, hisque postea mentem applicabimus ; at manet tamen hic primus per creaturas ad Deum ascendendi gradus, semperque natura supponitur gratiæ.

§ I.

De cognitione existentiæ Dei.

34. Vidimus quomodo ratio per creaturas conscendat ad notionem spiritus infiniti, quo major cogitari nequit, ita ut ad altiorem notionem ascendere non possit ; vidimus etiam quomodo primum conferendo hanc notionem cum notionibus omnium creaturarum quas antea efformaverat, sponte deducatur ratio ad quærendum an existat hujusmodi spiritus infinitus, cujus quidem notio includit necessario notam existentiæ. Præterea, natura sua, ut sæpius diximus, ad cognitionem perfectam quæ est in judicio contendit intellectus : et cum reliquæ omnes notiones prius efformatæ sint objectivæ seu concipiantur ut rerum objective existentium, hæc tamen notio spiritus infiniti, quam a creaturis abstraxit et cujus objectum seu ipsum Deum non vidit, est de se mere subjectiva, adeoque utrum sit objectiva statim intellectus inquiret, ut judicare possit : Deus existit.

Absque difficultate ad hoc judicium perveniet : nam, conferendo ut dictum est notionem spiritus infiniti cum notione finiti, abstrahendo ab hujus existentia, vidit talem esse inter utramque relationem, ut infinitum in sua notione includat existentiam, ut sit a se seu melius αυτὸ ὄν, et a quo omnia extra se in existendo dependeant : contra finitum, eo quod finitum est, concipi necessario ut non a se et ut petens extra se causam existendi. Hoc posito, sufficit reflectere ad realem existentiam finiti, dicendo : Atqui, finita evidenter existunt realiter, ut liceat concludere : Ergo infinitum realiter existit ut causa finiti. Nemo non videt hanc

esse viam facilem certo cognoscendi existentiam Dei. Quam quidem cognitionem reflexe intelligere et explicare, est demonstrare existentiam Dei, et quæ sic conficitur demonstratio solida est et clara, nec pendens a systemate quod quis amplectitur originis idearum. Plures aliæ sunt pro diversis adjunctis, in quibus versatur homo, obviæ demonstrationes existentiæ Dei, tum in ordine physico, tum in ordine morali, quibus nostrum non est immorari. Cæterum, via quam secuti sumus perveniendi primum ad Deum cognoscendum, via naturæ est et unica homini, suis naturæ viribus relicto, absque doctrina extrinsecus accepta : intellectus enim hujusmodi hominis, sibi rerum notiones efformans, continuo ascendit, nec locum invenit sistendi donec ad notionem spiritus devenerit ; hanc autem postquam adeptus est quæ prima est notio alicujus perfectionis simpliciter simplicis, simulque prima non objectiva seu non immediate percepta, jam primum locus est sistendi in ea notione qua tali, et primum etiam locus quærendi an sit objectiva, seu an existat realiter spiritus, quo major cogitari nequit.

§ II.

De agnitione Dei.

35. Eo ipso quod homo ita pervenit ad cognitionem Dei existentis, nondum eum continuo agnoscit ; videt tamen esse agnoscendum, et agnoscendum quidem non solum mere theoretice, sed ob reverentiam summæ Veritatis, ut principium et finem supremamque Majestatem, quam laudare ac diligere, cui servire ex gravi obligatione oportet. Quod Ethnici cum non fecerint, sunt *inexcusabiles,* teste Apostolo Paulo (AD ROM., I, 20 et 21), *quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt : sed evanuerunt in*

cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum. Ratio cur hoc fieri possit est quod, quando intellectus in hac vita objectum immediate percipit vel mediante sensu, hoc ipso absque interventu voluntatis, objectum existens agnoscit ; verum, quando objectum ipsum non intuetur, nec percipit sensu, clare quidem mediante ratione percipere potest necessitatem affirmandi seu agnoscendi existentiam objecti, ita ut negare quidem non valeat, nec *rationabiliter* dubitare, non tamen ita ut absque interventu voluntatis affirmet seu rapiatur in assensum positivum. Ita, in re nostra, cognitio Dei est omnino certa, præterea tam vividus est erga divinam majestatem obligationis sensus, ut voluntas præsertim integra nonnisi vero crimine reniti possit ; nec de facto, etiam non integra, renititur nisi ob motiva practica, quia Deum practice agnoscendum prævidet et renuit. Attamen homo cognoscens certo existentiam Dei, dum Deum agnoscit, id, imperante bona voluntate, libere præstat ea libertate qua simpliciter ab agnitione abstinere posset. Ex quibus habes quo sensu sint necne veri *athei* positivi, seu theoretici, seu practici. Practici absolute sunt. Theoretici, qui apud se Deum negare valeat, nemo est ; qui de eo dubitare aut certo cognitum non agnoscere, mala tamen fide, possint, inveniri queunt.

36. At nos, Domine Deus, quam libenter agnoscimus te, humiliterque adoramus, et laudamus qui *omnia in mensura, et numero, et pondere disposuisti. Multum enim valere, tibi soli supererat semper ; et virtuti brachii tui quis resistet ? Quoniam tamquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, et tamquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram. Sed misereris omnium, quia omnia potes... Diligis enim omnia quæ sunt, et nihil odisti eorum quæ fecisti ; nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses ? aut quod a te vocatum non esset, conservare-*

tur? Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas animas. O quam bonus et suavis est Domine spiritus tuus in omnibus! (1)

§ III.

De perfectiore cognitione Dei quid sit.

37. Deum cognitum et agnitum remanet rationi perfectius jam quid sit cognoscere, rursum per creaturas tamquam per speculum et in ænigmate, imperfecta scilicet cognitione proportionali seu analogica, attamen vera. Namque Deum hac in vita intueri seu in se apprehendere ac videre non possumus, ideoque non est *propria* cognitio nostra divinæ perfectionis, sed quascumque in creaturis perfectiones limitatas deprehendimus, ad Deum, at modo ipsi proprio, id est, ut infinitas transferimus, ideoque *analogica* tantum est nostra Dei cognitio, propria tamen Deo (prout proprium opponitur communi), qua nempe Deum ab omnibus quæ sunt vel esse possunt finitis distinguimus. Estque nihilominus *vera* nostra Dei cognitio, licet imperfecta et analogica. Veritas enim et falsitas non est in conceptibus per se, sed in judiciis, quibus de subjecto prædicatum affirmamus vel negamus. Jamvero perfectiones, quas concipimus ideis inadæquatis et analogicis, Deo vere conveniunt, licet in eo sint modo perfectiori quam nos concipere possumus. Dum ergo eas perfectiones in Deo esse affirmamus, simul negantes ei convenire modo imperfecto quo eas concipimus, intelligentesque in Deo esse eminentius, quamvis distincte non assequamur quo modo in Deo sunt, profecto judicium nostrum verum est, vera cognitio, licet imperfecta. Et hæc est quam theologi vocant cognitionem quid Deus sit per notiones *affirmantes, negantes,* et *per excessum* seu *secundum eminentiam.*

---

(1) Sap., XI, 21-27, et XII, 1.

38. Sed quo ordine ac modo hanc cognitionem perfectiorem Dei quid sit et qualis prosequitur homo, ut et perfectius Deum agnoscat obque infinitas perfectiones continuo magis laudet ac amet ?

Immenso perfectionum pelago quasi immersa, vix videtur mens nostra certam posse eligere viam. Etenim unum illud Esse simpliciter infinitum et infinite simplex apparet tamquam complectens perfectiones creaturarum excogitabiles universas, nec uno tamen omnes eodemque modo, sed pro illarum varietate alio atque diverso ; nosque, pro imperfecto nostro cognoscendi modo, multiplicibus indigemus notionibus, inadæquatis et analogicis, ut illud Esse quodammodo concipiamus. Igitur, licet harum omnium notionum objectum unum sit in se et simplicissimum, non tamen omnibus respondet notionibus secundum eamdem rationem, sunt ergo illæ inter se diversæ, et vocabula quibus significatur earum objectum non sunt synonyma, ita ut, quod in Deo una infinita et simplex perfectio est, nos per plures perfectiones formaliter distinctas concipere et exprimere cogimur ex creatis deductas ; Deo tamen applicando hunc concipiendi modum, eum corrigimus addendo non esse in Deo realiter distinctas perfectiones illas, sed in eo unum infinitum respondere omnibus nostris notionibus et perfectius quidem quam concipere et edicere valeamus.

Juxta hunc modum, ratione distinguimus in Deo essentiam et proprietates absolutas, hasque inter se, et attributa, hæcque ad invicem ; sicut in creatis distinguimus essentiam, seu esse, et quæ omne ens sequuntur, videlicet, unum, verum, bonum, et tandem quæ ex determinata essentia profluunt perfectiones et qualitates, ut in homine intellectus et voluntas, etc.

39. Itaque, in divinis scrutandis perfectionibus, hæc videtur via magis naturalis et commoda, ut mens a notione incipiat sub qua Deum existere primum intel-

lexit, nempe a notione qua Deus concipitur αυτὸ ὦν, et a quo sunt omnia ; in hac notione αυτοῦ ὄντος, Esse actu, Esse simpliciter, seu plenitudinis Esse facile deprehendet nostro concipiendi modo consistere primam et generalissimam Dei perfectionem et quasi principium omnium perfectionum divinarum, in modum essentiæ, qualem essentiam metaphysicam in creatis concipimus (V. Collat. Brug., t. I, pag. 283) « Esse simpliciter acceptum, secundum quod includit in se omnem perfectionem essendi, præeminet vitæ et omnibus perfectionibus subsequentibus. Sic igitur ipsum Esse præhabet in se omnia bona subsequentia... Sed si consideretur ipsum esse, prout participatur in hac re vel illa, quæ non capiunt totam perfectionem essendi, sed habent esse imperfectum, sicut est esse cujuslibet creaturæ, sic manifestum est quod ipsum esse cum perfectione superaddita est eminentius. (1) »

Ex hac notione Esse absolutæ perfectionis ordine deducuntur reliqua omnia, tum proprietates absolutæ, tum attributa divina.

Essentia enim divina statim apparet una, tum unitate singularitatis, tum unitate perfectissimæ simplicitatis, excludentis omnem compositionem, et importantis actum purum.

Nec majori labore deducitur ex ea notione essentiæ divinæ, Deum esse ipsam veritatem, ipsamque bonitatem.

Si comparative ad tempus et locum consideretur essentia divina, concluditur divina æternitas et immensitas.

Si relate ad finitorum existentiam, apparet attributum omnipotentiæ divinæ.

Quod tandem reliqua attributa attinet, ipsa eadem notio essentiæ divinæ, perfectissimæ et simplicissimæ,

(1) S. Thomas, Summa theol., 1, 2, q. 2, a. 5, ad 2.

importat Deum esse spiritum infinitum, sub qua ratione primam initialem Dei notionem homo efformavit, ascendendo per creaturas ab infimis ad summa; adeoque apparet Deus, ut actus purus infinitus intelligendi ac volendi, ex quo deducuntur omnia attributa ad intellectum et voluntatem spectantia.

40. Hisce nunc evolvendis non immorabimur, sed remittemus ea ad alium locum. Ratio est, quod scopus noster hic sit demonstrare quomodo homo integer, suis nativis viribus, ad Deum cognoscendum pertingere possit, atque idem deinde in homine lapso examinare; quod quidem necessarium est tamquam præambulum ad cognitionem Dei supernaturalem. Quod autem idem homo ulterius possit plus minusve perfecte Deum quid sit attingere, sufficit ad hunc nostrum scopum breviter indicasse. Cæterum, hæc plenior perfectionum divinarum explicatio melius fit, post expositam doctrinam revelatam de divinarum Personarum trinitate in unitate ejusdem essentiæ: nam, inde plura perfectius et penitius intelliguntur, quæ cæterum rationi impervia non sunt; et aliunde, notiones rationales de Deo revelatione non mutantur, sed manent analogicæ, ad captum nostrum in statu viæ, et facillime discernuntur quæ sola fide, quæ vero et ratione noscuntur.

(Continuabitur).

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Februarii

—

I

R. Compone II Leg. XXIV, 14 : *Melius est ut incidam in manus Domini* (*multæ enim misericordiæ ejus sunt*) *quam in manus hominum,* cum Hebr. X, 31 : *Horrendum est incidere in manus Dei viventis ;* necnon cum Dan. XIII, 23 : *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.*

II

Ostende bonorum communitatem, de qua Act. Ap. II, 44, 45 ; IV, 32, 34, 35, prorsus differre a bonorum communismo atque collectivismo socialistico.

III

Indicato vero sensu uniuscujusque partis propositionis sequentis, ipsam ex S. Scriptura demonstra : Angelorum virtus finita et limitata est, et speciatim non cognoverunt naturaliter et cum certitudine futura libera, secreta cordium et mysteria gratiæ.

IV

An hæredes tuta conscientia petere possunt donationum sive legatorum reductionem ad portionem disponibilem ?

V

An valet promissio non revocandi testamentum ?

VI

A qui incombe l'obligation de pourvoir aux réparations du presbytère et de l'église ?

Responsa

ad quæstiones in conferentiis mensis Novembris 1896 propositas

—

I

Q. An I Reg. XXVIII, 11-20 verus Samuel Regis Saul oculis objectus fuit ? Quis hunc virum coram Saul deduxit ? Proba responsum.

R. « Gravis de hac historia quæstio Veteres recentioresque in utramque partem ancipites versat ; utrum scilicet verus Samuel Regis oculis objiceretur ; an mulier callida cum Propheta colloquium simulans, Regis credulitate abuteretur. Quis autem hunc virum coram Saule deduxit ? An ea fuit carminum magicorum vis ? an Deus nullo cogente ipse per se Prophetam ad colloquium misit ? S. Justinus, Origenes, Anastasius Antiochenus tantam fuisse Dæmonum authoritatem ante Christi ad Inferna descensum autumarunt, ut vel in animas Sanctorum imperium prorogarent. S. Augustinus nihil indecorum animæ Samuelis accidisse putavit, si Dæmonis opera coram Saule sisteretur, quandoquidem Dæmon olim in cœtu Filiorum Dei coram Domino adfuit ; ipsumque Dei Filium in pinnaculo Templi constituit.

Qui Samuelem nunquam Sauli videndum se præbuisse contendunt, non sibi satis consentiunt. Sunt, qui Dæmonem sub Prophetæ spectro cum Rege collocutum crediderint. Alii fœminam cum Propheta colloquium simulantem, ejusque nomine oracula fundentem, Saulem cæterosque fefellisse. Alii tandem nihil in ea re Dæmonis opera contigisse malunt, sed Deum data opportunitate Prophetam coram Rege statuisse, ut de morte ipsius, atque excidio præmonere-

tur. Rabbi Levi-Ben-Gerson hæc in mente Regis ludibria tantùm contigisse docet ; cum enim, ait, imminentis mali, atque minarum Dei terrore Saul agitaretur, turbatæ menti species Samuelis exhibita est, minitanti ore, atque imminens exitium annuntians.

Ex omnibus hisce sententiis nobis præ cæteris ea probatur, quæ Prophetam Sauli vere apparuisse defendit ; quamquam non id Pythonissæ præstigiis Dæmonis ope factum, sed unius Dei virtute, atque prodigio credimus ; Dei, inquam, qui justa in Regem, præstigia sectantem, pœna, ea data occasione, Samuelem futura mala prænunciantem misit. » Calmet, *Diction.* ad *Samuel.*

« Longe verius est apparuisse vere ipsam animam Samuelis in corpore aereo assumpto, quale assumunt angeli, dum hominibus apparent. Probatur

Primo, quia id clare et ample docet hic Siracides (Eccli. XLVI, 23) dum ait Samuelem *post mortem prophetasse,* et exaltasse de terra vocem suam in prophetia, adeoque hanc ultimam et maximam laudem dat Samueli ; cum potius ingens probrum et dedecus fuisset Samueli, si ejus umbra et forma usurpata a Dæmone serviisset Pythonissæ ejusque magiæ et incantationi.

Secundo, quia idem clare significat narratio rei gestæ, I *Reg.* XXVIII, 10 et seq., ubi *non alius nominatur, describitur, loquitur, prophetat,* quam Samuel Propheta.

Tertio, idipsum arguit ejus prophetia, qua graviter, vere et severe nomine Dei Sauli mortem, Hebræis cladem, ob scelera intentat et vaticinatur ; quæ omnia ad litteram uti prædixerat Samuel, evenerunt ; ut non dubium sit hanc non fuisse conjectionem vel illusionem diabolicam, sed verissimam prophetiam Deique oraculum.

Quarto, ita sentiunt plures et graviores auctores, nimirum S. Augustinus etc.

Objiciunt : Hæc umbra Samuelis obedivit Pythonissæ, ejusque magiæ, ac ejus incantatione dæmonisque vi et potestate suscitata videtur ; Pythonissa enim non alium quam suum pythonem, id est dæmonem familiarem, evocavit. Hoc autem indignum, imo impium est sentire de anima Samuelis Prophetæ, tam pii et sancti. Fuit ergo hæc larva dæmonis, non anima Samuelis.

Respondeo Samuelem apparendo non obedivisse Pythonissæ, nec ejus dæmonisque vi coactum fuisse sese ostendere Sauli ; sed jussu Dei sponte occurrisse Pythonissæ, imo prævenisse et impedivisse ejus incantationem et effectum. Id liquet :

Primo, ex eo quod cum Saul consuluisset Pythonissam, illico se ei ostendit Samuel, antequam ipsa sua carmina magica recitare, ritusque magicos (qui morosi et longi sunt) ad evocandam umbram Samuelis exercere posset, ut patet I *Reg.* XXVIII, 12.

Secundo, ex eo quod Pythonissa turbata est, cum vidit Samuelem, antequam eum evocaret. Samuel ergo non a Pythonissa, sed a Deo suscitatus, Pythonissæ sponte occurrit, et incantationes prævenit, tum ut eas impediret ne dæmon responderet, ait Cajetanus ; tum ut Saulem et Hebræos, pro hoc magiæ crimine aliisque sceleribus, denuntiatione mortis et cladis futuræ castigaret et plecteret... Simili modo, cum Balaam vellet consulere dæmonem pro Balac rege Moab, prævenit eum angelus Dei, ac sublimem illam de Israele et Christo prophetiam per ipsummet Balaam edidit. Num. XXII, 32...

Dices : Samuel apparens ait Sauli : *Quare inquietasti me ut suscitarer :* Ergo ad postulationem Saulis fuit suscitatus. Respondeo : Ita est ; at non ad postulationem Pythonissæ. Postulatio enim Saulis non causa, sed occasio fuit, cur Deus suscitarit Samuelem, ad Saulem castigandum et plectendum » a Lapide.

Verborum autem v. 19 : *cras autem tu et filii tui*

mecum eritis « sensus est, mortui eritis, et in communi statu alterius sæculi, id est, mortuorum. Vel etiam intelligi potest, quod essent futuri simul in loco infero. Nam inferorum loca erant plura. Unde etiam hinc non sequitur non fuisse ipsum Samuelem qui hæc dixerit, sed diabolum in ejus specie. Nam et Saul non aliter hoc intellexit quam de communi loco mortuorum. Nam si id intellexisset de receptaculo sanctorum Prophetarum, non parum potuisset id eum recreare : Jam vero, testante Scriptura, *Saul cecidit porrectus in terram : extimuerat enim verba Samuelis.* Non quod ipsum Samuelem sibi loqui non crederet, sed quia severe ipsius impietatem increpantem, et infaustam mortem prædicentem, audiret » Estius.

G. V. D. P.

II

Q. Explana Luc. VII, 47 « Propter quod dico tibi : *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Cui autem minus dimittitur, minus diligit ». Adde argumenta quibus innititur interpretatio tua.

R. Nonnulli interpretes, v. g. S. Gregorius M., Toletus, Beelen, Liagre etc. volunt illud *quoniam* significare non causam *rei,* seu *remissionis peccatorum,* sed *probationis.* « Propter hæc omnia, quæ narravi, o Simon, dico tibi unum : nempe ei remissa esse multa peccata,... quod eo signo et argumento manifestum esse potest, quia signa multa dilectionis erga me ostendit. Tu enim judicasti, et quidem recte, cui multum dimissum est, multum diligere, ac magis gratum esse erga creditorem debere. Ubi ergo ista multa dilectionis signa apparent, judicandum est magnam præcessisse peccatorum ac debitorum remissionem. Perpende igitur quam temere judicaveris, hanc mulierem esse peccatricem, et ab ejus tactu tamquam pollutæ cavendum ;

cum ex mira ejus gratitudine ac dilectionis magnæ argumentis debuisses colligere, multa ejus peccata ei esse remissa... Illud autem *multa* non significat non omnia esse dimissa, sed potius indicat omnia illius peccata fuisse multa » Toletus.

Argumenta hujus sententiæ :

1. « Nec temere particulæ ὅτι, *quoniam* eam tribui notionem ut non *causam* remissionis peccatorum, sed, Toleti verbis utor, « probationem indicet, quasi argumentum sit ab *effectu,* ut in hoc demonstratum sit ei remissa peccata multa, ex dilectione multa quam ostendit », satis constat ex hoc Joannis (1 Joannis III, 14) loco, ubi eamdem prorsus notionem particula illa obtinet : *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres :* q. e., Estio interprete : « Ex dilectione fraterna velut effectu et signo cognoscimus nos de morte ad vitam translatos esse : et quantum de illa certi sumus, tantum et de isto ».

2. Illam (interpretationem) exposcere videtur assumptæ allegoriæ ratio, ejusque conclusio ab ipso Christo probata : qua nempe non plus uni quam alteri debitori condonatum dicitur, quia unus plus altero creditorem dilexit, sed unus plus altero creditorem dilecturus asseritur, ideo quia plus uni quam alteri condonatum est a creditore. Ceterum Christus parabolam hanc adhibuit, non ut Simonem doceret qua ratione mulier peccatorum suorum remissionem esset assecuta,... sed ut Simonem adduceret ad colligendum ultro ex illis eximiæ dilectionis signis, quæ mulier exhibuerat, magnum huic a Christo creditore remissum esse debitum ; hanc igitur non amplius habendam esse peccatricem, neque culpandum Jesum quod ab ea se tangi sivisset.

3. Sequens quoque sententia propositam interpretationem comprobat. Non enim dicit Christus : *Qui autem minus diligit, ei minus dimittitur,* sed *Cui autem minus*

dimittitur, minus diligit. Remissionem igitur majorem vel minorem habet non ut *effectum* sed ut *causam* majoris vel minoris dilectionis.

4. Tandem, quod merito arguit Toletus, « animadvertendum etiam est, non hic agi de dilectione illa prima interiori, quæ una cum fide ad justificationem concurrit...; non enim hæc a Pharizæo videbatur, ut argumento convinci potuisset remissa illi fuisse peccata quia dilexit ; sed agitur de ea quæ post justificationem permanet, et signis ac operibus exhibetur » Liagre.

Magis tamen placet nobis sententia S. Augustini, Lyrani, Jans. Gand., Luc. Brug., Maldon., Estii, a Lapide, Tirini, Allioli etc., juxta quam illud *quoniam* significat causam *rei,* seu *remissionis peccatorum.* Etenim

1. « Christus non dicit : Cognosce, o Simon, remissa esse Magdalenæ peccata ex hoc quod ipsa me diligat, id est tanta dilectionis signa ostendat ; sed vice versa ait : « *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum,* » id est, remittuntur ei peccata hac de causa, quod ipsa me summe diligat, ideoque summe de peccatis, quibus me offendit, doleat. Hoc enim plane verba significant » a Lapide.

Quemadmodum enim in loco Joannis nobis primùm objecto (vide supra) dilectio fraterna diserte pronuntiatur esse *causa notitiæ* seu certum argumentum translationis de morte ad vitam, ita heic dilectio Dei clare exhibetur tamquam *causa rei,* seu remissionis peccatorum. Particulam *quoniam* eamdem in utroque loco significationem obtinere, lubenter concedimus, imo propugnamus.

2. « Clarum est, acta et lacrymas mulieris non esse gratias agentis, sed pœnitentis et remissionem peccatorum ambientis » Jans. Ipr. Namque « Magdalena, licet pœnitens et contrita, nesciebat tamen sibi remissa esse peccata, donec a Christo audivit : « *Remittuntur ei peccata* »: quare hæc signa dilectionis non potuit edere

ex gratitudine, ut scilicet se gratam Christo, qui illa remiserat, exhiberet » a Lapide. « Quæ hæc mulier egit, non sunt agentis gratias de beneficio remissionis peccatorum accepto, aut mutuum amorem, quem gratuita remissio excitarit, declarantis, sed opera sunt pœnitentis et remissionem peccatorum ambientis. Quid enim toto corporis habitu, aliud quam pœnitentis imaginem præ se fert?... Quare et gesta hujus mulieris, a sanctis Patribus adeoque Ecclesia ipsa catholica, pro pœnitentiæ forma, qua ambienda sit remissio peccatorum, et mulier ipsa pro exemplari rite pœnitentium, habentur ac proponuntur » Luc. Brug. — « Unde recte theologi fere omnes cum S. Augustino, ex hoc loco docent actum contritionis perfectæ, qui includit dilectionem Dei super omnia, natura quidem præcedere remissionem peccatorum et justificationem ; sed eodem instanti temporis tamquam ultimam ad illam dispositionem, eamdem adducere » a Lapide.

Ad solvendas ceteras difficultates, animadvertamus sequentia :

« Dico esse argumentum inversum, adductum ab effectu ad causam naturaliter connexam, *q. d.* Sicut ille debitor multum dilexit creditorem, eo quod hic multa ei debita jam ante remiserit,... sic e converso, ego, o Simon, Magdalenæ multa delicta quasi debita dimitto, quia ipsa multum me dilexit ; *q. d.* Remissio debiti, et vicissim dilectio debitoris erga creditorem debitum remittentem, inter se connexa sunt ; et sicut remissio creditoris parit dilectionem debitoris ; ita vicissim dilectio debitoris parit remissionem creditoris.. Voluit Christus convertere parabolam modo jam dicto, ut ostenderet Magdalenæ *non tantum remissa esse peccata, sed et modum ac viam quo remissa sunt,* nimirum per dilectionem, ut illam imitemur, ac per ferventem dilectionem emereamur a Deo peccatorum indulgentiam. — Simili modo Christus convertit parabolam

Samaritani, cap. X, vers. 36. Rogatus enim quis esset proximus, ostendit Samaritanum qui vulnerati misertus est... » a Lapide. — « Notandum ex hoc loco, dilectionem esse causam remissionis, et vicissim remissionem causam dilectionis.. Quod enim dilectio sit causa remissionis, aperte loquitur hæc sententia : *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Quod autem remissio sit causa dilectionis, parabola docet, nec non verba hîc proxime sequentia : *Cui autem minus dimittitur, minus diligit.* Dilectio igitur impetrat peccatorum remissionem ; remissionis vero beneficium gratanter agnitum, auget dilectionem erga benefactores. Item multum dilexit ut multum remitteretur ; et multum dilexit, quia multa remissa sunt. Hæc enim ejusdem sunt rationis, amare propter speratum beneficium, et propter impetratum. Unde Dominus non inconvenienter ab uno delabitur ad alterum, quasi dicat : Non solum quis diligit multum, quia multa remissa sunt ; id quod directe vult parabola ; verum etiam ut multa dimittantur, multum diligit : et hac multa dilectione multorum impetrat remissionem » Estius.

G. V. D. P.

III.

Explicando responsum, indica quisnam fuerit Deo *finis operantis* in creatione rerum.

Luminis instar omni catholico sint in quæstione præsenti verba Concilii Vaticani (const.: *Dei filius,* cap. I): « Sancta Catholica Apostolica Romana Ecclesia credit et confitetur, unum esse Deum verum et vivum, creatorem ac dominum cœli et terræ, omnipotentem, æternum, immensum, incomprehensibilem, intellectu ac voluntate omnique perfectione infinitum; qui cum sit una singularis, simplex omnino et incommutabilis substantia spiritualis, prædicandus est re et essentia a mundo distinctus, in se et ex se beatissi-

« mus, et super omnia, quæ præter ipsum sunt et « concipi possunt ineffabiliter excelsus. »

« Hic solus verus Deus, bonitate sua et omnipotenti « virtute, non ad augendam suam beatitudinem, nec « ad acquirendam, sed ad manifestandam perfectionem « suam per bona, quæ creaturis impertitur, liberrimo « consilio simul ab initio temporis utramque de nihilo « condidit creaturam, spiritualem et corporalem, ange- « licam videlicet et mundanam, ac deinde humanam, « quasi communem ex spiritu et corpore constitutam. »

Quod decretum anathemate sancivit Conc. Vaticanum in canone quinto huic constitutioni *Dei Filius* addito : « Si quis mundum ad Dei gloriam conditum esse negaverit, anathema sit. »

Quibus verbis præ oculis habitis, jam nota *finem* pervulgate dividi in *finem operantis* et *finem operis*. Finis operantis est finis quem sibi præstituit agens, et quo ad agendum aliquo modo movetur. Finis operis est id ad quod opus natura sua tendit et ordinatur.

Porro finis operantis, de quo in præsenti quæritur, potest intelligi vel *verum motivum* voluntatem movens, vera *causa* volendi, qui dici potest finis operantis *propter quem* (acquirendum operans agit) et qui verum habet influxum in existentiam effectus ; vel intelligi potest solummodo *ratio* volendi, scilicet bonum per se appetibile, quod voluntas aliquo modo intendit, dum agit, quin istud bonum causet volitionem seu actionem operantis. In hoc sensu vocari potest finis operantis *quia* (seu *quare* agens agat). In priori sensu proprie est *finis* agendi, in altero agendi *ratio*.

Hoc jam posito, 1° evidens est in creatione Deo *nullum fuisse finem operantis propter quem,* seu nihil fuisse quod vere *causavit* velle Dei. Hujusmodi enim causa vel esset ipsa bonitas divina vel aliqua alia bonitas extra Deum. Finis enim est bonum. Atqui neutrum dici potest. Non primum : nam divina volitio

est idem cum bonitate divina ; ergo divina bonitas non est causa divinæ volitionis ; nam tunc esset causa sui-ipsius ; esset magis amabilis se ipsa ; quæ absurda sunt. Non secundum : quia Deus seu volitio divina, penderet ab alio sicut effectus a causa ; quod dici et concipi nequit.

Id est quod exprimit S. Thomas in S. th., p. 1, q. 19, a. 5, in o. : « Deus autem sicut uno actu omnia in « essentia sua intelligit, ita uno actu vult omnia in sua « bonitate. Unde sicut in Deo intelligere causam « non est causa intelligendi effectus, sed ipse intelligit « effectus in causa ; ita velle finem non est ei causa « volendi ea quæ sunt ad finem ; sed tamen vult ea, « quæ sunt ad finem, ordinari in finem. Vult ergo hoc « esse propter hoc sed non propter hoc vult hoc. » Et in S. contra Gent., l. 1, dicit imprimis cap. 86 : « quod « voluntatis *ratio* assignari potest. Finis autem est *ratio* « volendi ea quæ sunt ad finem. Deus autem vult boni- « tatem suam tanquam finem ; omnia autem alia vult, « tanquam ea quæ sunt ad finem ; sua igitur bonitas est « *ratio* quare vult alia quæ sunt diversa ab Ipsa. » Et deinde cap. 87 docet : « Quamvis autem aliqua *ratio* « divinæ voluntatis assignari possit, non tamen sequitur « quod voluntatis ejus sit aliqua *causa*. Voluntati enim « *causa* volendi est finis ; finis autem divinæ voluntatis « est sua bonitas : *ipsa* igitur est Deo causa volendi « *quæ est etiam ipsum suum velle*. Aliorum autem a Deo « volitorum *nullum est Deo causa volendi*. »

2° Seposita ergo omni *fine operantis propter quem* seu *causa* et vero motivo volitionis creandi;

Quæritur jam utrum et quæ fuerit Deo *finis operantis quia* seu *ratio* cur Deus voluerit creare.

Et respondendum est a) *rationem* adæquatam cur Dei actus seu volitio, quæ est ipsa Dei essentia, terminetur ad mundum ut creandum, necessario esse *ipsum liberum actum divinæ voluntatis*. Cum enim creatio in Deo sit libera, si præscindamus a libero

actu voluntatis divinæ, habemus in divina omnipotentia rationem cur Deus possit creare mundum, sed non cur creet. Unde Augustinus dicit Deum creasse mundum *quia voluit.*

b) Ipsa ergo voluntas Dei est ratio cur Deus de facto creavit, sed est hæc voluntas prout consideratur *ut bona,* ut *volens suam bonitatem.* Divina bonitas ergo est ratio creationis. Ita Augustinus (*de Civitate Dei,* libr. XI, c. 24) ait : « Sola bonitate Deus fecit quod factum est »; et S. Thom. (S. th., p. 1, q. 44, a. 4, in o.) docet: « Sic ergo divina bonitas est finis rerum omnium » ; quod idem decretum vidimus a Conc. Vat. dicente : « Deum bonitate sua utramque de nihilo condidisse creaturam. »

c) Ast quo modo intelligendum est bonitatem Dei finem esse mundi ? Agere propter finem dupliciter contingit : vel propter *finem sibi acquirendum,* vel propter *finem alicui communicandum.* Sic studiosus legit ac scribit propter scientiam quam sibi acquirere intendit; magister vero docet ut alumnis suis scientiam suam communicet. — Aut : agere propter finem dupliciter inveniri potest : vel *propter desiderium finis,* quando scilicet agens desiderat hoc habere quod nondum habet ; vel *propter amorem finis.* Desiderium enim est rei non habitæ, amor vero rei quæ habetur. — Aut etiam : finis agentis potest dupliciter dici : Uno modo quem agens *sibi suique gratia* intendit; alio modo quem *alteri proponit* et præscribit ut ipse eum assequatur. Sicuti si dominus quispiam aliquid operetur in gratiam famuli, absque dubio non agit ob finem *sui,* seu quem ipse *sibi* intendit consequi, sed ob finem alterius. Quæ quum ita sint, divina bonitas non est finis *propter cujus assecutionem,* vel *propter cujus desiderium* Deus mundum voluit ; sed finis *propter quem communicandum* vel *propter cujus amorem* Deus creationem intendit. Nam «primo agenti, ait S. Thomas « (S. th., p. 1, q. 44, a. 4, in o.), qui est agens tantum

« non convenit agere *propter acquisitionem* alicujus finis « sed intendit solum *communicare* suam perfectionem, « quæ est ejus bonitas ; et unaquæque creatura intendit « consequi suam perfectionem quæ est similitudo per- « fectionis et bonitatis divinæ. Sic ergo divina bonitas « est finis rerum omnium. »

Ex quibus omnibus brevi formula ipsis fere verbis Concilii Vaticani concludi poterit responsio : In creatione rerum 1° nullus fuit Deo finis operantis *propter quem* (seu vera causa) ; sed 2° finis operantis *quia* (seu ratio) fuit a) ipse liber actus voluntatis divinæ, b) quæ voluit bonitatem suam divinam, c) non sibi acquirere, d) sed manifestare, ipsam creaturis communicando.

V. J. C.

IV

Ostende privatam bonorum proprietatem legitime inter homines inductam esse.

R. Ex responsis mensis præcedentis hæc duo supponi possunt. 1° Ex jure naturæ absoluto bona temporalia humano generi communia sunt negative, ita ut ex se non sint unius potius quam alterius, non vero positive, ita ut unius potius quam alterius fieri non possint (R. IV, tom. I. p. 597 sqq). Igitur nullatenus proprietas privata jure naturæ prohibetur. Imo 2° in ordine præsenti naturæ lapsæ oritur moralis necessitas hujusce privatæ proprietatis (R. V. t, I, p. 600 sqq.). Igitur jam dicere possumus proprietatem privatam de jure naturæ non tantum permissam, sed summe convenientem, imo ex ipsa ratione suæ necessitatis humano generi indirecte præceptam.

Sed ut istud « jus possidendi res privatim ut suas, homini a natura datum » (Enc. *Rerum novarum*) ab aliquo homine legitime exerceatur, ita ut res quædam determinata ipsi connectatur in proprium commodum, requiritur aliquod factum, ordini morali conveniens et

præbens legitimum appropriationis titulum : quo posito facto, jam ipsum jus naturæ hanc determinatam proprietatem sancit ac violari vetat. Unde 3° nunc ostendendum est reipsa tali facto seu modo legitimo privatam proprietatem inter homines inductam esse.

Jamvero factum istud primævum non fuit conventio expresse vel tacite inter homines inita (ut tenuerunt Grotius, Pufendorf aliique) : hæc enim conventio historice gratuito supponitur et philosophice inutiliter invehitur ad determinationem proprietatis legitimandum ; — nec fuit lex civilis (ut cum aliis Hobbes, Montesquieu, Bentham docuerunt) : « est enim homo, quam respublica, senior : quocirca jus ille suum ad vitam corpusque tuendum habere naturâ ante debuit quam civitas ulla coisset » (Encycl. cit.) ; — sed fuit *occupatio,* cui interdum accessit utique vel pactum vel alicujus auctoritatis interventus. Jam ostendamus a) *qualis occupatio* intelligenda sit, et b) quomodo sic intellecta occupatio revera *legitimus* fuerit modus proprietatem acquirendi.

a) Occupatio intelligitur : rei capacis dominii et tamen nullius voluntaria et externa apprehensio cum animo eam sibi appropriandi. Unde, præter duas conditiones ex parte objecti (sit res capax dominii, et tamen nullius), requiruntur et duæ ex parte subjecti. Prima est ut facto voluntario et externo res apprehendatur. Quod pro diversis rebus et adjunctis diversimode fieri potest : ita occupantur fructus decerpendo aut colligendo, animalia irretiendo aut includendo, prædia colendo, sepiendo et sic porro. Numquam autem sufficit occupatio idealis seu per actum internum : talis quippe actus inter homines effectum juridicum nequit habere. Altera conditio est ut apud occupantem sit intentio rem apprehensam faciendi suam : quæ intentio externe manifestatur per modo descriptam rei apprehensionem.

b) Legitimitas occupationis istius, qua primitus determinatio proprietatis facta est, repetitur ex ipso jure naturæ. Etenim Deus, titulo creationis Dominus supremus rerum materialium, ipsas hominibus concessit, ut diximus, non conjungendo res determinatas determinatis hominibus, sed eas indeterminate hominibus offerendo. Quo posito, hominum erat ut realiter significarent se determinatas res in propriam utilitatem accipere, easdem sibi efficaciter applicando : quod fit per occupationem. Unde ex ipso naturali rerum ordine proponebatur hominibus occupatio tamquam modus primigenius reducendi in actum jus proprietatis a natura concessum.

Contra hanc doctrinam œconomistæ quidam statuunt *laborem,* eumque solum, esse factum primigenium proprietatem determinans. Equidem si labor lato sensu sumatur pro qualibet activitate externa, fatemur in reali et efficaci occupatione semper aliquem hujusmodi laborem reperiri. At intelligunt laborem specificantem, id est tranformantem res eisque novum valorem tribuentem. Quo sensu thesis omnino rejicienda est. Etenim 1) nulla ratione ostenditur ad exercendum jus appropriationis non sufficere liberam activitatem quæ in reali occupatione exeritur, sed requiri laborem res ipsas tranformantem. 2) Complura sunt bona mobilia quæ homini utilissima sunt in ea forma in qua a natura offeruntur : hæc igitur appropriari non possent, nisi per laborem specificantem deteriora fierent ! 3) Nimis difficilis fieret acquisitio plurium bonorum : tum mobilium, quæ utilia non evadunt nisi prius per longum tempus conserventur, quæque igitur juste a quolibet eriperentur antequam labor specificans inchoatus esset ; tum immobilium, quæ nonnisi longo labore immutari possunt. Ita fere Costa-Rossetti, *Philosophia Mor.,* ed. 2ª, thes. 128. — Attamen ad difficultates præcavendas probe notandum est, impri-

mis : ad efficacem occupationem immobilium per modum perennis possessionis, requiri generatim aliud quid, magis ad proprie dictum laborem accedens, quam pro mobilibus rebus, puta feris aut gemmis, occupandis ; et præterea : vinculum morale inter occupantem et res occupatas sufficienter constitutum per realem apprehensionem rerum, arctius fieri per ulteriorem laborem et industriam his rebus adhibitam, et quidem eo arctius quo magis possessor rebus suis tranformandis insudaverit. Arctum istud vinculum indigitat S. Pontifex, Encycl. cit., dum ait : « Cum in parandis naturæ bonis industriam mentis viresque corporis homo insumat, hoc ipso applicat ad sese eam naturæ corporeæ partem, quam ipse percoluit, in qua velut formam quamdam personæ suæ impressam reliquit ; ut omnino rectum esse oporteat, eam partem ab eo possideri uti suam, nec ullo modo jus ipsius violare cuique licere. » Ac statim rursus : « Ager, cultoris manu atque arte subactus, habitum longe mutat : e silvestri frugifer, ex infecundo ferax efficitur. Quibus autem rebus est melior factus, illæ sic solo inhærent miscenturque penitus, ut maximam partem nullo pacto sint separabiles a solo. Atqui id quemquam potiri illoque perfrui, in quo alius desudavit, utrumne justitia patiatur ? Quo modo effectæ res caussam sequuntur a qua effectæ sunt, sic operæ fructum ad eos ipsos qui operam dederint, rectum est pertinere. »

O. E. D.

V

Assigna duplex temperamentum quod juri possidendi accedit ex indigentia non possidentium.

R. Ab una parte, non possidentes in extrema aut quasi-extrema necessitate positi, retinent *jus strictum* sibi arripiendi vitæ necessaria ; ab alia parte, possiden-

tes habent *obligationem charitatis* sive misericordiæ partem bonorum suorum indigentibus ultro conferendi.

Explicatur. Primam limitationem juri possidentium bona temporalia apponit extrema aut quasi-extrema alicujus necessitas. Necessitas « est *extrema,* quæ est de rebus necessariis ad vitam conservandam, ita ut secus extremum malum mortis immineat ; cui annectitur *quasi-extrema* seu *gravissima,* quæ affert periculum proximum incidendi in extremam, ut morbus lethalis ; vel quæ certe affert carentiam maximi alicujus boni ex iis quæ natura communia esse voluit omnibus hominibus, v. g. imminens servitus vel captivitas perpetua, gravissima infamia positiva qua amittitur bonum nomen quod naturaliter habent homines, perpetua carentia sanitatis. » Ill. ac Rev. Waffelaert, *de Justitia,* t. II, n. 188. Jamvero « homini in extrema vel gravissima necessitate constituto, cui alia via non suppetit sese eripiendi, salva justitia bonum alienum etiam ab invito licet auferre, quantum necesse est ad sibi consulendum nisi per ablationem dominus illius boni in eamdem conjiciatur necessitatem. » Ibid. n. 189. Etenim ex ipso fine ad quem Deus bona temporalia hominibus concessit, jus ad usum earum rerum, quæ vitæ sustentandæ actu necessariæ sunt, præcellit et elidit jus dominii in bona quæ tantum commodo ac decoro vitæ inserviunt. Illud autem jus extreme indigentis jus vere strictum seu rigorosum est, non quidem in re quadam determinata antequam ab ipso apprehenditur, sed ad rem quamlibet ipsi necessariam apprehendendam. Postquam vero manum apposuit, jam in ipsa re jure stricto gaudet. Unde dives qui extreme indigenti non ultro largitur, gravissime charitatem lædit, non tamen justitiam. Si autem arripienti resistit, jam vere injustus est, quia obsistit juri stricto alterius; et si rem arreptam vi recuperat, ipse rapinæ reus existit.

Sed oritur grave dubium, an non sit etiam obligatio

justitiæ subveniendi proximo in extrema necessitate. Etenim a) juri stricto accipiendi respondere videtur debitum strictum largiendi. b) Hanc obligationem statuunt plures auctores tum antiqui (puta Cajetanus, in 2-2, q. 118, a. 3 et 4) tum recentes (puta Deploige, Revue Néo-scol., 1895, p. 291). c) Magnum pondus opinioni adjicere videntur verba Leonis XIII, in Encycl. *Rerum Novarum :* « Non justitiæ, *excepto in rebus extremis,* officia ista (de eo quod superat gratificari indigentibus) sunt, sed charitatis christianæ. » Nonne pronum est concludere : in rebus extremis id ipsum est officium justitiæ quod in rebus non extremis est officium charitatis ?

Nihilominus censemus firmam manere doctrinam supra propositam, quæ nititur hoc principio fundamentali in materia justitiæ : ex jure naturæ, ante omnem hypothesim contractûs etc. nullum jus strictum est alicui creaturæ, ad hoc ut alia creatura ipsi aliquid positive conferat (cf. Ill. ac Rev. Waffelaert, op. cit I, n. 29). Unde sicut ipsam justitiam non violat vecors homo qui vicino suo, incendii flammis perituro, scalas, quum facile potest, non affert, sic nec ille qui fame perituro pecuniam non porrigit. Ideo respondemus ad a) : dictò juri respondere debitum *non impediendi* acceptionem, at non debitum ultro largiendi. Ad b) : auctores aliter loquentes posse in hunc sensum explicari, sin minus, derelinqui. Ad c): prægnantem phrasim Encyclicæ optime eamdem interpretationem admittere. Scilicet : « non justitiæ, excepto in rebus extremis, » quo casu, præter officium charitatis ultro subveniendi, habeo officium justitiæ non prohibendi indigentem ne libere de bonis meis sibi necessaria accipiat, « officia ista sunt, sed charitatis christianæ. »

Secundum temperamentum juri possidendi apponitur ex lege charitatis : ex præcepto dandi eleemosynam non tantum in necessitate extrema sed etiam in gravi

imo et communi necessitate. « Nemo certe opitulari aliis de eo jubetur, quod ad usus pertineat cum suos tum suorum necessarios : imo nec tradere aliis quo ipse egeat ad id servandum quod personæ conveniat, quodque deceat : *nullus enim inconvenienter vivere debet* (2-2, q. 32, a. 6). Sed ubi necessitati satis et decoro datum, officium est de eo quod superat gratificari indigentibus. » Encycl. cit. « Gravissimo divites urget (Ecclesia) præcepto, ut quod superest pauperibus tribuant. » Encycl. *Quod Apostolici,* 28 Dec. 1878. Hujus præcepti extensio explicatur in tractatu de charitate. Hic tantum advertendum est quanti momenti sit hoc alterum temperamentum juri possidendi ex lege charitatis appositum : quam apta sit correctio inæqualitatis oriundæ necessario ex jure proprietatis, quam efficax medium componendæ discordiæ inter possidentes et indigentes. Unde S. Pontifex, Enc. sæpe cit., ait : « Optata salus expectanda præcipue est ex magna effusione charitatis : christianæ charitatis intelligimus.» *Effusionem* dicit, ut eam designet charitatem quæ etiam ultra strictum certumque præceptum proximo serviat, « semetipsam pro aliorum commodis semper devovere parata.» *Christianam charitatem* dicit, ut semoveat non-christianam beneficientiam, sive privatam sive publicam. Nam « quæ christianam charitatem suppleant, totam se ad alienas porrigentem utilitates, artes humanæ nullæ reperientur. Ecclesiæ solius est illa virtus, quia nisi a sacratissimo Jesu Christi corde ducitur, nulla est uspiam : vagatur autem a Christo longius, quicumque ab Ecclesia discesserit. »

O. E. D.

VI

Quænam a Diacono et Subdiacono infra missam solemnem, non exposito SS. Sacramento, faciendæ sunt genuflexiones unico genu ?

Resp. Quædam genuflexiones juxta expressam præscriptionem Rubricarum missalis observandæ sunt, aliæ autem ex iisdem rubricis et ex decretis pro similibus casibus faciendæ deducuntur ab auctoribus liturgicis. Ita

I. Juxta rubricas : A) Ad incensationem altaris « *Diaconus et Subdiaconus* hinc inde assistunt celebranti cum incensat, et cum transeunt ante Crucem semper *genuflectunt* ». (*Ritus celebrandi* Tit. IV, nº 7).

B) Subdiaconus a) ante cantum Epistolæ deferens librum, « facta altari *genuflexione* in medio, vadit ad partem Epistolæ » et « Epistola cantata... facit iterum *genuflexionem* Altari in medio ». (Tit. VI, nº 4.) — b) Post Offertorium descendens cum patena cooperta velo humerali « vadit post Celebrantem ante medium altaris et *facta genuflexione* ibi stat. » (Tit. VII, nº 9.) — c) « Circa finem orationis Dominicæ, *facta itidem genuflexione* revertitur ad Altare, » et « reddita patena et deposito velo... *genuflectit,* et descendit retro post celebrantem, et cum dicitur *Pax Domini* iterum *genuflectens*, accedit ad sinistram Celebrantis et simul dicunt *Agnus Dei,* deinde facta *ibidem* Sacramento *genuflexione* redit post celebrantem... Accepta pace a Diacono, et facta Altari *genuflexione*... vadit ad Chorum et dat pacem,... et reversus ad altare, facta *genuflexione* dat pacem Acolytho. » (Tit. X, nº 8.)

C) Diaconus a) ante *Pater noster* « cum celebrans dicit *Per quem hæc omnia,* etc. »... facta Sacramento *genuflexione* accedit ad dexteram celebrantis, et quando opus est, discooperit calicem et cum celebrante *adorat,* similiter cooperit, et iterum *genuflectit.* Cum incipit *Pater noster,* idem vadit retro post celebrantem, facta prius Sacramento genuflexione. » (Tit. IX, nº 4). — b) « Cum in oratione Dominica dicitur: *Et dimitte nobis debita nostra*, facta ibidem *genuflexione,* vadit ad dexteram celebrantis. (Tit. X, nº 8. — c) Post acceptam

pacem a Celebrante, « iterum Sacramento in Altari *adorato,* vertit se ad Subdiaconum... et similiter dat ei pacem. » (Tit. X, nº 8.)

II. Juxta regulas ex supradictis rubricis et ex decretis ab auctoribus deductas :

a) Diaconus et Subdiaconus genuflectunt unico genu *in plano,* in primo accessu et in ultimo recessu, et *in gradu inferiori* quotiescumque ad medium altaris accedunt vel ab eo recedunt ; quod ita intelligendum est, ut vere ad altare accedant, scilicet ex alio loco, vel ab altari ad alium locum pergant ; v. gr. si procedunt ad sessionem recitato *Gloria* et *Credo*, ad Evangelium cantandum, ad chorum incensandum, si tendunt ad credentiam, nonvero si id faciunt a latere altaris. (*Schober, Cæremoniæ Missarum art. I, cap. 2, nº 7*). Hæc regula sequitur ex rubricis citatis sub I, B), a) et c) et conformis est decreto 2 dec. 1684, quo declaratur beneficiatos clericos, etiam paratos, ministrantes Episcopo vel Canonico in Vesperis et Laudibus teneri ad genuflexionem, quoties celebrans salutat crucem, sive altare, *in accessu,* in *recessu,* in thurificatione etc.

b) Ante Consecrationem et post Communionem, genuflectunt Diaconus et Subdiaconus, quoties transeunt ante Altaris medium, v. gr. ad transferendum Missale, ad deferendum calicem ad credentiam. Cum enim juxta rubricam (ad I, A), in incensatione altaris, cum transeunt ante crucem semper genuflectere debent, etiamsi celebrans simplicem tantum reverentiam faciat (non præsente SS. Sacramento in tabernaculo), merito auctores concludunt id observandum esse in quocumque transitu ante crucem.

c) A Consecratione ad Communionem, præsente scilicet SS. Sacramento in altari, Diaconus et Subdiaconus genuflectunt in loco a quo recedunt, non autem in loco ad quem accedunt, nisi genuflexio alia ex causa sit præscripta, v. gr. quia celebrans genuflectit, vel nisi

transeant de uno latere celebrantis ad alterum, quo casu genuflectunt (non in medio) sed in loco à quo et in loco ad quem, (conformiter ad rubr. citat. I, B), c) et C) a), b) c).)

d) Diaconus et Subdiaconus prævie non genuflexi, si non sint occupati et stent sive juxta celebrantem sive post eum, semper genuflectere debent (sive ante sive post consecrationem) in iisdem casibus in quibus celebrans genuflectit, uti in tit. XVII, nº 4 rubr. generalium *præscribitur ;* Subdiaconus autem impeditus censetur dum tenet librum ad Evangelium et patenam elevatam post Offertorium. Imo genuflectendum est, quando celebrans (non præsente SS. Sacramento) solam salutationem facit ad crucem juxta decr. superius citatum, v. gr. ante et post thurificationem crucis ; addi potest, quando ad quædem verba genuflexio expresse præscribitur, ita ad *Flectamus genua,* si occurrit, Diaconus et Subdiaconus genuflectunt, quamvis in missa solemni celebrans non genuflectat. (*Cfr. De Herdt Tom. I, nº 118 ; Ill. Vanderstappen, Cæremoniale series III, prænot. 3 et series IV, præn. 3.*)

Notari potest 1º) genuflexiones præscriptas in rubricis (supra I) observandas esse sive in Altari habeatur Sanctissimum Sacramentum in tabernaculo, sive non habeatur, quia rubricæ missalis non distinguunt, imo expresse præscribunt in certis casibus, v. gr. in thurificatione, ut Subdiaconus et Diaconus genuflectant, quamvis a celebrante simplicem exigant inclinationem ; Quoad alias autem genuflexiones in rubricis non expressas, non tantum conformius est ut fiant, etiam non præsente SS. Sacramento, sed præceptum videtur juxta decr. 2 Dec. 1684 (de quo supra) et doctrinam præstantiorum in re liturgica scriptorum.

2º) Quando juxta regulas traditas concurrerent duæ genuflexiones faciendæ et inter utramque mora esset brevissima, una omittitur, v. gr. ante *Pater noster*

Diaconus, transiéns a latere sinistro celebrantis ad latus dexterum, genuflectit in loco *à quo*, sed in loco *ad quem* exspectat, donec discooperuerit calicem, et simul cum celebrante genuflectit.

H. V. D. W.

Evangelia dominicarum

DOM. V POST EPIPH.

Parabola zizaniorum. Matth. XIII, 24-30.

Te dien tijde 24. zei Jesus tot de scharen deze gelijkenisse: Het Rijk der Hemelen is gelijk geworden aan eenen mensch, die goed zaad gezaaid had op zijnen akker. 25. Maar terwijl de menschen sliepen, kwam zijn vijand, en zaaide daar onkruid op midden in de tarwe, en ging weg. 26. Toen nu het kruid opgeschoten was en vruchten droeg, dan verscheen ook het onkruid. 27. En de dienstknechten van den huisvader kwamen en zeiden tot hem: Heere! hebt gij geen goed zaad gezaaid op uwen akker? van waar heeft hij dan onkruid? 28. En hij zei tot hen: Een vijandig mensch heeft dat gedaan. En de dienstknechten zeiden tot hem: Als gij wilt, gaan wij heen en vergaderen het. 29. En hij zei: Neen: opdat gij, het onkruid verzamelende, niet soms tegelijk daarmede ook de tarwe ontwortelt. 30. Laat beide opgroeien tot den oogst, en ten tijde van den oogst zal ik aan de maaiers zeggen: verzamelt eerst het onkruid, en bindt het in bondelkens om het te verbranden, maar vergadert de tarwe in mijne schuur.

* * *

Scopus hujus parabolæ.

« Quemadmodum superiore parabola præmonuit, non esse exspectandum ut Evangelium ex auditoribus omnibus fructum referat : ita hac parabola præmonet, non esse exspectandum, ut in Ecclesia, quam ad vitæ sanctitatem ipse evocabat, omnes sancti et boni sint. Hic igitur est parabolæ istius scopus, quamdiu in hoc mundo peregrinatur Ecclesia, bonis et sinceris in ea permixtos fore malos et hypocritas : id quod idcirco ob oculos ponitur, ut boni quidem patientia se arment, et inter scandala, quibus turbari possent, retineant infractam fidei charitatisque constantiam, non scindant unitatem, non deserant congregationem ; mali vero, non sibi ex eo placeant quòd Ecclesiæ sinu foveantur aut etiam in ea emineant » Luc. Brug.

. .

Explicatio.

Interprete ipso Christo Domino (Matth. XIII, 37-43), *qui seminat bonum semen, est Filius hominis* « Sunt porro et alii præter Christum qui seminant bonum semen, Apostoli, inquam, et alii ab eo vel ejus Ecclesia missi : se tamen unum nominat, quia alios ad conserendum agrum suum non nisi ut instrumenta adhibet, ipse unicus operis auctor, a quo semen ipsum bonum et profectus fructusque omnis proficiscitur » Luc. Brug. — *Ager autem, est mundus,* « datus in hereditatem Filio hominis, qui per universum orbem terrarum propagaturus est Ecclesiam suam » Liagre. — *Bonum vero semen, hi sunt filii regni,* « justi scilicet, ad quos hereditario jure pertinet æterna beatitas, qua regnum Dei perficitur » Liagre. — *Zizania autem, filii sunt nequam,* τοῦ πονηροῦ, i. e. *diaboli* « intelliguntur hic Christiani improbi, ut qui illius nequitiam imitentur et referant »

Liagre. — *Inimicus autem, qui seminavit ea, est diabolus,* « a quo omnis mali origo est repetenda, quique continuo, clam aut aperte, prout res postulat, homines, eos præsertim quos Christus *filios regni* effecerit, pravis suis consiliis pervertere et a bono instituto avocare conatur » Liagre. — *Messis vero, consummatio sæculi est,* i. e. « finis vitæ mortalis totius humani generis et omnium eo pertinentium » Luc. Brug. — *Messores autem, angeli sunt. Sicut ergo,* tempore messis, ubi frumenta simul et zizania omnia demessa fuerint, *colliguntur* a tritico separata *zizania, et igni comburuntur : sic erit in consummatione sæculi,* in die extremi judicii. *Mittet filius hominis,* qui constitutus est a Deo judex vivorum et mortuorum (Act. X; 42) *angelos suos, et colligent de regno ejus...*« Durante hoc ævo, mali cum bonis in eadem Ecclesia permisti sapientissimo Dei consilio vivere permittuntur : tum ut illis pœnitentiæ spatium detur ; tum ut per illos justorum virtus exerceatur ; tum quia illorum distractioni vix locus esse potest quin justi inde quid detrimenti patiantur. At in ultimo dierum, quum omnes homines in vitam revocati fuerint, angeli Dei improbos illos, qui umquam exstiterint, Christianos separabunt de medio justorum, illosque in unum colligent... » Liagre. — *Omnia scandala* « Abstractum positum est pro concreto. *Scandala* enim hic intelliguntur Christiani improbi et iniqui, qui suis placitis et moribus offendiculi ac ruinæ spiritualis occasionem aliis præbebant, quorumque in Ecclesia Christi præsentia offensioni multis erat. *Et eos qui faciunt iniquitatem,* i. e. eos omnes qui dum in vivis essent, peccatum quocumque modo, etiam occulte, faciebant. Quorum æterna sors exprimitur per verba : *et mittent eos in caminum* ignis, i. e. in ardentem fornacem : qua inferni pœna indicatur. Ad cujus atrocitatem et horrorem expressius significandum, additur solemnis elocutio : *Ibi erit fletus et stridor dentium.* — *Tunc justi*

fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Paucis declaratur futura sors justorum sive *filiorum regni,* quos in assumpta parabola triticum in horreum conditum figurabat. Discretis igitur palam et separatis in æternum malis de medio justorum, incipiet *perfecta* horum glorificatio : *fulgebunt sicut sol.* Quæ locutio metaphorica non semel dicta occurrit (cnf. Matth. XVII, 2 ; Sap. III, 7 ; Daniel XII, 3) de gloria et felicitate qua Sancti, quantum ad animam et corpus simul, una cum Deo in æternum gaudebunt» Liagre. — *Qui habent aures audiendi, audiant* « Familiari hoc epiphonemate admonet discipulos, ut non oscitanter hæc audiant, sed diligenter apud se expendant distinctas boni seminis et zizaniorum rationes, ut quod ipsorum maxime intersit» Luc. Brug.

*
* *

Præcipua doctrinæ capita.

« Generatim declarat *Christus* quomodo regnum Dei in terris se habeat ad regnum mali seu diaboli. In specie docet :

1. In Dei regno regnum mali simul existere, seu in Ecclesia malos bonis admixtos esse. — Ergo errat Calvinus, cum Ecclesiam ex solis justis aut solis prædestinatis constare contendit.

2. Se non esse mali seminis auctorem.

3. Malos ad tempus tolerari, vel ut ipsi emendentur, vel ut boni exerceantur; S. Aug. (*in Ps.* 54, 2): « Omnis malus aut ideo vivit, ut corrigatur ; aut ideo vivit, ut per illum bonus exerceatur. »

Exercetur autem per pressuras et persecutiones quas mali suscitant : « Sic, ait S. Greg. (*H.* 58 *in Ev.*), in tritura areæ grana sub paleis premuntur..., sic rosa quæ redolet crescit cum spina quæ pungit... Ferrum

animæ nostræ nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit alienæ lima pravitatis. » Sic in tabella picta umbræ necessariæ sunt. Sic luctationes athletarum vim et robur eis conferunt.

4. Vigilantiam Ecclesiæ pastoribus commendandam esse, quum zizania dicantur superseminata *dum homines dormirent.*

5. Prudenter agendum esse in malis puniendis, præsertim iis qui certo et aperte perversi non sunt. « Ne, ut ait S. Hier., ubi quid ambiguum est, cito sententiam proferamus, sed Deo judicii terminum reservemus. » Severius autem agendum est cum iis qui improbi sunt manifesti. Ergo nihil hic est contrarium istis I Cor. 5, 2 : *Tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit.* Prudentia vero in arcendis civibus nequam opus est, ne propter nimiam severitatem etiam boni recedant : *Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis triticum ;* nam zizania (probabilius *lolium temulentum,* gall. *ivraie,* fl. *dolik*), quorum spicæ habent grana male sana, a tritico aut non aut vix distinguuntur, quamdiu herbæ sunt teneriores (sic hæretici initio se occultant, S. Chrys.) sed tunc tantum quando planta plene *excrevit, et fructum fecit,* quando culmus venit ad spicam, ut ait S. Hier. Tunc autem tardius esset ut lolium erueretur : notum est herbas inutiles aut malas auferendas esse, quando triticum adhuc tenue parvumque est. De lolio autem hoc fieri nequit ob similitudinem cum frumento.

6. Tandem, in die judicii malos a bonis separandos esse, utrorumque sortem æternam plane diversam fore » Van Steenkiste.

G. V. D. P.

Jurisprudence administrative

De l'usage des cloches et des clochers des églises

(Voir les *Collationes,* I, 424).

La question de la sonnerie des cloches a fait l'objet de plusieurs dissertations aussi savantes qu'étendues (1) ; et nous n'aurions pas songé à traiter cette matière délicate et fort difficile, si des évènements récents ne lui avaient donné une actualité pleine d'intérêt. Les tentatives vexatoires de certaines administrations communales socialistes, et les mesures prises par le gouvernement en vue d'empêcher et de prévenir ces sortes d'atteintes aux droits du culte catholique, nous ont déterminé à reprendre les études précédemment publiées et à les compléter au moyen des documents nouveaux que nous avons pu recueillir. Nous avons cru d'ailleurs faire œuvre utile et agréable au clergé, et spécialement aux curés, en exposant l'état actuel de la doctrine et de la jurisprudence sur un objet qui les intéresse si directement.

Notre travail comprendra deux parties : dans la première, nous rechercherons d'une manière générale à qui appartient l'usage des cloches ; dans la seconde, nous étudierons les conséquences pratiques qui découlent des principes exposés, et nous examinerons ensuite quelques questions spéciales qui se rattachent à l'objet principal de notre étude.

(1) Citons notamment la *Consultation* rapportée au T. I, p. 151 ss. du *Journal français des conseils de fabriques* et au T. III, p. 33 ss. du *Journ. belge des cons. de fabr. ;* la dissertation d'Herman d'Eprave, insérée dans la *Revue de l'administration,* an. 1855, p. 273 ss. et reproduite dans le *Mémorial belge,* T. I (an. 1857), p. 545 ss. ; l'opuscule *Des cloches,* par un ancien magistrat de Flandre (Lauwers), publié à Bruges en 1876.

Première Partie

A qui appartient en principe le droit de faire sonner les cloches des églises ? Est-ce à l'autorité religieuse ? Est-ce à l'autorité civile ?

Aux termes de l'article 48 de la loi Germinal an X (8 Avril 1802), « l'Evêque se concertera avec le préfet pour régler la manière d'appeler les fidèles au service divin par le son des cloches. On ne pourra les sonner pour toute autre cause sans permission de la police locale. »

Cette disposition — la seule qui existe dans toute la législation belge (1) sur la sonnerie des cloches — a été étudiée tour à tour par des jurisconsultes consommés, par des magistrats éminents et par des administrateurs

(1) La loi municipale française contient des dispositions nouvelles concernant l'usage des cloches.

L'article 100 est ainsi conçu :

« Les cloches des églises sont spécialement affectées aux cérémonies du culte.

« Néanmoins, elles peuvent être employées dans les cas de péril commun qui exigent un prompt secours et dans les circonstances où cet emploi est prescrit par des dispositions de lois ou règlements, ou autorisé par les usages locaux.

« Les sonneries religieuses, comme les sonneries civiles, feront l'objet d'un règlement concerté entre l'Evêque et le préfet, ou entre le préfet et les consistoires, et arrêté, en cas de désaccord, par le ministre des cultes. »

L'article 101 porte : « Une clef du clocher sera déposée entre les mains des titulaires ecclésiastiques, une autre entre les mains du maire qui ne pourra en faire usage que dans les circonstances prévues par les lois ou règlements.

« Si l'entrée du clocher n'est pas indépendante de celle de l'église, une clef de la porte de l'église sera déposée entre les mains du maire. »

Les Cardinaux Archévêques de Paris, de Lyon et de Toulouse ont envoyé au Président de la République, une lettre collective pour protester, au nom de l'Episcopat français, contre ces articles, « qui sont contraires aux droits de l'Eglise », modifient « l'état de choses que quatre-vingts ans de paisible possession avaient consacré », et dérogent au principe du droit de police des églises reconnu aux curés. Voir *Mém. belge*, 1884, p. 377 et p. 383.

fort entendus ; et elle a subi des interprétations très divergentes et même contradictoires. Cependant les diverses autorités qui se sont occupées plus au moins longuement des graves questions que la brièveté du législateur est venue soulever, ont surtout appuyé et défendu deux opinions distinctes opposées l'une à l'autre, et qui renferment toutes les autres versions que l'on a essayées. La première soutient que le droit de faire sonner les cloches des églises appartient en principe à l'autorité religieuse ; l'autre prétend au contraire que ce droit appartient à l'autorité civile, au moins pour toute cause étrangère au culte.

Nous adoptons avec une pleine assurance la thèse favorable au droit de l'autorité religieuse ; et, afin de permettre au lecteur d'apprécier le bien fondé de nos préférences, nous exposerons d'une manière complète et impartiale les preuves qui militent en faveur de l'un et de l'autre système, et nous tâcherons en même temps de démontrer l'inanité des arguments présentés par nos adversaires.

PREMIÈRE OPINION. *En principe et en général* (1), *l'autorité ecclésiastique, représentée par le curé, a seule le droit de faire sonner les cloches des églises, pour quelque motif que ce soit, ce droit étant uniquement subordonné à la permission de la police locale lorsque la sonnerie a lieu pour une cause profane.*

Cette opinion se prouve par les arguments suivants :

1° Le premier est tiré de la destination essentielle des cloches des églises, et des principes admis, quant à leur usage, sous l'ancien régime. (2)

(1) Nous disons *en principe*, parce que la loi pose certaines restrictions au droit du curé ; et *en général*, parce qu'il y a certains cas dans lesquels l'autorité civile a le droit de faire usage des cloches des églises.

(2) Cet argument est d'une très grande importance. Les partisans des deux systèmes reconnaissent que, pour résoudre les controverses résultant du laconisme du législateur de l'an X, il convient de se reporter aux anciens usages et règlements ; et les adversaires, gênés par les termes de

En remontant à l'origine des cloches, on remarque que, de tous les temps, leur destination fut essentiellement religieuse. Dès que l'emploi en fut adopté dans les temples chrétiens, l'usage de les bénir s'introduisit aussitôt dans l'Eglise, afin de les affecter spécialement au service du culte. Cette affectation spéciale était expressément reconnue dans l'ancienne législation ; nous en trouvons la preuve dans les décisions des conciles, dans les ordonnances des anciens rois de France, dans les arrêts des parlements, dans les rescrits et placards des anciens souverains de Belgique et dans la doctrine unanime des jurisconsultes et canonistes.

Ces divers documents établissent d'une manière incontestable que, sous l'ancien régime, les cloches des églises avaient un caractère religieux et étaient affectées spécialement et exclusivement au service du culte ; qu'à cette règle il n'était opposé d'exception que dans des circonstances extraordinaires, dans des cas rares de nécessité ou d'utilité publique, et ce encore avec l'autorisation ou par la tolérance de l'autorité religieuse.

a) Les *canons de divers conciles* avaient proclamé, relativement à l'usage des cloches, les principes les plus positifs.

« Profanas autem cantilenas (campanæ) non resonent. » Concile de Bourges, de 1584, tit. IX *De eccles. et basilic.*, can. 11.

« Nulla res profana deinceps campanis insculpatur

---

l'article 48, se prévalent surtout des dispositions antérieurement en vigueur pour infliger à cet article une signification manifestement contraire au texte et à l'intention du législateur. Il importe donc de recueillir dès à présent les éléments indispensables d'une bonne et logique interprétation de cette loi ; et force nous sera de donner ici la longue, et peut-être fastidieuse série des principaux documents anciens que nous avons pu rassembler.

inscribaturve, sed crux et sacra aliqua imago, utpote sancti patroni ecclesiæ piave inscriptio.

« Neque earem sonitu et clangore, quæ consecratæ sunt, convocentur homines ad sæcularia pertractanda, neve reis ad patibula perducendis. » Concile d'Aix, de 1585.

« In nullos ecclesiæ usus campanæ prius admittantur, quam illis benedictionem Episcopus fuerit elargitus. His postquam consecratæ fuerint, leves inhonestæque canciunculæ non pulsentur... » Concile de Toulouse, de 1590, 3ie partie, ch. 1er.

« La Congrégation des Evêques et des Réguliers, rapporte Durand de Maillane, a décidé plusieurs fois qu'on ne pouvait contrevenir à cette règle (de ne pas faire servir les cloches bénites à des usages profanes) que dans des cas de nécessité, et avec le consentement au moins interprétatif de l'Evêque : ce qui arrive quand on est obligé de sonner le tocsin pour la défense d'un péril commun. Floscul, Nicolio, *verb. Campanæ.* » *Dictionnaire de droit canonique,* Vo CLOCHES.

b) Les *ordonnances des anciens rois de France* étaient conformes aux décisions des conciles.

« L'article 32 de l'ordonnance de Blois, témoigne encore Durand de Maillane, comprend nommément les cloches parmi les choses nécessaires pour la célébration du service divin, auxquelles l'article 16 de l'édit de 1695 enjoint aux Evêques de pourvoir dans leur visite.

« Par l'article 3 de l'ordonnance de Melun, il est défendu aux seigneurs temporels et aux personnes quelconques, de se servir des cloches des églises et de contraindre les curés, de les faire sonner plutôt (plus tôt) ou plutard (plus tard) contre l'usage ordinaire. » *Ouv. cité,* Vo CLOCHES.

Observons en passant que Portalis, dans l'exposé des motifs de l'article 48, rappelle ces deux ordonnances. Rapport du 5me jour complément., an XI (23 Sept. 1803).

c) C'est dans le même sens que jugeaient en général les *parlements*.

Le *Dictionnaire des arrêts,* par Jacques Brillon, Paris 1727, V° CLOCHES, mentionne une déclaration du 7 Septembre 1568, qui défend à toutes personnes de se servir des cloches, et autres meubles destinés pour le service divin ; — un arrêt du parlement de Paris du 17 Décembre 1646, qui défend de faire aucune fonte de cloches sans le consentement de l'Evêque ; — et un autre arrêt du même parlement, du 21 Mars 1665, qui décide que les cloches ne pourront être sonnées après le décès des paroissiens et autres, sans que le curé n'en ait été averti, et n'y ait donné son consentement ; et que l'émolument de la sonnerie appartient à la fabrique.

D'autre part « le parlement de Toulouse a ordonné par un arrêt rendu le 11 Juillet 1743 que, *suivant l'usage,* lors du décès du seigneur du lieu comme aussi lors du déces de son épouse, et pendant quarante jours, les cloches de l'église paroissiale sonneront aux heures ordinaires. »

« Le même parlement avait auparavant, par arrêt du 14 Avril 1735, rapporté par Fromental (art. *Droits seigneuriaux), permis* aux consuls de Cadrieu de faire sonner les cloches pour convoquer les assemblées de communauté, sans en demander la permission du curé. » Denisart, *Collection de décisions nouvelles,* 7me édit., Paris 1771, V° CLOCHES, n. 9 et n. 10. (1)

---

(1) On a voulu opposer cet arrêt à la jurisprudence d'ailleurs constante des parlements, et en conclure que le pouvoir civil avait anciennement le *droit* de sonner les cloches sans le consentement du curé. Mais qu'on veuille bien lire cet arrêt en entier et l'on se convaincra qu'il ne s'agissait nullement d'une contestation entre l'autorité civile et l'autorité ecclésiastique, et que l'arrêt n'a pas jugé que le *droit* de faire sonner appartenait aux consuls. C'est uniquement une *permission* que le parlement, comme pouvoir administratif, leur accordait ; car il convient de se rappeler à cet égard que les parlements exerçaient le pouvoir administratif aussi bien que le pouvoir judiciaire et qu'ils ne formulaient pas seulement des arrêts, mais faisaient aussi des règlements de police et d'administration. Il n'y a donc rien à conclure de cet arrêt ; et la permission exceptionnelle qu'il accordait viendrait plutôt confirmer la règle générale.

On lit encore dans un arrêt du parlement de Paris, du 29 Juillet 1784 : « Ordonne que les cloches ne pourront être sonnées que pour les différents offices de l'église, messes et prières, suivant les usages et rits des diocèses ; ordonne, en outre, qu'il sera seulement sonnée une cloche pour la tenue des assemblées, tant de la fabrique que de la communauté des habitants, et que, dans les cas extraordinaires qui peuvent exiger une sonnerie, elle ne sera faite qu'après avoir prévenu le curé et lui en avoir déclaré le motif, sous peine de vingt livres d'amende, et de plus grande peine s'il y échet. »

d) Les documents législatifs que *l'ancien droit de la Belgique* nous a légués sont conçus dans le même ordre d'idées.

M. Mesdagh de ter Kiele (*Pasic.* 1883, I, 227) cite quelques documents émanés de nos anciens souverains. L'érudit magistrat aurait pu multiplier les citations. Ainsi, nous trouvons dans les *Placcaert-Boecken van Vlaenderen,* sous les dates successives des 31 Oct. 1563 (II, 139), 26 Oct. 1607 (II, 158), 14 Févr. 1689 (IV, 1658), 23 Déc. 1697 (IV, 606), 31 Août 1702 (IV, 612), 3 Sept. 1709 (IV, 1675), 16 Août 1710 (IV, 616), 31 Juillet et 23 Oct. 1713 (IV, 619 et 623), 29 Déc. 1725 (IV, 638), 12 Janv. 1734 (IV, 631), 10 Mai et 15 Oct. 1740 (V, 822 et 836), 2 Juin 1741 (V, 1060), 26 Juillet 1749 (V, 1086), et 18 Janv. 1757 (V, 860), des ordonnances contenant certaines dispositions prescrivant la sonnerie des cloches. Nous trouvons une série d'ordonnances semblables données pour le Brabant, notamment celles des 5 Mai 1689, 19 Avril 1692, 21 Mars 1696, 23 Déc. 1697, 21 Août 1702, 16 Août 1710, 21 Juin et 23 Oct. 1713, 29 Déc. 1725, et 12 Janv. 1734 (*Placcaerten ende ordonnantien van Brabant,* Brussel 1738, 5de Deel, bl. 673 vg.). Mais toutes ces ordonnances se rapportent à des cas de necessité

publique. Elles prescrivent de tirer la cloche (ou de battre le tambour ou de donner autre signal accoutumé) en cas d'émeute, ou de fraude avec violence, ou d'alarme, ou bien dans le but d'arrêter les brigands, les voleurs, les vagabonds ou autres personnes suspectes ; et plusieurs exigent expressément le consentement préalable du curé et du magistrat.

Il existe encore, pour diverses provinces de Belgique, des ordonnances ayant spécialement pour objet *de prévenir les désordres dans les auberges* et prescrivant de sonner la cloche pour annoncer l'heure de la retraite. Ainsi nous trouvons pour la Flandre un édit du 21 Juillet 1779 ordonnant « dat door de kosters van elke parochie ter respectieve bestemde uren, zal worden geluyd eene klok, geduerende den tyd van een half quartier urs, die daerover jaerelyks voor loon van de parochie zal genieten tot twee ponden grooten. » *Placcaert-boeken van Vlaenderen,* XI deel, bl. 518. Citons encore pour le Hainaut une ordonnance du 14 Mai 1718 ; une autre du 4 Août 1734 prescrivant de de republier la précédente ; et une troisième du 26 Mai 1749 ordonnant de sonner, au plat-pays, la cloche de retraite à 9 heures du soir (*Liste chronologique des édits et ordonnances des Pays-Bas Autrichiens de 1700 à 1750,* Bruxelles, 1851, pp. 196, 285 et 419). Il y a aussi une ordonnance du conseil de Namur, en date du 16 Février 1762, relative au même objet. (*Liste chronologique, etc., de 1751 à 1780,* Bruxelles, 1853, p. 156 coll. p. 39). Enfin un jugement du tribunal d'Arlon, du 14 Août 1850, cite une ordonnance du conseil de Luxembourg du 25 Juin 1765, et une autre de Marie-Thérèse du 22 Août 1767 prescrivant également de sonner chaque jour la cloche de retraite. (*Mém. belge,* I, 578 ss.).

e) La *doctrine unanime des auteurs* reflète d'ailleurs exactement l'état de la législation et de la jurisprudence.

« La principale fin pour laquelle les cloches ont été instituées, n'a pas été seulement pour appeler le peuple au service divin, mais pour louer Dieu par leur harmonie. » *Journal des audiences du Parlement,* par Jamet de la Guessière, Paris 1678, T. II, p. 148.

« Les cloches contribuent véritablement au culte divin ;... elles ne publient pas seulement les louanges de Dieu par leur carillon et sonnerie réglée, mais elles obligent encore les autres à les publier ; elles sont donc des dépendances de l'office divin, et à même temps qu'on a bâti des églises, on a songé à des cloches. »

« Les cloches étant donc destinées au ministère de l'église, et réputées entre les choses sacrées, c'est avec raison que nous... les comprenons dans les matières ecclésiastiques. » Henrys, *Recueil d'arrêts,* avec observations, Paris 1707, L. I, ch. 3, quest. 17 (T. I, p. 51).

« On n'apprendra rien de nouveau à personne, en disant qu'elles (les cloches) ont été inventées pour assembler les fidèles, les appeler au service divin, à la prière : raison pour laquelle on sonne dans les orages, dans les agonies. » *Dictionnaire des arrêts,* par Brillon, *l. c.*

« On ne doit pas, dit Durand de Maillane, faire servir les cloches bénites à des usages profanes, comme pour assembler les troupes, pour annoncer une exécution de justice...

« Régulièrement les cloches d'une paroisse ne peuvent sonner que de l'ordre ou du consentement du curé, et le profit de la sonnerie doit appartenir à la fabrique. C'est ainsi que l'a préjugé un arrêt du parlement de Paris, du 21 Mars 1665. » *Dict. de droit canonique,* V° CLOCHES.

« Les cloches des églises ne sont pas destinées pour des usages profanes. Elles ne peuvent donc être

employées aux usages profanes, que dans des cas de nécessité, du consentement du curé et des paroissiens ; cependant *l'usage* est dans plusieurs paroisses de campagne, de les sonner pour assembler les habitants, à l'occasion d'affaires qui intéressent la communauté, pour annoncer que l'audience va finir, pour notifier les ordres du Roi, etc. » Denisart, *Collection de décisions nouvelles,* V° CLOCHES, n. 3. Voir dans le même sens un passage du *Dictionnaire canonique,* cité par le *Journ. belge des cons. de fabr.,* T. III, p. 43.

En résumé, il résulte à l'évidence de l'ensemble des documents que nous venons de citer a) que, sous l'ancien droit, les cloches appartenaient à l'église, qu'elles étaient réputées entre les choses sacrées, exclusivement affectées au service du culte (1) ; b) qu'elles ne pouvaient être employées à des usages profanes qu'exceptionnellement dans certaines circonstances extraordinaires, dans des cas rares de nécessité ou d'utilité publique, et avec le concours de l'autorité ecclésiastique ; c) que ce concours, régulièrement exigé, variait cependant dans ses limites d'après les localités, et, par l'usage, se réduisait quelquefois à une simple tolérance.

(A suivre).

C. V. C.

(1) L'affectation des cloches au service du culte était anciennement regardée comme si complète que « c'était autrefois l'office des prêtres de sonner les cloches, principalement dans les cathédrales ; on les appelait *Klockmans*, mot allemand qui signifie *Hommes des cloches* ». Denisart, *l. c.*, n. 12. Cfr Ducange, *Glossarium,* V° Campana.

Législation civile

—

Die 20ª elapsi mensis Novembris promulgata est lex in favorem conjugis superstitis, quam ob suum momentum in materia justitiæ integram hic exhibemus. Adverte ipsam constare duobus articulis : quorum prior articulum 767 c. c. et alter articulum 205 immutat. Nempe ex legislatione per codicem Napoleonis inducta, facile fiebat ut conjux superstes a conditione honesta aut opulenta in egestatem dejiceretur. Excludebatur enim omnino a successione defuncti conjugis per omnes ejusdem hæredes regulares, usque ad 12ᵐ gradum, necnon per ipsius filios naturales ; et si proles ex matrimonio deficiebat, ne alimentorum quidem petitioni locus manebat : unde si conjux pauper cum divite, exclusa bonorum communitate, nupserat, nec defunctus ipsi consuluerat, deficiente prole, ad egestatem redigebatur. Hanc legislationem, quam fere communiter non solum theologi sed et juris periti naturali æquitati atque indoli societatis conjugalis adversari censebant, emendavit lex subjecta, dum art. 1 conjugi superstiti aliquem saltem usumfructum bonorum defuncti concedit. Sed quum iste ususfructus afficiat tantum portionem disponibilem hæreditatis quatenus in hæreditate remanet, adhuc poterit conjux conjugem omnino a successione excludere : poterit nempe de ipsa portione libera per testamentum in favorem hæredum aliorumve disponere (aut de tota fortuna, si hæredes reservatarii deficiunt) atque ita omnem materiam ususfructus subtrahere. Hanc quidem libertatem lex conjugi concedit, curat tamen ut in omni casu conjux superstes (etiam separatus quoad thorum) jus ad alimenta retineat, et ideo, vi articuli 2, si proles deficiat, poterit ex ipsa successione sibi alimenta seu pensionem alimentariam petere.

Ad hanc novam legem tractatum de justitia exigere oportet, ubi de successione aut de regimine matrimoniali agitur. Ita in Opere *de Justitia,* Ill. ac Rev. Waffelaert hæc loca notentur: a) tom. I, n. 138, ponitur casus difficilis : « Quid si mulier honesta sed pauper, quæ exclusa bonorum communione matrimonium iniit cum divite, tempore viduitatis certam prævidens egestatem quia deficit proles nec maritus ipsi consuluit, occulte retineat ex bonis mariti, insciis hæredibus, quantum stricte sufficit suæ sustentationi ? » Jam aufertur suppositum casus : nam ipsa lex consulit uxori in defectu mariti (art. 1), et si maritus ipsam a successione excluserit, adhuc lex eidem jus tribuit petendi ab hæredibus alimenta (art. 2). — b) Pariter quæstio n. 327 posita : « utrum... debeat conjux ante mortem providere uxori superstiti ? » fere sublata est. Dicimus *fere :* quia adhuc posset pietatem conjugalem leviter infringere (juxta dicta n. 322) qui sine causa uxorem ad pensionem alimentariam restringeret. — c) N. 286, ad dispositionem a. 767 (nunc immutati) adjicitur : « cum juristis notare possumus: divortium... extinguere istud jus [succedendi post hæredes regulares et filios naturales] in utroque conjuge ; separationem vero thori (séparation de corps) idem jus in utroque integrum relinquere. » Jam ex diserta dispositione legis, art. 1, sub I (post acrem disputationem in cœtu deputatorum admissa), dicendum est etiam separatione thori istud jus auferri.

O. E. D.

Loi portant modification aux droits successoraux du conjoint survivant.

LÉOPOLD II, Roi des Belges,

A tous présents et à venir, SALUT.

Les Chambres ont adopté et Nous sanctionnons ce qui suit :

Art 1er. L'article 767 du Code civil est remplacé par les dispositions suivantes :

I. Lorsque le défunt ne laisse ni parents au degré successible, ni enfants naturels, les biens de sa succession appartiennent au conjoint non divorcé, ni séparé de corps qui lui survit.

II. § 1er. Le conjoint non divorcé ni séparé de corps qui ne succède pas à la pleine propriété a, sur les biens du prédécédé, un droit d'usufruit qui est :

1° D'une part d'enfant légitime le moins prenant, sans qu'elle puisse excéder le quart, si le défunt laisse des enfants issus d'un précédent mariage ;

2° De la totalité, quand il ne laisse que des collatéraux autres que des frères ou sœurs ou leurs descendants ;

3° De la moitié, dans tous les autres cas.

Si le conjoint est en concours avec des successibles appartenant à plusieurs des catégories indiquées aux nos 1°, 2° et 3° ci-dessus, la quotité de l'usufruit successoral se fixe en ne tenant compte que des successibles à l'égard desquels cette quotité est la plus faible. Chacun des successibles en est grevé proportionnellement à ce qu'il reçoit en pleine propriété ou en usufruit.

§ 2. Le conjoint survivant est tenu de demander la délivrance de son usufruit aux héritiers ou aux légataires dans l'ordre indiqué par l'article 1011. Néanmoins, il a droit aux fruits dès l'ouverture de la succession.

§ 3. Le calcul sera opéré sur une masse faite de tous les biens existants au décès du défunt, auxquels seront réunis fictivement ceux dont il aurait disposé, soit par acte entre vifs, soit par testament, au profit de successibles, sans dispense de rapport. Il ne sera pas tenu compte des biens qui seraient l'objet d'un droit de retour légal ou conventionnel.

§ 4. Toutefois, l'usufruit successoral du conjoint survivant ne s'exerce que sur les biens formant la quotité disponible et dont le prédécédé n'aurait pas disposé. Le conjoint a le droit d'invoquer l'article 1094 du Code civil.

§ 5. Le conjoint survivant devra imputer sur son usufruit successoral les libéralités qu'il aurait reçues du défunt, sauf disposition contraire de la part de celui-ci.

Si les libéralites ont été faites en pleine propriété,

l'imputation se fera en retranchant de l'usufruit successoral le montant de la rente viagère que le conjoint pourrait acquérir au moyen des biens qui lui ont été donnés ou légués.

§ 6. L'époux survivant aura la faculté de se faire attribuer par préférence, pour se remplir de la part qui lui est assignée aux nos 1o, 2o et 3o du § 1er ci-dessus, l'usufruit de la maison d'habitation occupée par les époux, lorsqu'elle était entrée pour la totalité dans la communauté ou qu'elle appartient entièrement à la succession du prémourant, et à la condition que sa valeur n'excède pas celle de la part dont il a l'usufruit.

Il pourra également se faire attribuer tout ou partie des meubles meublants isolément, sous les conditions exigées pour la maison d'habitation.

Si l'époux entend se faire attribuer l'usufruit de la maison, le droit de préférence peut s'appliquer, sous les mêmes conditions, à tout ou partie de terres que l'occupant de la maison exploitait personnellement et pour son propre compte, du matériel agricole et des animaux attachés à la culture.

§ 7. Jusqu'au partage définitif et, au plus tard, jusqu'à l'expiration d'une année depuis le décès, les héritiers peuvent exiger, moyennant sûretés suffisantes, que l'usufruit de l'époux survivant soit converti en une rente viagère. S'il y a désaccord entre eux, la conversion est facultative pour les tribunaux. Elle rétroagit au jour de l'ouverture de la succession.

Toutefois, les héritiers ne pourront exiger cette conversion à l'égard des biens que le survivant aura fait comprendre dans son usufruit par application du § 6 ci-dessus.

§ 8. S'il existe des descendants légitimes du défunt, l'usufruit cesse par le convol du conjoint.

§ 9. Lorsqu'il existe des descendants du défunt, le conjoint survivant est exclu ou déchu du droit d'usufruit :

1o S'il est privé de tout ou partie des droits attachés à la puissance paternelle, à raison de l'abus qu'il en a fait ou en vertu d'une condamnation pénale ;

2o S'il est exclu ou destitué pour inconduite notoire de la tutelle des enfants issus de son mariage avec le défunt ;

3° S'il est exclu ou destitué, pour le même motif, de la cotutelle des enfants que sa femme avait eus d'un précédent mariage.

Art. 2. L'article 205 du Code civil est remplacé par les dispositions suivantes :

§ 1er. Les enfants doivent des aliments à leurs père et mère et autres ascendants qui sont dans le besoin.

§ 2. La succession de l'époux, même séparé de corps, prédécédé sans laisser d'enfants issus de son mariage avec le survivant, doit des aliments à ce dernier, s'il est dans le besoin au moment du décès.

§ 3. La pension alimentaire est une charge de la succession. Elle est supportée par tous les héritiers et, au besoin, par les légataires particuliers, proportionnellement à leur émolument.

Toutefois, si le défunt a déclaré que certain legs doivent être acquittés de préférence aux autres, ces legs ne contribuent à la pension que pour autant que le revenu des autres n'y suffise point.

§ 4. Si les aliments ne sont prélevés en capital sur la succession, des sûretés suffisantes seront données au bénéficiaire pour assurer le payement de la pension.

§ 5. Le délai pour réclamer la pension alimentaire est d'un an à partir du décès.

Promulguons la présente loi, ordonnons qu'elle soit revêtue du sceau de l'Etat et publiée par la voie du *Moniteur*.

Donné à Laeken, le 20 Novembre 1896.
LÉOPOLD.

Par le Roi :
Le Ministre de la Justice,
V. Begerem.

Scellé du sceau de l'Etat :
Le Ministre de la Justice,
V. Begerem.

Ex. S. Rom. et Univ. Inquis.

Conceditur Belgii fidelibus facultas vescendi carnibus die festo Circumcisionis D^ni in fer. VI incidente.

Beatissime Pater,

Cardinalis Archiepiscopus Mechliniensis, suo suorumque suffraganeorum nomine, humiliter implorat ut Indultum vescendi carnibus, quo cuncti fideles in Ecclesia fruuntur die Nativitatis Domini, incidente in feriam VI, pro toto Belgio Sanctitas Tua extendere dignetur ad diem festum Circumcisionis Domini, pariter in feriam VI incidentem. Quum enim mos sit in hoc populo primitias novi anni celebrandi cum epulis, timendum est ne alii, præsertim in urbibus et civitatibus, spreta lege ecclesiastica abstinentiæ, cum scandalo fidelium, carnibus utantur, alii in fide infirmi, malo exemplo se seduci sinant, conscientiam peccatis onerantes.

Sabbato, die 28 Novembris 1896.

* *
*

Sanctissimus D. N. Leo divina providentia PP. XIII, pe facultates R. P. D. Adsessori S. O. impertitas, benigne annuit pro gratia juxta preces. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

L. ✝ S. J. Can. MANCINI, S. R. et U. I. Not

Ex S. Congregat. Indulgentiarum

Sanatio erectionis et sodalium adscriptionis congregationum Tertii Ordinis S. Francisci.

Quum plures congregationes Tertii Ordinis S. Francisci in Belgio erectæ fuissent *absque prævio Ordinarii loci consensu* qui necessario ad canonicam erectionem requiritur (1), rogante Vicario provinciali fratrum Minorum Recollectorum in Belgio, Episcopi Belgii singuli pro suæ diœceseos parochiis, ubi talis congregatio erecta fuerat, mense Februarii anni 1896 decurrente, debitum consensum impertiti sunt.

Quia autem « interim plures cooptati fuerant in has congregationes Tertiarii, de quorum admissione valde dubitabatur, imo fortasse pleræque invalidæ erant retinendæ » idem Vicarius provincialis obtinuit a S. Cong. Indulg. die 11 Martii 1896 *sanationem earum omnium admissionum* adeo ut « citra omne dubium fideles qui in hisce congregationibus Tertium Ordinem profitentur, omnibus privilegiis atque indulgentiis ejusdem Ordinis sodalibus concessis certo frui possint. » (2)

Ex sacra Congregatione Rituum

STRIGONIEN.

R. D. Theophilus Klinda, redactor Calendarii Archidiœceseos Strigoniensis, assentiente E^mo^ et R^mo^ suo Archiepiscopo, Primate Hungariæ Sacram Rituum Congregationem pro sequentium Dubiorum resolutione enixe rogavit; nimirum:

I. Commemoratio SS^mi^ Sacramenti facienda in Missa coram SS^mo^ exposito, servatis Rubricis, non excluditur in Festis Domini, juxta Decreta, dummodo non versetur in eodem Mysterio ; quæritur : « An prædicta Commemoratio omittenda sit in Festis et infra Octavas Nativitatis, Epiphaniæ, Paschatis, Ascensionis, Circumcisionis et Trans-

(1) Decr. S. C. Ind. 31 Jan. 1893.

(2) Vide ipsa documenta ap. *De bode van den H. Franciscus* an. 1895-96 p. 279.

figurationis Domini ; itemque in Festis SS. Nominis Jesu, SS. Redemptoris et Passionis Domini, prouti ex Decretis omittitur in Festis SS. Cordis Jesu et Pretiosissimi Sanguinis ? »

II. Juxta Rubricas et Decreta Missa votiva solemnis de Patrono transferendo, infra Octavam Paschæ et Pentecostes, præter Feriam II. et III. celebrari potest, non omissa Conventuali aut Parochiali Missa de die, ubi eam celebrandi adsit obligatio ; quæritur num talis Missa votiva solemnis de Patrono transferendo *decantari* valeat in Dominica Passionis, in Albis et SS^mæ^ *Trinitatis ?*

III. Festum classicum particulare v. gr. Tutelaris Ecclesiæ aut Patroni loci, occurrens diebus infra Octavam privilegiatam ac proinde ab officio occurrente impeditam, potestne eo anno transferri ad primam diem immediate post Octavam et impeditam, translato inde Festo alio occurrente, si transferri potest, sin vero, hac vice, simplificato aut omisso ?

IV....

V....

VI. Quum in plurimis Ecclesiis, die festo S. Marci Evangelistæ celebretur unica tantum Missa Rogationum, quæritur, utrum ea omnino debeat cantari, an possit esse lecta ; et 2.° an in ea Missa fieri debeat Commemoratio Festi S. Marci aut Dominicæ in Albis, quæ proxime futuro anno occurret ?

VII. Feria IV. Rogationum, quæ est Vigilia Ascensionis Domini, in Missa Rogationum, quæ unica in eadem Ecclesia celebratur cum Commemoratione Festi occurrentis fieri ne debet etiam Commemoratio Vigiliæ necnon lectio Evangelii ejusdem Vigiliæ in fine ?

VIII. Dominica III. Adventus quomodo concludendi sint Hymni, et quale sit dicendum Responsiorum breve *ad Primam* infra Octavam Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis ?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito voto unius ex ejusdem Sacræ Congregationis Consultoribus, rescribendum censuit :

Ad I. *Commemorationem SS^mi^ Sacramenti, ob identitatem Mysterii, solummodo omittendam esse in Festis Passionis, Crucis,*

SS^mi Redemptoris, SS^mi Cordis Jesu et Petriosissimi Sanguinis.

Ad II. *Negative.*

Ad. III. *Negative, sine speciali Indulto S. Sedis.*

. . . . . .

Ad VI. quoad primam quæstionem : *Negative ad primam partem. Affirmative ad secundam, juxta Decretum 14 Augusti 1858 in Briocen.* ad III ; quoad alteram quæstionem : *Affirmative et detur Decretum 23 Maii 1846 in Tuden. ad II.*

Ad VII. *Negative ad utrumque.*

Ad VIII. *Hymni concludi et versus ad Primam dici debent :* « Jesu tibi sit gloria » *et* « Qui natus » *juxta editionem typicam Breviarii Romani.*

Atque ita rescripsit. Die 3 Julii 1896.

CAJ. Card. ALOISI-MASELLA S. R. C. Præf.

L. ✝ S. A. Tripepi, Secretarius.

Consultatio

In pluribus locis invaluit mos ut panes in festo S. Huberti benedicti, vel etiam cerei benedicti, fidelibus divendantur.

Quæritur 1° utrum *licite* servetur ille usus ; 2° utrum panes vel cerei, si vendantur, *benedictionem* non amittant?

R. 1° Communis est theologorum et canonistarum sententia res temporales, antecedenter spirituali adnexas, pro pretio temporali licite dari, et absque vitio simoniæ vendi posse, dummodo ratione spiritualitatis seu benedictionis pretium non augeatur, et aliàs illarum rerum venditio jure positivo prohibita non sit. In casu autem nulla hujusmodi prohibitio exstat ; quare

2° Res benedictæ, eæ saltem quæ *nullas* habent *indulgentias* adnexas, quales sunt panes et cerei de quibus quæritur, non amittunt benedictionem si vendantur.

Utrum idem dicendum sit de rebus benedictis *indulgentiis ditatis,* v. g. de rosariis, non constat. Certum est res indulgentiis ditatas tradi debere fidelibus omnino gratis, et *indulgentias* amitti si aliquid quocumque titulo, sive pretii, sive permutationis, etc., requiratur aut recipiatur (S. C. Indulg. 25 Junii 1887) ; sed dubitatur utrum simul cum indulgentiis amittatur benedictio. Cfr *Nouv. rev. théol.,* T. XIII, p. 100 et T. XIV, p. 202 coll. T. XVIII, p. 664; nota (2).

C. V. C.

Nuper prodiit jam tertio, auctior et emendatior, liber : *scopuli vitandi in pertractanda quæstione de conditione opificum,* auctore F. X. Godts, C. SS. R.; quod opus tum summi viri verbis amplissimis laudarunt, tum ipse usus ac favor cleri comprobavit. Præter soliditatem doctrinæ, qua præsertim hæc tertia editio præstat, ac sinceræ pietatis sensum, quem omnes ferme paginæ spirant, prudentiam, præcipuam dotem qua S. Doctor Alphonsus in operibus theologicis eminet, haud exiguo gradu auctor a suo Parente ac Magistro mutuatus est. Hanc prudentiam imprimis inculcare nititur clero « cujus maxime est ad novitates opinionum se habere caute, mitigare religione et conciliare animos, de officiis christiani civis commonere. » Epist. Leonis XIII ad Episc. Belgii, 10 Jul. 1895.

Revera, nonne sedulo, in salebrosis quæstionibus rem socialem hodiernam spectantibus, vitandum est imprudentiæ vitium, cujus species, post S. Thomam superiore anno (p. 531 sq.) explicavimus ? Ab una quidem parte vitanda primo *præcipitatio,* quæ a summo animæ, ratione scilicet, ad imum, seu operationem, descendit inordinate, transiliendo gradus intermedios

qui sunt « *memoria* præteritorum, *intelligentia* præsentium, *solertia* in considerandis futuris eventibus, *ratiocinatio* conferens unum alteri, *docilitas* per quam aliquis acquiescit sententiis majorum (2-2, q. 53, a. 3). » Deinde *inconsideratio* quæ, in re sociali, « contemnit vel negligit ea ex quibus rectum judicium procedit (ibid. a 4). » Ab alia vero parte vitanda est *inconstantia* qua « ratio deficit in præcipiendo ea quæ sunt consiliata et judicata (a. 5) » ad bonum spirituale ac materiale opificum promovendum ; atque *negligentia,* quæ « importat defectum debitæ sollicitudinis (q. sq. a 1) » circa opera quælibet ad conditionem opificum christiane instaurandam conducentia.

Igitur librum hunc sacerdotibus omnibus commendabilem censemus.

O. E. D.



Collationes Brugenses

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Martii

I

An Abisag, de qua III Reg. I, 2-4, fuit vera uxor Davidis, an vero ancilla tantum ? Proba responsum.

II

Demonstra Christum sese corporaliter præsentem Saulo conspiciendum præbuisse. (Act. Ap. IX, 3.)

III

Breviter indicato quid sit possessio dæmoniaca, demonstra veros haberi dæmoniacos seu a dæmone possessos.

IV

An proxeneta, qui emit infra, vel vendit supra pretium a mandante assignatum, sibi excessum pretii retinere potest ; item, an famuli licite accipiunt a mercatoribus aliquam partem pretii a dominis solvendi ?

V

Declara obligationem oriundam ex ludo, spectato foro tum externo, tum interno.

VI

Un bienfaiteur a, par testament, disposé comme suit:

1° Je veux que dans l'année qui suivra mon décès, il soit célébré, dans l'église de N., cent messes chantées pour le repos de mon âme ;

2° Je donne au bureau de bienfaisance de N. une somme de 10000 francs, à charge de faire célébrer tous les premiers Vendredis du mois et à perpétuité, une messe solennelle en l'honneur du S. Cœur de Jésus.

La fabrique de l'église de N. a-t-elle qualité pour accepter les dispositions ci-dessus ? Et pourquoi ?

Responsa

ad quæstiones in conferentiis mensis Decembris 1896 propositas

—

I

Q. Enarra II Reg. VII, 14 « Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium. »

R. « Quæres, de quo ad litteram hic Deus loquatur, an de Salomone, an de Christo ?

Primo, aliqui putant quædam ex hisce quæ hic dicuntur, ad litteram competere Christo, quædam Salomoni. Ita Theodoretus et Procopius.

Secundo, alii omnia ad litteram attribuunt Christo ; ille enim est solus verus Dei Filius, et regnum ejus æternum. Ita Angelomus et Glossa.

Tertio, Lyranus et Abulensis hæc ad litteram accipiunt tam de Christo quam de Salomone.

Quarto, Hebræi et multi ex Latinis *ad litteram* interpretantur *de Salomone, allegorice de Christo.* Hæc sententia verior est, ut patet ex lib. *I Paralip.* cap. XXVIII, vers. 6, ubi hæc omnia Salomoni expresse attribuuntur: *Salomon,* inquit, *filius tuus ædificabit domum meam ; ipsum enim elegi in filium, et ego ero ei in patrem, et firmabo regnum ejus usque in æternum.* Et patet, quia Deus loquitur de eo qui post Davidem erat fabricaturus templum, quod ædificare volebat David, sed prohibitus fuit a Deo. Hic autem non alius fuit, quam Salomon. Verum, quia Salomon erat typus Christi, qui ædificaturus erat Ecclesiam novam Dei, quæ longe erat potior templo, idque in spiritu prævidebat Propheta, eoque aciem mentis et spiritus sui intendebat ; hinc allegorico, sed potiore sensu hæc

dicuntur de Christo : unde nonnulla, quæ hic dicuntur, tenuiter et inchoate duntaxat competunt Salomoni ; plene vero et perfecte Christo, ut 70 *Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium ;* et : *Firmabo thronum regni ejus usque in sempiternum.* De fide ergo est hunc locum intelligi de Christo. Nam de eo explicat illum S. Paulus, *Heb.* cap. I, vers. 5. Unde S. Augustinus, lib. XVII *De Civitate,* cap. VIII et IX, asserit hic quædam dici de Salomone uti erat privata persona ; quædam vero uti erat typus Christi. » a Lapide.

G. V. D. P.

II

Q. Explana Luc. IX, 53-56 « Et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Jerusalem. Cum vidissent autem discipuli ejus Jacobus, et Joannes, dixerunt : Domine, vis dicimus ut ignis descendat de cælo, et consumat illos ? et conversus increpavit illos, dicens : Nescitis cujus spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare ».

R. *Et non receperunt eum.* Samaritani, civitatis illius incolæ, significarunt nuntiis Jesu (v. 52), se nolle Jesum in vico suo hospitari. Causa erat, *quia facies ejus erat euntis in Jerusalem,* i. e., eò quòd exteriori habitu præ se ferret speciem proficiscentis in Jerusalem, nimirum ad celebrandum ibi festum Scenopegiæ. « Samaritani nempe contendebant Deum unice colendum esse in templo, quod ipsi exstruxerant in monte Garizim, ubi Jacob Deo sacrificasse credebatur. (Cf. Gen. XXXIII, 18-20). Judæi vero id ipsum, et merito quidem, de templo Hierosolymitano asserebant. Et hæc præcipua erat inter utrumque populum quæstio. (Cf. Joan. IV, 20). Samaritani igitur Judæos e Galilæa Hierosolymam, religionis causa, tendentes et per regionem suam profecturos non æquis oculis videbant ;

imo et ipso transitu quandoque prohibebant. Quare intelligentes Jesum cum suis Hierosolymam pergere, ad festum Scenopegiæ, quod instabat, concelebrandum, nec ferentes tantum doctorem hac sua agendi ratione religionem Judæorum confirmare, eum hospitio accipere noluerunt » Liagre.

Cum vidissent autem. « Quia vidisse dicuntur, fit verisimile, hos Samaritanos, egressos, reipsa prohibuisse ne Jesus in oppidum ipsorum intraret. » Luc. Brug. « Verum illud ιδοντες reddi potest simpliciter *quo comperto.* » Liagre. — *Discipuli ejus Jacobus et Joannes* fratres, quibus jam olim Jesus, fortasse propter vehemens ac fervidum eorum ingenium, imposuerat *nomina Boanerges, quod est, Filii tonitrui,* seu ex hebraismo, tonantes. Marc. III, 17. — *Dixerunt : Domine, vis dicimus* Θελεις ειπωμεν, vis dicamus, placetne jubeamus. « Non sunt persuasi, sibi adesse hanc facultatem, nisi Jesu concedente... Nec tamen dicunt *Domine dic,* aut jube : quia eam noverant Domini mansuetudinem, ut per se id facturus non esset : offerunt ergo se ministros, paratos, ut si potestatem det et consentiat Jesus, ipsi ignem devocent. Non solum enim potestatem petunt, sed etiam consensum Jesu requirunt, ejusque beneplacito se subjiciunt. » Luc. Brug. — *Ut ignis descendat de cælo, et consumat illos.* « Hoc Jesu in manu esse, si vellet, credebant, non minus, immo vero magis, quam Eliæ. Nam et Græce (in plurimis codicibus) ac syriace additur, *quemadmodum et Elias fecit.* Quod etsi Latinus Interpres non legit, non tamen ideo minus intelligendi sunt Apostoli ad Eliam respexisse, prout respexisse Enarratores omnes tam Latini quam Græci annotant. » Luc. Brug. « Apostoli, in lege versati, in qua tantum justitiam noverant, oculum pro oculo, dentem pro dente, ulcisci nituntur injuriam, et imitari Eliam, ad cujus vocem duos pentacontarchos militum ignis absumserat, IV, Reg. I,

10 sq. » Hieron. *Epist 151 q. 5 ad Algasiam.* — « Cum ergo judicarent filii Zebedæi, non minorem injuriam ab his Samaritanis fieri Jesu, quam ab illis Eliæ, immo vero eo majorem, quo Jesus major erat Elia, quem Elias nuper in monte, ipsis præsentibus et videntibus Dominum agnoverat supra v. 30 et 31 ; accensi zelo honoris Jesu, putarunt justum esse, ut et ista injuria divinitus vindicaretur, et qui eam inferrent, cælesti igne perirent : indignum enim esse, inhumanum, et plus quam iniquum, negari Filio Dei sub noctem hospitium : *et quodam modo verbis aliis hoc loquuntur,* scribit Hieronymus ad Algasiam : *Si ad servi Eliæ injuriam ignis descendit de cælo, et non Samaritas sed Judæos consumsit incendium : quanto magis ad contemtum Filii Dei, in impios Samaritas debet flamma sævire ?* » Luc. Brug.

Et conversus « ad eos (erant enim a tergo aut a latere) exhibito vultu severiore, *increpavit,* objurgavit *illos,* non tam quod culpabiles essent, quam *quod veteris consuetudinis imperfectioni adhuc obstricti,* quod ait Titus, Jesu magistri doctrinam non essent assecuti. Quod enim non peccaverint graviter, facile ex eo intelligitur, quod nihil nisi quod justum esset proposuerint. Nam non minus hi Samaritani incendium meruerant, quam illi pentacontarchi, quod diximus... Justitiam ergo si exegerint, et hoc a judice, nihil enim propria auctoritate tentare voluerunt ; ad hæc in causa non tam sua quam judicis, non ferendum judicantes contemtum ejus, cujus majestatem in monte perspexerant : denique cum eo moderamine, ut suam sententiam judicis sententiæ subjicerent, prout etiam auditæ acquieverunt infra v. 56 : quid peccarunt, ut stulta fiducia elati, et præcipiti fervore ad impatientiam ferri, a Calvino notentur ? Insigni zelo acti fuere, sed qui non esset consentaneus ipsorum vocationi et præceptoris instituto, ac proinde nec secundum scientiam. Quare objurgavit eos Jesus, *dicens,* etc. » Luc. Brug.

Nescitis cujus spiritus estis. «Verba hæc, ut et comma sequens *Filius... salvare,* a multis et præstantissimis codicibus græcis absunt. Ea tamen habent, præter nonnullos codices græcos, potiores versiones antiquæ. Sensus est, quem Brugensis facit : " Nescitis ad quem spiritum pertineatis ; ad quem spiritum vocati a me sitis, vel cujus spiritus esse debeatis. " Significat his Christus spiritum novi Testamenti, quo scilicet moveri atque duci debeant apostoli et fideles sui, multum diversum esse a spiritu quo filii veteris Testamenti agebantur. Quamquam enim ab uno et eodem Spiritu sancto data sunt lex Mosaica et lex evangelica, fine tamen et effectu longe diverso datæ fuerunt. Lex quippe vetus tota erat in timore incutiendo hominibus in statu servorum Dei constitutis : nec gratiam dabat, nec nisi minis (cnf. Rom. VIII, 15, Gal. IV, 6, 7, 22 sqq.) et pœnis a peccato deterrebat. Hinc spiritus ejus spiritus erat servitutis et timoris. Aliter plane lex evangelica, quæ homines in libertatem vindicat et filios Dei adoptivos facit, quæ gratiam præbet et veniam omnibus per pœnitentiam promittit et largitur. Ideo spiritus ejus spiritus est gratiæ, misericordiæ et dilectionis.

Quare Christus discipulos suos merito in hunc modum arguit : " Nescitis vos alterius esse debere spiritus, quam fuerit Elias... Elias motus fuerat spiritu severitatis et justitiæ. Sic enim congruebat hominibus illius temporis, statu seu conditione servis Dei, ac proinde pœnarum timore continendis. Vos, qui discipuli mei estis, meo spiritu duci debetis. " Brugensis. » Liagre.

Nota pro *cujus* græce haberi οἵου, *qualis,* necnon post vocem *estis* græce addi pronomen ὑμεῖς, *vos.* « quod pronomen emphatice intelligendum est, *vos* discipuli mei, ita ut opponatur Eliæ, cujus exemplum imitandum sibi proposuerant » Luc. Brug.

Qualis vero sit spiritus Christi, quo duci debeant, jam sequitur : *Filius* (græce additur conjunctio γάρ, quæ hic valet *videlicet, quippe*) *hominis non venit* in hunc mundum, non est a Patre in mundum missus *animas perdere,* « ut homines, etiam peccatores, adeoque sui contemtores atque inimicos perdat, interficiat, morte pœnisve peccata eorum, etiam in seipsum commissa, puniat, *sed salvare,* sed ut ad salutem vitamque æternam eos adducat, patientia, mansuetudine, beneficiis, longanimitate ad pœnitentiam allectos » Luc. Brug. — « Itaque spiritus Christi, quo et Apostoli, adjutores ejus, imbuantur oportet, non tantum ab omni vindictæ et interitus animo abhorret, sed etiam spiritus est misericordiæ, mansuetudinis, clementiæ et amoris, ad miserendum et salvandum continuo intentus » Liagre. — Hoc idem est cum eo quod Christus Nicodemum docet Jo. III, 17 : « *Non misit Deus Filium suum in mundum ut judicet* (condemnet) *mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.* »

G. V. D. P.

III

Q. Explicando responsum indica quisnam fuerit in creatione universi *finis operis.*

R. Finis operis est id ad quod opus natura sua tendit et destinatur.

Dividitur autem in *finem qui* seu ipsum bonum ad quod opus dirigitur, et *finem cui,* id est, persona cui illud bonum destinatur. Ita dare medicinam natura sua tendit ad sanitatem, hæcque est *finis qui* attingendus est, æger vero est *finis cui* sanitas procuranda est, administrando medicinam.

Uterque finis potest esse vel *primarius* seu ad quem primo et per se tendit opus, aut cui, primo et propter se procuratur finis qui ; vel *secundarius,* ad quem opus dirigitur in quantum fini primario cohæret et subordi-

natur, aut cui procuratur bonum cum subordinatione ad finem cui primarium.

Hisce præmissis, respondetur quæsito 1° Finis *operis qui primarius* est *gloria Dei extrinseca,* tum *objectiva,* tum *formalis,* seu manifestatio et agnitio divinæ perfectionis.

Quod ut intelligatur, cum Lessio nostro notandum est « gloriam dupliciter accipi. Primo, pro quavis » excellentia interna vel externa, ratione cujus dignus » est quis cognosci, laudari, æstimari, honorari, amari. » Secundo, pro ipso cognosci, amari, laudari, esse in » admiratione, veneratione, etc. : hoc enim proprie et » formaliter *gloria* dicitur, quæ definiri solet *clara cum* » *laude notitia : notitia,* inquam, quæ habetur de excel- » lentia alicujus. Itaque duplex est Dei gloria : *interna* » et *externa.* Interna rursum duplex est : *objectiva* et » *formalis. Objectiva gloria* Deo intrinseca est ipsa » Divinitas, seu splendor et excellentia Divinitatis, et » Personarum divinarum : ob hanc enim dignissimus » est qui ab omnibus cognoscatur, ametur, laudetur, » etc. : sic passim in scripturis excellentia Divinitatis, » et omnia hujus excellentiæ signa dicuntur *gloria Dei.* » *Formalis gloria* Deo intrinseca est cognitio, amor, et » gaudium Dei de seipso, sive quod ipse a seipso » infinite et adæquate cognoscatur, ametur, et cum » infinito gaudio ac suavitate gustetur. Infinite enim » major est gloria Dei, quod ipsius bonitas et perfectio » a se cognoscatur, ametur, æstimetur, quam si ama- » retur et laudaretur ab infinitis angelis et hominibus. » In istis duobus sita est gloria Dei intrinseca, quam » ipse ab æterno plenissime possedit ; unde ad hanc » acquirendam vel augendam mundum non creavit, sed » propter aliam quamdam, quæ ipsi *extrinseca* est : » quæ etiam duplex est. Altera enim est *objectiva,* » et consistit *primario* in ipsa Dei excellentia prout relucet et cognoscibilis est in creaturis; *secundario* «consistit in « excellentia et pulchritudine ipsarum rerum creata- ram », siquidem res creatæ nullam excellentiam aut

pulchritudinem, nullam perfectionem aut nullum esse habent nisi a Deo participatum et perfectionis Dei imitativum ; ita ut pulchritudo creatarum rerum eo ipso pulchritudinem et excellentiam Dei manifestet ; quæ quidem eo magis manifestantur quo pulchriores et excellentiores sunt creaturæ. « Altera est gloria » *formalis,* quæ (perfecte quidem) sita est in Dei visione, » amore, gaudio, et actibus hinc sequentibus : nimirum » quatenus ipse a beatis cognoscitur, amatur, gustatur, » laudatur et benedicitur in omnem æternitatem; in hac » re completur tota gloria Dei externa, et ad illam » tota rerum creatarum species et pulchritudo ordi- » natur. (1) » Imperfecte vero jam habetur in agnitione, amore, laude Dei etc., hic in terris.

Ad hunc finem, quatenus in gloria Dei externa *objectiva* consistit, tendit natura sua omnis operatio Dei ad extra, huncque finem omni operatione ad extra Deus assequitur. Creando enim Deus producit creaturam, quæ in tantum in quantum est perfectiones Dei imitatur, easque proinde intellectui creaturarum rationalium manifestat. Elevando vero ad ordinem supernaturalem dat enti rationali novum esse quod supernaturali et splendidiori modo perfectiones Dei imitatur, easque si non omnino intellectui viatorum, saltem menti et intellectui beatorum manifestat.

Ad finem vero, quatenus in gloria Dei externa *formali* consistit, rursum tendit operatio Dei ad extra : cum incitet creaturas rationales ut tum imperfecte hic in terris, ex aspectione creaturarum; tum deinde perfecte in cœlis ex contemplatione creaturarum et ex visione immediata Dei, perfectiones Dei agnoscant, Eum inde laudent, Eique serviant. Et hunc finem assequitur Deus, quum justi huic incitationi obtemperant, imperfecte hic in terris, perfecte vero in cœlis.

2° Finis operis qui secundarius est *perfectio et felicitas creaturæ.*

(1) Lessius. *De Perfectionibus Moribusque divinis,* libr. XIV, cap. 1, n° 7.

Hæc enim perfectio et felicitas necessario cum gloria Dei extrinseca connectitur, siquidem ad illam dirigitur eique subordinatur, imo eo ipso creaturæ eam assequuntur quod gloria Dei externa obtinetur.

Gloria enim Dei externa *objectiva* præcise consistit in eo quod in creaturis resplendeant perfectiones Dei. Ergo gloria Dei externa objectiva eo major est quod creaturæ plus exhibeant perfectiones Dei, quod creaturæ *similiores* sint Deo. Quo similiores Deo autem eo perfectiores sunt, et quo perfectiores eo feliciores.

Gloria vero Dei externa *formalis* æque præcise felicitas est creaturæ rationalis. Nam « summa ejus » gloria est summum bonum nostrum, et summum » bonum nostrum non potest esse nisi summa ejus » gloria. Ratio est, quia summa ejus gloria externa est » Ipsum a nobis perfecte cognosci, amari et gustari. » Unde consistit in tribus actibus vitalibus, et in *iisdem* » formaliter consistit summum bonum nostrum, et vita » æterna, et essentia beatitatis. Summum enim bonum » nostrum et formalis beatitas est Deum videre, amare, » gustare ; seu quod idem uno verbo dici potest, Deo » frui. Itaque in summa Dei gloria formaliter et intrin- » sece includitur summum bonum nostrum, ita ut sine » illo concipi nequeat : et hoc ipso quo Deus illam » gloriam intendit et quærit, intendit et quærit summum » bonum et commodum nostrum. Unde non minus Deo » gratias agere debemus quod quærat gloriam suam, » quam quod quærat salutem nostram ; quia gloria ejus » est salus nostra. Hoc in hymno angelico Ecclesia » insinuat cum ait : *Gratias agimus tibi propter magnam* » *gloriam tuam* : beneficia enim ipsius in nos, sunt gloria » ejus (1) ».

3° *Finis operis cui primarius et ultimus* est *ipse Deus.* Sibi enim vult Deus gloriam, juxta illud Is. XLVIII, 11, « *gloriam meam alteri non dabo* », et juxta hanc

(1) Lessius. *De Perfectionibus moribusque divinis*, libr. XIV, cap. III, n° 62.

rationem: Deum in creatione rerum finem primarium et ultimum habuisse dignum se; neminem vero Deo dignum esse nisi Deum ipsum. Ita omnia quæ sunt ordinantur ad Deum tanquam ultimum finem suum, quia « *omnia propter semetipsum operatus est Deus impium quoque ad diem malum* » (Prov. XVI, 4), qui si Deum glorificare renuit voluntarie, saltem suppliciis suis Dei perfectiones manifestabit invitus.

4° *Finis operis cui secundarius et proximus* est *intelligens creatura*, Id est omnia quæ præter hanc creaturam facta sunt in hujus utilitatem facta sunt, ita tamen ut tum illas ipsas creaturas tum semetipsam ad gloriam Dei ordinet.

Sic a) tum omnes creaturæ per semetipsas, b) tum cursus omnium rerum omniumque eventuum, c) tum ipsa Filii Dei incarnatio cum toto ordine supernaturali a Deo in utilitatem hominum facta sunt et diriguntur.

a) « Cum natura ratione carens, inquit Lessius (1), » non sit capax talium actuum (quibus Deo tribuitur » gloria formalis), videndum qua ratione ad gloriam » Dei ordinetur, illique serviat. Quod ut intelligatur, » notandum est, Deum ita esse finum ultimum naturæ » rationalis, ut etiam sit ejus finis proximus; cum non » sit aliquid infra Deum ad cujus gloriam vel commo- » dum ipsa possit ordinari. Unde solus Deus est finis » immediatus ad cujus solius gloriam ipsa est condita. » Verum naturæ irrationalis Deus ita est finis ultimus, » ut ipsa etiam alium finem habeat ad quem proxime » natura sua destinetur, nempe naturam humanam, ad » cujus obsequium mundus iste corporeus cum omnibus » rebus corporalibus quæ ipso continentur, conditus » est. Quod enim omnia animantia et viventia sint » propter hominem, patet Genesis I : faciamus, inquit » hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et » præsit piscibus maris, et volatilibus cœli, et bestiis,

(1) Op. c. libr. XIV, cap. IV, n° 64.

» universæque terræ etc. Et Psalm. 8 : Constituisti » eum super opera manuum tuarum, omnia subjecisti » sub pedibus ejus, etc. Si omnia viventia, et ipsa terra » est propter hominem, par est credere, cætera quoque » non viventia, ut orbes cælestes et elementa, ejus » causa esse condita : quod etiam ipsorum motus et » operationes omnes declarant, quibus assidue homini » serviunt : neque ullus alius potest eorum usus » assignari, cum angelica natura mundo corporali non » egeat. Homo itaque finis est proximus totius istius » machinæ. Hinc cæteris omnibus creatis, digestis, » ornatis et præparatis, ultimo loco conditus est homo, » et veluti hæres ac dominus in possessionem orbis » inductus. »

b) Quod autem omnium rerum omniumque eventuum cursum Deus constituit ut quæcumque fiunt in hominum bonæ voluntatis cedant felicitatem, enuntiat Apostolus his verbis : « *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* » (Rom. VIII, 28).

c) Ad incarnationem, totamque ordinis supernaturalis pro homine restitutionem, quod spectat scribit Joannes III, 13. « *Sic enim Deus dilexit mundum, ut* » *Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in* » *eum non pereat, sed habeat vitam æternam.* »

Si tandem quæreretur quomodo creaturæ irrationales, mediante homine, ad Dei gloriam concurrant, seu quomodo homo Deum per illas glorificet, respondendum esset id hominem præstare *usu, abstinentia* et præsertim *contemplatione*. Mundus enim « veluti præco » ingerit sui conditoris notitiam, prædicando illius » potentiam, sapientiam, bonitatem, pulchritudinem, » providentiam et cæteras divinas perfectiones, juxta » illud Psalmi XVIII : Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum. (1) »

V. J. C.

(1) Lessius. Op. c. libr. XIV, cap. IV, nº 66.

IV

Determina jus illius qui in fundo alieno sive re aliena thesaurum invenit.

R. Nomine fundi alieni sive rei alienæ intelligitur magis proprie dominium alterius *privati*, sed intelligi etiam potest dominium *publicum*. Pro utroque casu jura determinamus.

I. A) Si in fundo sive re alterius privati thesaurus *casu* invenitur, ex jure positivo nostro æqualiter dividendus est inter inventorem et dominum directum fundi. Quæ dispositio etiam ante sententiam judicis in conscientia ex justitia servanda est. B) Si thesaurus *ex industria et sine consensu domini* quæritur et detegitur, totus cedit domino, ex eodem jure positivo. Hæc tamen dispositio, quatenus etiam dimidiam partem inventori denegat, per modum pœnæ statuta videtur, ideoque inventor ante sententiam judicis dimidium sine injuria retinet. — C) Si thesaurus *ex industria cum consensu domini* quæritur et detegitur, jura pendent a conventione inita ; in hujus defectu, a modo quo dominus facultatem concessit (ex terminis enim aut adjunctis hujus concessionis interdum colligitur utrum fiat absolute an vero sub conditione dividendi thesaurum) ; demum, quando nec de modo concessionis constat, jam dicimus inventorem probabiliter totum thesaurum posse retinere, si judex non interveniat.

Explicatur. Sub A) dicitur : in fundo, *sive re*. Quamvis enim lex de solo fundo loquatur, ex communi fere sententia juris peritorum applicatur etiam rebus mobilibus in quibus thesauri deteguntur. — Dicitur : *ex jure positivo nostro*. Ex solo jure naturæ thesaurus cederet totus inventori (sicut universim res nullius primo occupanti). Illud tamen jus naturæ est tantum permissivum ideoque non excludit diversa statuta legis positivæ. De facto jus nostrum, ut olim jus Romanum, decernit divi-

dendum esse thesaurum inter inventorem et dominum fundi : quia thesaurus aliquousque præsumi potest absconditus a majoribus hujus domini ; aut quia aliquousque considerari potest quasi pars istius fundi, ita ut media via eligatur inter occupationem et accessionem. Hæc quidem motiva compluribus minus valida videntur : unde in schemate proposito a cl. professore Van Biervliet pro revisione aa. 711-717 Cod. civ. totus thesaurus in casu adjudicatur inventori. Lex tamen, hucusque vigens, injusta non apparet. — Dicitur: inter inventorem et *dominum directum fundi.* Excluditur ab omni jure (nisi ipse sit inventor) ususfructuarius, emphyteuta, et a fortiori locatarius. — Dicitur tandem: *ante sententiam ex justitia servanda :* est enim hæc lex determinativa proprietatis. Quod jam expresse docuit Cajetanus (ad 2-2, q. 66, a. 5 ad 2) : « lex de inventis thesauris in alieno agro non est pœnalis, ut expectet sententiam judicis, sed de proprietate rerum statuens. » Quem sequitur communis omnino sententia theologorum (ut ostendit Van Gestel, *de justit. et lege civili*, ed. 2ª, p. 156 sqq.).

Sub B) dicitur : *ex eodem jure positivo,* scil. non ex diserta dispositione legis, sed ex mente legislatoris, doctrina peritorum et praxi judicum. — *Per modum pœnæ,* scil. « propter injuriam domino illatam ; jus enim dominus habet ne quis, se inscio et sine sui consensu, fundum proprium fodiat atque in eo quærat. » Baller. Palm. tr, 8, p. 1, n. 131,

Sub C) ponitur quæstio magis disputata, et resolvitur triplici distinctione. 1º Si conventio inita est, huic stare debet inventor. Sic potuit dominus relinquere inquirenti totum periculum, seu expensas, et totum lucrum ; aut partem periculi assumere sub conditione lucrum pariter dividendi ; aut etiam exigere ut alter solus periculum subeat et thesauri inventi dimidiam aliamve partem cedat. Et generatim quidem fiet hujusmodi conventio

expressa; si tamen non facta est: 2° colligitur interdum intentio domini ex modo quo facultatem quærendi concessit. Tandem 3° si nec partium conventio, nec limitatio, implicita saltem, concessionis deprehenditur, inventor non tantum dimidium sed probabiliter totum thesaurum sibi retinere potest: « quia relictus videtur ille casus juri naturæ et gentium, quo nihil prorsus domino debetur, sed totum acquiritur inventori. » Lugo, *de just.* disp. VI, n. 114.

II. Si in fundo dominii publici thesaurus invenitur; distingue inter dominium publicum proprie dictum et minus proprie dictum. In primo casu probabilius inventor totum retinere potest, perinde ac si in re propria aut nullius thesaurum invenisset: nisi judex aliter decernat, quia in dubio standum est rei judicatæ. In altero casu, æquiparatur status vel alia communitas domino privato, ita ut valeant dicta sub I: nisi tamen agatur de rebus parvi momenti, quia « de minimis non curat prætor » nempe in minimis non censetur Status hanc legem suam urgere. Ad explicationem asserti sufficit recolere distinctionem factam inter dominium proprie publicum, scil. rerum quæ communi usui et utilitati destinatæ in nullius sunt proprietate (puta canales, viæ publicæ); et dominium publicum minus proprie dictum, quod persona moralis qua talis titulo proprietatis instar privatorum possidet, quodque melius dicitur dominum statûs vel alius communitatis privatum (ut sunt sylvæ aliave prædia a communitate possessa). Quum igitur status, sive alia communitas, harum quidem rerum, non vero illarum, vere proprietarius existat, rationabiliter his rebus et non illis assertum I applicamus.

Utiliter in fine notatur: circa materiam hujus quæstionis, quum a jure positivo pendeat, facile bonam fidem reperiri. Unde confessarius in hoc negotio simul attendere debet tum ad principia hic posita, tum ad

principia de monendis pœnitentibus in bona fide versantibus : nam veram doctrinam imprudenter urgendo, efficiet ut pœnitens mala fide retineat quod bona fide tenebat.

O. E. D.

V

Quænam est in conscientia efficacia præscriptionis liberativæ a) quinque annorum pro omnibus præstationibus annue aut breviori spatio periodice solvendis, juxta art. 2277 c. c.; b) quinque annorum, duorum annorum, unius anni aut sex mensium pro multis aliis debitis, juxta art. 2271-2273?

R. ad I. Hæc præscriptio quinquennalis pro debitis periodicis (ut sunt pensiones, auctarium pecuniæ mutuatæ, pretium locationis etc.) probabilius etiam in conscientia liberat, supposita semper bona fide.

Et hoc quidem valet tum de ipso debitore tum de successoribus ejus : quia tamen pro debitore difficulter, pro successoribus facile bonæ fidei locus erit, ideo ille rarissime, isti frequentius uti poterunt hoc medio sese liberandi. Insuper hæc dispositio legis interdum usui esse poterit debitori ejusve successoribus ad actionem alterius juste excludendam.

Dicimus 1) hanc præscriptionem supposita bona fide probabilius in conscientia liberare. Etenim legislator, ex omnium sententia, potest ope præscriptionis debita extinguere ; nemo autem probabit quinquennium non esse in casu tempus sufficiens ad legitimam præscriptionem. Jamvero legislator, quod potuit, id etiam voluisse videtur, ex ipsa ratione præcipua ob quam brevem hanc præscriptionem statuit. Nempe voluit impedire ne præstationes annuæ lapsu temporis nimium accrescant et sic multos repente dejiciant in paupertatem (1); ad quod præcavendum non satis erat exclu-

(1) Vide : *Exposé des motifs du Code Napoléon,* Motifs du L. III, tit. 20.

dere actionem coram judice, sed oportebat ipsam conscientiam exonerare. Cfr. Van Egeren, *Notationes*, fasc. 10, n. 381. Præterea intentio legislatoris satis apparet ex eo quod hic nullo modo facultatem creditori tribuat deferendi juramentum debitori circa factum solutionis, aut successoribus ejus circa ignorantiam debiti ; sicut statuit pro præscriptionibus fori externi de quibus ad II.

Dicimus 2) hoc valere etiam pro ipso debitore bonæ fidei, sed utique talem raro reperiri. Plures quidem dicunt simpliciter præscriptionem hanc in foro interno probabiliter valere pro successoribus bonæ fidei, sed pro debitore ipso, ob defectum bonæ fidei, non valere (cfr. Van Egeren, l. c.). At accuratius loquitur Marres (de Just. II, n. 382) : « Rarissime tantum contingere potest ut ipse, qui debitum contraxit, illud exsistere per integrum lege requisitum tempus bona fide ignoret; debitoris autem heredes illud facile bona fide ignorare possunt : unde plerumque heredes tantum, non vero ipse debitor ex defectu bonæ fidei, meram præscriptionem tuta conscientia opponere possunt ut se ab obligatione servanda liberent. Fieri tamen potest ut quis per integrum requisitum tempus errore invincibili, ideoque bona fide, putet se debitum jam solvisse : quo obveniente casu debitor, qui beneficio legis usus solvere renueret, non inquietandus foret... » Ita quis debiti sui solutionem committit alteri, puta famulo, qui pecuniam ipse retinet et etiam falsam apocham conscribit : nonne, tacente creditore, in bona fide manebit debitor ?

Dicimus 3) dispositionem legis interdum usui esse ad actionem alterius juste excludendam. Ita a) si creditor præstationes annuas multis annis petere neglexit et nunc eas omnes sine dilatione exigit : debitor, cui valde molestum est statim solvere, licite coram judice præscriptionem opponit, non ad debitam solutionem

negandam, sed ad illam in tempus aptum differendam. b) Si creditor post quinquennium petit aliquam præstationem ad quam alter in conscientia non obligabatur: iste, qui jus suum coram judice aliter defendere forte non posset, licite omnino ope legalis præscriptionis se tuetur.

Ad II. Respondetur : has breves præscriptiones excludere tantum actionem in foro externo, non vero extinguere in foro interno obligationem.

Etenim hic jam defuit legislatori sufficiens boni communis ratio ad efficaciam veræ præscriptionis liberativæ his dispositionibus legis tribuendam ; ac nimis infirma est solutionis præsumptio, qua lex nititur. Quod cæterum ipse legislator videtur agnovisse, permittendo creditori ut deferat juramentum debitori circa factum solutionis, aut debitoris hæredibus circa debiti ignorantiam (art. 2275).

O. E. D.

VI

Q. Le curé d'une paroisse de 6000 âmes annonce au prône, le premier dimanche de Décembre, que les membres du conseil de fabrique sont invités à se réunir au presbytère, à l'issue des vêpres du même jour, pour procéder au remplacement d'un conseiller décédé. Cinq membres, y compris le curé, sont présents à la séance. On procède au vote par appel nominal ; deux membres s'abstiennent, deux autres portent leur voix sur Pierre, sacristain de la paroisse ; et le cinquième vote pour Paul. Le président est d'avis qu'il faut déclarer élu Pierre, qui a la pluralité des voix. Cependant un membre ayant soulevé des doutes sur la validité de cette élection, on décide de faire un second appel nominal, qui donne le résultat suivant :

un membre s'abstient, et les autres partagent également leur voix sur les deux candidats. Le bourgmestre prétend que Paul doit être déclaré élu, parce qu'il est le plus âgé ; le curé soutient qu'il y a lieu d'appliquer la prérogative épiscopale de l'article 8 du décret du 30 Décembre 1809 ; un troisième veut qu'on décide par la voie du sort ; enfin le président opine que Pierre doit être préféré, parce qu'il lui a donné sa voix qui est prépondérante, et il proclame Pierre membre du conseil de fabrique.

Comment appréciez-vous les différentes opérations de cette séance ? L'élection de Pierre est-elle valide ? Et pourquoi ?

R. Presque toutes les opérations de cette séance sont illégales ; et l'élection de Pierre est invalide, comme entâchée de nombreuses irréguralités. En effet

1° Le conseil se réunit *le premier dimanche de Décembre.*

Ce jour-là il n'y a pas de réunion ordinaire du conseil de fabrique (art. 10 du décret du 30 Décembre 1809 et art. 5 de la loi du 4 Mars 1870); et, dans le cas proposé, il n'est fait aucune mention de l'autorisation préalable, exigée par l'article 10 précité, pour que le conseil puisse s'assembler extraordinairement. Or, toute assemblée extraordinaire du conseil, non autorisée par l'Evêque ou par le gouverneur, est illégale ; et les délibérations prises, sans être nulles de plein droit, sont cependant irrégulières et annulables. Arr. roy. du 11 Janvier 1880 (*Moniteur* du 19 Janvier) ; et jugement du tribunal de Brux. du 26 Mars 1891 (*Pasicr.*, III, 249).

2° Le curé annonce au prône que les membres du conseil sont invités à se réunir à l'issue des vêpres *du même jour.*

Aux termes de l'article 10 du décret, l'avertissement de chacune des séances ordinaires doit être publiée *le dimanche précédent ;* et, d'après plusieurs auteurs, le

délai fixé par l'article 10 est applicable aux réunions extraordinaires. « En général, dit Moulart, ce délai sera de *huitaine ;* et s'il y a lieu de l'abréger, il faut toujours laisser un délai moral d'au moins deux jours francs, par analogie avec l'art. 63 de la loi communale. » *Des fabriques d'églises,* 8me édit., p. 274. Voir dans le même sens de Corswarem, *Handboek der kerkfabrieken*, n. 105 ; et un arrêté royal du 3 Septembre 1879.

Quoi qu'il en soit, il a été décidé que, si la convocation n'était faite que le jour même ou la veille de l'assemblée, les délibérations pourraient être annulées. Voir, p. ex., les arrêtés royaux du 16 Juin 1879 (*Monit.* du 1er Juillet) ; du 23 Décembre 1882 (cité par Leroy, *Instructions pratiques,* etc., p. 254, en note) ; du 1er Mars 1892 (*Monit.,* p. 687) ; et du 21 Janvier 1895 (*Monit.,* p. 251).

3° *Cinq membres,* y compris le curé, sont *présents* à la séance.

L'article 9, § 2, du décret dispose que « le conseil ne pourra délibérer que lorsqu'il y aura *plus de la moitié des membres* présents à l'assemblée ; » et, de l'avis de la généralité des auteurs, par la moitié des membres, il faut entendre la moitié du nombre *total* des membres dont le conseil est composé lorsqu'il est *au complet.* Cette règle est applicable aux élections comme aux autres délibérations du conseil ; il n'y a d'exception que pour les renouvellements triennaux. Voir les *Collationes,* T. I, p., 40; ainsi que la prochaine livraison.

Or, dans les paroisses où la population est de 5000 âmes et au-dessus, le conseil est composé de neuf membres électifs et des deux membres de droit (art. 3 et 4 du décret). En conséquence, les cinq membres présents à la séance ne forment pas la majorité requise pour pouvoir délibérer, et ne peuvent, dès lors, procéder valablement à l'élection.

4° On procède au vote *par appel nominal.*

Le décret de 1809 ne détermine pas le mode de nomination des conseillers de fabrique ; et la plupart des commentateurs en concluent qu'il peut y être procédé soit au scrutin secret, soit de vive voix. Cependant, comme les articles 9 et 11 prescrivent expressément que la nomination des dignitaires du conseil, et celle des fabriciens qui doivent composer le bureau des marguilliers, se fassent *au scrutin* secret, plusieurs auteurs pensent que ce dernier mode doit être employé pour *toutes les élections.* L'autorité administrative tant ecclésiastique que civile a adopté ce sentiment. Arr. roy. du 5 Juin 1883 (*Monit.,* p. 2157), et du 12 Mai 1885 (*Monit.,* p. 2033) ; lettres circulaires de Mgr l'Evêque de Bruges, du 28 Mars 1876 (*Collectio epist. pastoral.,* T. XII, p. 290) ; du 3 Mars 1879 (*ibid.,* T. XIII, p. 212) ;... du 27 Février 1891 et du 20 Janvier 1894 (*ibid.,* T. XV, p. 221 et p. 361), etc.

5° Deux membres s'abstiennent, deux autres portent leur voix sur Pierre, *sacristain* de la paroisse ; et le cinquième vote pour Paul. Le président est d'avis qu'il faut déclarer élu Pierre, qui a *la pluralité des voix.*

Le texte de l'article 9, § 2, porte que les délibérations du conseil seront arrêtées « *à la pluralité des voix* » ; mais la question est de savoir s'il ne faut pas la pluralité des voix des membres *présents*, dont il est fait mention dans cet article. Bien qu'il existe sur ce point une certaine divergence d'opinions lorsqu'il s'agit des délibérations ordinaires, l'opinion commune exige que les *élections* se fassent à la *majorité absolue ;* et, suivant le sentiment le plus probable, cette majorité s'établit d'après le nombre total des membres *présents,* sans distinguer s'ils prennent part au vote ou s'ils s'abstiennent. Cfr De Brabandere, *Comp. jur. can.,* 5me édit., T. II, p. 266, *Nota.* La jurisprudence est conforme à cette

doctrine. Arr. roy. du 9 Février 1879 (*Monit.* du 21 Février. Cfr *Mém. belge*, 1889, p. 398); et du 19 Juillet 1888 (*Monit.*, p. 2162).

En conséquence, Pierre ne réunit pas la majorité requise pour être élu membre du conseil de fabrique.

En outre, de l'avis de plusieurs auteurs, adopté par la jurisprudence, sa qualité de *sacristain* s'oppose à la validité de son élection, par le motif que le sacristain, soumis à la surveillance du bureau des marguilliers, qui tient lui-même sa nomination du conseil, ne peut être fabricien, en vertu du principe établi par la loi du 24 Vendémiaire an III (15 Octobre 1797), d'après lequel nul ne peut exercer ou concourir à l'exercice d'une autorité chargée de la surveillance médiate ou immédiate des fonctions exercées dans une autre qualité. Voir en ce sens les arrêtés royaux du 16 Avril 1883 (*Monit.*, p. 1510); du 29 Mai 1883 (*Monit.*, p. 2047); du 19 Juin 1885 (*Monit.*, p. 2671); du 27 Septembre 1894 (*Monit.*, p. 3283). (1)

Les observations qui précèdent prouvent abondamment que les doutes émis par un membre du conseil au sujet de la validité de cette élection sont pleinement justifiés.

6° On décide de faire un second appel nominal, etc... et *il proclame Pierre membre du conseil* de fabrique.

Les opérations de cette seconde partie de la séance

(1) Nous n'admettons pas cette doctrine. La loi de Vendémiaire n'est pas applicable dans l'espèce : cette loi en effet règle les incompatibilités entre les *fonctions publiques*. Or telles ne sont pas les fonctions dont il s'agit ici (De Brabandere, *Comp. jur. can.*, II, n. 966 coll. *Het Vlaamsch Bestuur*, V, 322). D'autre part, il est de principe que les incompatibilités, qui sont de droit étroit, ne s'établissent pas par analogie ou induction. Au reste, le sacristain peut être *notable ;* et, dans certaines localités, il jouit d'une grande considération. Enfin, il n'est pas un serviteur de l'église dans le sens de l'article 33 du décret de 1809 : il est nommé par l'Evêque, il participe directement à l'acte de la célébration du culte, et il exerce ses fonctions, non sous la direction et surveillance du bureau des marguilliers, mais du curé. Moulart, *ouv. cité*, p. 241 ; Delcour, *Traité de l'administration des fabriques d'églises*, p. 9.

ne sont guère plus régulières que celles de la première. (1)

Outre que le mode choisi pour l'élection est défectueux (voir ci-dessus, 4°), le bourgmestre prétend erronément que Paul doit être élu parce qu'il est le plus âgé : en effet, « aucune disposition légale (2) ne permet de donner la préférence au plus âgé des candidats ». Arr. roy. du 31 Décembre 1876, (*Monit.* du 8 Janvier 1877) ; et du 11 Mars 1885 (*Monit.*, p. 1207). Le fabricien qui veut qu'on décide par la voie du sort saurait moins encore justifier sa manière de voir, qui est repoussée par la généralité des auteurs. Il est contraire à l'esprit du décret de faire intervenir le sort pour désigner les conseillers, dont la nomination doit être l'expression de votes libres et éclairés. Tolérer un semblable mode de nomination, ce serait vouloir détruire le système électif prescrit par la loi (art 8 du décret et arr. roy. du 12 Août 1819). Avis du conseil d'Etat du 9 Juillet 1839 ; arr. roy. du 26 Avril 1871 ; Leroy, *Instruct. pratiq.* etc., p. 248 ; Moulart, *ouv. cité*, p. 257. Le président n'est pas fondé non plus à dire que Pierre doit être préféré, parce qu'il lui a donné sa voix qui est prépondérante, vu que « la disposition du paragraphe premier de l'article 9, aux termes de laquelle *le président aura, en cas de partage,*

(1) Il en est qui, dans les réponses qui nous ont été transmises, expriment l'avis que le conseil n'a pas le droit de procéder à une nouvelle élection, attendu que la première n'a pas été préalablement annulée. Voir De Brabandere, *Comp. jur. can.*, n. 1001.

Nous pensons qu'ils sont dans l'erreur, car jusqu'ici aucune résolution définitive n'a été prise, ni aucun résultat proclamé ; et nous ne voyons pas pourquoi un conseil de fabrique, convoqué pour faire une élection, ne pourrait pas, de commun accord, revenir, dans la même séance, sur certaines opérations qu'il juge irrégulières, à l'effet d'atteindre le but pour lequel il est réuni. Comp. de Corswarem, *ouv. cité*, n. 80.

(2) L'art. 172 des lois électorales coordonnées ne peut pas être appliqué aux élections du conseil de fabrique. Voir de Corswarem, *Handboek der kerkfabrieken*, n. 82.

voix prépondérante, ne s'applique point à *l'élection des membres du conseil,* qui est réglée par les articles précédents et qui se fait au scrutin secret. » Arr. roy. du 12 Mai 1885 (*Monit.*, p. 2633). Voir dans le même sens les arr. roy. du 3 Février 1879 (*Monit.* du 21 Février) ; du 23 Mai 1881 (*Monit.* du 30 Mai) ; et du 3 Juin 1884 (*Monit.*, p. 2294). (3)

En conséquence, Pierre encore une fois n'a pas la majorité requise pour être élu. Dès lors, le président le proclame illégalement membre du conseil de fabrique. Il eût mieux fait de se rallier à l'avis du curé qui soutient avec raison que, dans l'espèce, il y a lieu d'appliquer la prérogative épiscopale de l'article 8, § 2, du décret. Cet article suffit pour assurer nonobstant la négligence ou les dissentiments des fabriciens, la composition régulière des conseils de fabrique (arr. roy. du 12 Mai 1885) ; il « s'applique à tous les cas où l'élection n'aboutit pas, à celui où le conseil ne s'est pas assemblé comme à celui où il s'est réuni et n'a pu parvenir à nommer les nouveaux fabriciens. Il ne distingue pas entre les causes de l'empêchement, et charge, dans tous les cas, l'Evêque diocésain d'ordonner qu'il soit procédé au renouvellement dans le délai d'un mois ; ce délai expiré l'évêque nomme lui-même. » Giron, *Dictionnaire de droit administratif,* V° Fabriques d'église, n. 13.

Cet article, il est vrai, ne prévoit que les renouvellements triennaux ; mais les arrêtés royaux du 2 Août 1819 et du 12 Mars 1849 ont étendu cette disposition au remplacement des membres sortants par décès ou par suite de démission ou de changement de domicile.

En résumé, l'élection de Pierre est invalide parce

(3) Nous reviendrons sur cette prérogative du président dans la prochaine livraison.

qu'elle s'est faite a) dans une séance extraordinaire non autorisée et trop tardivement annoncée, b) par un nombre de membres insuffisant, c) à haute voix, et d) sans que le candidat, exerçant d'ailleurs une fonction incompatible avec celle de fabricien, ait pu réunir la majorité des voix requise pour être élu.

Cette élection doit donc être annulée par le Roi ; et l'Evèque usera ensuite de la prérogative qui lui est accordée par l'article 8, § 2, du décret de 1809.

C. V. C.

Evangelia dominicarum

DOM. I QUADRAG.

Jejunium quadragesimale et triplex tentatio Jesu. Matth. IV, 1-11, Cf. Marc. I, 12, 13 ; Luc. IV, 1-13.

1. Te dien tijde werd Jesus van den Geest in de woestijne geleid, om van den duivel bekoord te worden. 2. En als hij veertig dagen en veertig nachten had gevast, had hij daarna honger. 3. En de bekoorder toegetreden zijnde, zei tot hem : Indien gij Gods Zoon zijt, zeg dat deze steenen brood worden. 4. Maar hij antwoordde en zei : Er staat geschreven : De mensch leeft niet van brood alleen, maar van alle woord dat uit Gods mond gaat. 5. Toen nam de duivel hem op naar de heilige stad, en stelde hem op de tinne des tempels, 6. en zei tot hem : Indien gij Gods Zoon zijt, werp u nederwaarts ; want er staat geschreven, dat hij zijne Engelen wegens u bevel gegeven heeft, en *dat* zij u op hunne handen zullen dragen, opdat gij niet soms uwen voet aan eenen steen zoudt stooten. 7. Jesus zei tot

hem: Daar staat ook geschreven: Gij zult den Heer uwen God niet beproeven. 8. Wederom nam de duivel hem op naar eenen zeer hoogen berg, en toonde hem al de koningrijken der wereld, en hunne heerlijkheid, 9. en zei tot hem: Dit alles zal ik u geven, indien gij, nedervallende, mij aanbidt. 10. Toen zegt hem Jesus: Ga weg Satan! want er staat geschreven: Den Heer uwen God zult gij aanbidden, en hem alleen dienen. 11. Alsdan verliet hem de duivel; en ziet, Engelen kwamen toe, en dienden hem.

* * *

Notationes

Tunc, statim a baptismo (Marc. I, 12) " Quòd statim a baptismo sese e turba subduxit Salvator, atque in desertum secessit, primùm quidem fecit ut declinando turbam apud quam cœlestibus signis commendatus erat, humilitatis nobis exemplum relinqueret; deinde docere voluit eum, qui jam baptizatus est, et Spiritu Dei donatus, sese subducere debere a tumultu vitæ carnalis, ac turbæ convictu, qui frequenter inquinat, potissimum autem id faciendum ei, qui alios est docturus... " Jans. Gand.

Jesus ductus (Marc. *expulsus,* Luc. *actus*) *est in desertum à Spiritu sancto.* " Bene hoc loco a Spiritu actus et ductus dicitur, ne suo humano spiritu aut homine aliquo impulsore mirandum jejunii sui exemplum, quod irrationabile videri posset, et omnia, quæ deinceps vel facturus esset, vel docturus, facere videretur, sed solo divini Spiritus impulsu, ut doceremur, postquam per baptismum in filios Dei renati sumus, nihil jam nostro spiritu tentandum, et secundum carnem non amplius vivendum, sed ut decet filios Dei oportere nos ejus spiritu agi in omnibus... Causam autem ob quam in

desertum secesserit Christus, solus Matthæus reddit, dicens, *ut tentaretur a diabolo,* non quòd hæc sola fuerit causa, nam et superius aliæ dictæ sunt, sed quod hæc fuerit præcipua inter multas. Ex hoc autem non est intelligendum licitum esse, et bonum exponere nosipsos tentationibus diaboli, et velle ab eo tentari. Non enim hic dicitur Christus voluisse ab eo tentari, sed ductus dicitur a spiritu ut tentaretur, quo significatur Spiritum Dei id intendisse, qui et plerosque justos aliquo impellit, ut ibi in bonum suum et Dei gloriam tententur a diabolo. Et tamen etiam verum est Christum voluisse a diabolo tentari, ad quem superandum venerat. Velle enim id poterat, ut qui sciret se ab illo superari non posse. Tentari autem voluit a baptismo :

Primum quidem, quo ostenderet baptizatos postquam mundo, ac vitiis valedixerint, non debere esse securos, sed tunc maxime tentationes diaboli instare, ut cujus jam facti sint hostes : ac proinde tunc maxime vigilandum, ac arma contra eum sumenda, ne illi succumbant, nec turbari eos debere, si eum qui omnem odit virtutem, quemque sibi jam capitalem hostem reddiderunt, oppugnantem sentiant. Unde Eccl. 2 dicitur : *Fili accedens ad servitutem Dei, sta in timore, et præpara animam tuam ad tentationem.*

Deinde, ut sicut morte sua mortem nostram superavit, ita et suis tentationibus nostras vinceret, atque in seipso nobis demonstraret deinceps vinci posse a nobis per ipsum, eum qui hactenus hominum genus vicerat.

Tertio, ut et rationem qua illum superaremus nobis suo exemplo commonstraret, jejunio scilicet, oratione, ac Scripturarum meditatione, verboque Dei.

Præterea, ut per tentationes suas verum se hominem comprobaret, ac in tentationibus majorem fiduciam nobis largiretur adjutorii et miserationis infirmitatum nostrarum. Unde Hebr. 4 dicitur : *Non habemus Pon-*

tificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

Postremum, quod attinet ad eos qui aliis docendis destinantur, tentari voluit priusquam Evangelicum munus aggrederetur, quò doceret tum demum hoc negotium recte obiri posse, cum quis prius probatus variis tentationibus, superior omni concupiscentia voluptatis, honoris, et divitiarum fuerit.

Desertum autem tentationi electum est, ut ostenderetur diabolum solitariis maxime insidiari, ut quibus cum solo diabolo pugna restat subacto scilicet mundo, et carne. Notandum quoque bene dictum esse, ut tentaretur a diabolo. Non enim sicut nos a concupiscentia sua tentari potuit, sed tantum a diabolo et ministris ejus. » Jans. Gand.

Quæ sequuntur sic breviter exponit Crombez :

« 1. Jesus ascendit a Jordane in interius desertum : eo nempe impulsus a Spiritu, volente ut ibi inter preces et jejunia a diabolo ad peccatum sollicitatus cum eo colluctaretur qui primum hominem devicerat, atque victor Satanæ esse probaretur ille qui contereret caput serpentis, hominemque perditum redimeret et Regnum Dei instauraret. 2. Cum igitur Jesus quadraginta dierum et totidem noctium inediam transegisset, solo interea sustentatus cibo spirituali orationis et contemplationis, tandem Deo eum infirmitati naturali permittente, esuriit. 3. Hinc occasionem sumsit eum tentandi diabolus, sciturus num Jesus esset Messias, Dei Filius, an merus homo, atque ad peccatum eum pertracturus. Accessit ergo ad eum forma visibili humana " fame cruciaris, inquit, quam indignum hoc est Filio Dei, qui uno verbo creat universa de nihilo ! Si ergo Filius Dei es, dic ut lapides isti vertantur in panes ad satiandam esuriem tuam. " Agnoscis veteratorem qui primum Adamum escæ lenocinio pellexit in peccatum et mortem. 4. At secundus Adam dolum ejus elusit. « Scriptum est, inquit tentatori, non solum pane vivet homo, sed omni

eo quo Deus vitam ejus ali jusserit. » 5. Diabolus, cum se fiducia Jesu in Deum et verbis Sacræ Scripturæ elusum cerneret, iisdem armis quibus ille vicerat abutitur ad vincendum. Assumsit nempe eum per aera in Sanctam Civitatem, et impositum tecto porticûs templi, juxta quam immensum erat præcipitium, sic alloquitur: 6. " jam tempus est te palam et omnibus ostendendi Filium Dei. Dede te hinc præcipitem. Hoc, si Filius Dei es, impune feceris. Scriptum est enim : quia angelis suis mandavit de te : atque hi in manibus suis tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Si vero Patri diffidens, hoc facere renuas quod Scriptura prædicit, desine te cogitare Filium Dei. " 7. At Jesus opposita Scriptura tacite docet quam iste insidiose perverterat verba sacra: « etiam, inquit, scriptum est : non experimentum capies Domini Dei tui, temere et sine idonea causa miracula omnipotentiæ ejus exigens. Suggeris igitur quod impium est. » 8. Victus jam secundò diabolus ad novam fraudem recurrit ; cumque nec concupiscentia carnis, nec superbia prævaluisset, concupiscentia oculorum Jesum oppugnat. Eum a templo in montem quemdam valde editum transfert, unde illi ostendit omnia mundi regna, eorumque pulchritudinem, divitias et gloriam universam, quæ omnia occulta sua virtute oculis ejus in unico temporis momento subjicit, quo vehementius cupiditatem inflamment. — Tum fingens se ipse Filium Dei, et Dominum rerum omnium quæ in cœlis sunt, et in terra, ut hac astutia veritatem tandem deprehendat, et si fieri possit Jesum perdat, ait : « omnia illa quæ vides, mea sunt : ego plenum in res omnes dominium accepi. Jamvero universa hæc tibi dabo si modo me tanquam Dominum et Deum, bonorum omnium largitorem reveritus, in terram prostraveris te et adoraveris.» 10. Has blasphemias non ferens Jesus, diabolum increpat, dicens : « apage, Satana ! longe aliud docet

Spiritus Dei ; scriptum est enim : Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. » 11. Tertio devictus diabolus, neque ultra sperans se quidquam consequi posse illo tempore, reliquit eum, aliam opportunitatem exspectaturus ut insidias strueret. Eo autem aufugiente, accesserunt forma visibili humana angeli cœlestes, et Jesu cibum ceteraque necessaria subministrabant. »

Conclusio moralis.

In quibusnam Christus tentatus nobis fuit exemplum?

« R. I. In eo quod non ultro venit ad locum tentationis, ut notat S. Chrys., sed eo adductus fuit secundum œconomiæ rationem ; quo innuitur non insiliendum esse, sed si adducamur, fortiter esse standum.

II. In eo quod tentationem superavit :

1° Per jejunium; quando enim reprimitur caro, spiritus promptior fit et validior :

2° Per solitudinem ; namque in medio mundo perverso, majora oriuntur pericula ; deinde, locus ab oculis et hominum convictu remotus favet officiis sanctæ precationis, qua præsertim vincitur tentatio :

3° Per *gladium spiritus quod est verbum Dei* (Eph. 6, 17) ; etenim in singulis tentationibus dæmoni respondit, verba quædam Scripturæ sacræ recitando et ut tela acerrima in eum conjiciendo.

4° Deinde cum tentatione non ratiocinatur, neque inquirit dubius de gradu malitiæ, peccatumne sit grave an leve. Sufficit ipsi hoc unum, certo sibi compertum esse rem malam suaderi, ut consensum statim deneget, simulque exerceat actum pietatis in Deum ; etenim in 1ª tentatione profitetur ipsum esse omnipotentem ; in 2ª vero tentatione, sapientem mundi moderatorem (quare leges naturæ ab ipso statutæ non sint contemnendæ), et tandem in 3ª tentatione, solum ado-

ratione cultuque supremo dignum. Hac autem agendi ratione docet nos non immorari in tentatione, cumque ea non disserere aut causari, sed eam illico repellere per actum fidei seu pietatis in Deum, i. e. mentem ad Deum erigendo per piam cogitationem et preces breves crebrasque ex imo corde emissas *(prières jaculatoires)*.» Ita Van Steenkiste, qui et in *excursu homilitico pro concione de tentationibus* 1° exempla quædam e S. Scriptura adducit, sive imitanda, sive devitanda ; 2° varia doctrinæ capita inde colligit ; 3° præcipuas tentationum utilitates necnon 4° subsidia et remedia adversus tentationes indicat : quæ omnia attente perlegisse, concionatori proderit valde.

G. V. D. P.

Dissertatio

Dijudicatur nova quædam conciliatio Matthæi X, 10 : NEQUE VIRGAM, *cum Marco VI, 8 :* NISI VIRGAM TANTUM.

Apud Matth. X, 9, 10 legitur : « Nolite possidere aurum... *neque virgam,* μηδὲ ῥάβδον ».

Apud Marc. VI, 8 vero : « Et præcepit eis, ne quid tollerent in via, *nisi virgam tantum,* εἰ μὴ ῥάβδον μόνον ».

Christus ergo, secundum Matthæum, Apostolis suis prohibet virgam viatoriam, secundum Marcum vero, permittit. Contradicitne Matthæo Marcus ?

Nuper in opere menstruo : *Etudes religieuses... tome 69e, 15 Octobre 1896,* R. P. Méchineau, recensitis variis Veterum hac de re opinationibus, novam timide proposuit Marcum cum Matthæo componendi rationem, hanc nimirum, ut verba Marci: εἰ μὴ ῥάβδον μόνον, vertenda sint : *sed neque virgam unam,* adeo ut Marcus idem prorsus dicat ac Matthæus : *neque virgam.*

« En deux mots, ait, je pense que le εἰ μή de

saint Marc doit se traduire, non pas par *si non* ou *nisi,* mais par *sed non* ou *sed neque,* de sorte que Jésus-Christ, aussi bien d'après saint Marc que d'après saint Matthieu et Saint Luc (IX, 3), a dit que l'apôtre ne devait se préoccuper de quoi que ce fût pour son voyage, pas même d'un bâton ».

Novam hanc opinionem, optimo sane consilio atque ea, qua par erat, modestia propositam, parum probabilem esse censemus, et quidem propter duo :

1. Propter auctoritàtem omnium antiquarum versionum, omniumque veterum interpretum.

Ut autem hujus argumenti vis tota sentiatur, perpendatur versionem *sed neque* hinc quidem medium præbere facillimum conciliandi Marcum cum Matthæo, illinc vero nemini Veterum in mentem incidisse, aut certe mentione dignam habitam fuisse : versionem autem *nisi* omni quidem retro tempore crucem exstitisse interpretum, a nemine vero in dubium vocatam fuisse.

2. Propterea quod particula εἰ, conjuncta cum μὴ nullibi, sive in græcitate classica, sive in græcitate biblica, idem valet ac *sed neque,* sed semper significat a) *sin minus, alioquin,* vel b) *si non,* vel c) *nisi, præter,* ut hîc, juxta omnes. Cf. Matth. V, 13 ; XI, 27 ; XII, 4, 24 ; XIII, 57 ; XVI, 4 ; XVII, 8 ; Marc. IX, 8; Luc. V, 21; VI, 4; Act. XI, 19; Gal. I, 7; Phil. IV, 15; Apoc. IX, 4 ; XXI, 27, etc.

Adfert quidem laudatus Scriptor unum locum (Is. XXVIII, 28) ubi particula hebræica *ki* et chaldaica *arê* valet *sed ;* alterum locum (Ps. I, 2) ubi hebraicum *ki im* merito vertitur *sed ;* tertium locum (Dan. III, 17) ubi chaldaicum *hen* significat *ecce, utique ;* quartum locum (Is. LVIII, 4) ubi græca particula εἰ significare videtur *ecce, sane ;* quintum denique locum (Job IV, 18), ubi disjunctæ particulæ εἰ... οὐ fortasse sonant *ecce... non, certe... non :* nullum vero locum adducit ubi græca particula composita εἰ μὴ significet : *sed neque.* Spera-

verat tamen se demonstraturum esse εἰ μὴ in græcitate biblica *aliquoties* significare *sed neque :* « εἰ μὴ, inquit, a-t-il jamais signifié en grec *sed neque ?* Je réponds : dans le grec classique, non, jamais ; dans le grec biblique, oui, quelquefois, et c'est ici le cas, comme j'espère arriver à le démontrer ».

Cum igitur nova hæc sententia neque extrinsecam neque intrinsecam obtineat probabilitatem, cumque præsumendum sit cl. Doctorem hanc quæstionem plene trutinatum esse, omniaque saltem præcipua argumenta sua jam depromsisse, confugiendum nobis manet ad unam alteramve solutionem Veterum, v. gr. ad illam quam proponit Beelen, juxta quem Christus apud Marcum permittit usum unius baculi viatorii, juxta Matthæum vero prohibet tantum usum baculi mutatorii, seu alterius baculi, qui servetur pro casu quo prior contritus aut deperditus fuerit ; vel potius, ut nobis videtur, ad solutionem quam post Maldonatum amplectuntur Bisping et Van Steenkiste, quæque apud Maldon. sic sonat :

« Contrariis verbis eamdem uterque sententiam eleganter expressit. Uterque enim *non Christi verba, sed sensum exponens,* voluit significare Christum Apostolis præcepisse, *ne quid haberent, præter ea, quæ essent in præsentem usum necessaria.* Id Matthæus significavit, dicens : *Ne virgam quidem ;* virgam enim pauperrimus quisque habet. Marcus significavit dicens : *Sed virgam tantum.* Nam qui virgam tantum habet, nihil superfluum habet ; sicut dixit Jacob : *In baculo meo transivi Jordanem istum* (Gen. XXXII, 10), id est, pauper, nihil habens, nisi baculum in manu more mendici, quemadmodum gallice in re prorsus simili contrariis verbis eadem sententia significatur iter facere more pauperis, *s'en aller à beau pied sans lance, et s'en aller à pied avec un baston en la main* ».

G.V. D. P.

Fabriques d'église

Devoirs des fabriciens au mois de Mars.

I. Séance légale du premier dimanche de Mars.

Les conseils de fabrique doivent se réunir en session ordinaire le premier dimanche du mois de Mars, à l'effet d'examiner et d'arrêter le compte annuel, que les trésoriers sont tenus de leur présenter à cette date (art. 5 de la loi du 4 Mars 1870).

Les conseils peuvent d'ailleurs dans cette séance, comme dans toute autre séance légale, s'occuper de tous les objets qui rentrent dans leurs attributions ; et, préalablement à toute autre délibération, ils pourvoiront, s'il y a lieu, au remplacement des membres sortis par décès ou par suite de démission, de changement de domicile ou autre cause (arr. roy. du 2 Août 1819 et du 12 Mars 1849, art. 6).

Mais l'objet principal de cette séance est la vérification du compte annuel de la fabrique. Les conseillers feront un examen attentif et détaillé de ce compte, s'assurant par eux-mêmes si aucune recette n'a été omise, si toutes les dépenses faites ont été approuvées et sont appuyées de mandats réguliers, si les mémoires et factures sont dûment acquittés, en un mot, si toutes les prescriptions légales ont été observées.

Afin de leur faciliter la tâche, nous avons signalé dans les *Collationes* (I, p. 81 ss.) les divers points qui méritent une attention spéciale. Nous engageons vivement MM. les curés et les administrations fabriciennes, qui désirent s'épargner le désagrement

du renvoi de comptes non approuvés ou modifiés par l'autorité supérieure, à ne pas perdre de vue les observations pratiques, que nous avons présentées à cet effet.

L'administration provinciale de la Flandre Occidentale a eu l'obligeance de nous fournir certains renseignements complémentaires que nous nous empressons de communiquer à nos lecteurs.

a) Il peut arriver qu'après l'ouverture du budget la fabrique reçoive une libéralité dont elle convertit le montant en fonds publics ou le place provisoirement à la Caisse d'épargne. Au compte, on inscrira la somme dont il s'agit, en recette extraordinaire, et en même temps, en dépense extraordinaire (n. 53) ; mais, outre les explications fournies à la feuille d'observations, on aura soin d'accompagner le compte d'une délibération spéciale constatant le placement. Cette formalité est requise parce que, au gouvernement provincial, le placement des fonds est traité dans un bureau distinct de celui qui est chargé de la comptabilité.

b) Nous avons dit (*Collationes,* I, p. 82) que les allocations budgétaires ne peuvent être dépassées sans une autorisation spéciale de la Députation permanente, sauf en ce qui concerne les objets réservés à l'Evêque (circ. min. du 15 Mai 1885).

Il suffit de demander l'autorisation requise sur la feuille d'observations qui est annexée au modèle du compte.

Cette jurisprudence est d'ailleurs conforme à la pratique adoptée par l'autorité diocésaine. « *Advigilent quoque* (parochi) *cum thesaurariis ut allocationes budgeti non excedantur. Quod si forte vitari omnino nequiverit, in capite computus necessitas explicetur.* » Dec. cong. prosyn. 31 Maii 1882, n. 2 (*Coll. epist. past.,* T. XIV, p. 75).

II. Visite et réparation des Batiments.

Au moment où le retour prochain de la belle saison va ramener l'époque la plus convenable pour faire réparer, dans les édifices, les dégradations qu'ont pu occasionner les mauvais temps de l'hiver, nous jugeons à propos de rappeler aux marguilliers, et spécialement au trésorier, l'obligation qui leur est imposée par l'article 41 du décret du 30 Décembre 1809, ainsi que les recommandations que nous avons faites, à ce sujet, l'année dernière (*Collationes,* I, p. 130).

Nous insistons tout particulièrement sur la nécessité d'examiner soigneusement les toitures, et de réparer sans retard les moindres dégradations qui y seraient survenues. Sans parler des dégâts que la négligence en cette matière peut occasionner à l'intérieur des édifices, les bois de charpente, se trouvant exposés à l'air lorsque la tuile ou l'ardoise sont enlevées, pourrissent promptement ; et l'on est souvent obligé de rétablir une charpente entière pour avoir négligé de faire à temps quelques mètres de couverture. Il convient surtout d'empêcher toute espèce de filtration à l'intérieur, que ces filtrations proviennent du mauvais état des égoûts, chéneaux, gouttières ou de toute autre cause. On ne saurait croire combien sont considérables les dégâts qu'occasionnent les suintements d'eau par les toitures, et qui sont produits quelquefois par le dérangement d'une seule tuile.

Il faut comprendre dans la réparation des couvertures l'émoussage des toits et l'enlèvement de toute sorte d'ordures ou de végétation. Leur séjour sur la tuile ou l'ardoise y entretient l'humidité, et amène nécessairement la pourriture des planches, lattes ou voliges qui supportent la couverture.

C. V. C.

Jurisprudence administrative

De l'usage des cloches et des clochers des églises

(Voir les *Collationes,* II, 36).

Précédemment nous avons exposé les principes admis, quant à l'usage des cloches, sous l'ancien régime. Ce sont ces principes auxquels il convient de se reporter pour résoudre les controverses qui divisent les auteurs modernes au sujet de cette importante matière ; ce sont ces règles qui doivent nous guider dans l'interprétation du droit actuel, et nous aider à préciser la nature et l'étendue des attributions revenant aux autorités religieuse et civile. Ces mêmes règles doivent continuer à être suivies, à moins qu'on ne prouve que le législateur ait voulu y déroger. En effet, si d'abord on examine les choses en elles-mêmes, on reconnaît nécessairement que les cloches ont conservé aujourd'hui le caractère religieux qu'elles avaient autrefois. Aujourd'hui comme autrefois, les cloches sont consacrées par une bénédiction solennelle, par des cérémonies et des prières qui marquent leur affectation spéciale et permanente au service du culte; aujourd'hui comme autrefois, leur destination est essentiellement religieuse : elles servent à appeler les fidèles aux services divins, à exciter des pensées et des sentiments pieux, et à rehausser les cérémonies du culte. En un mot, « les cloches des églises paroissiales sont *essentiellement des objets d'église,* et si l'article 48 de la loi organique du Concordat permet, moyennant autorisation de la police locale, de les faire servir à des sonneries profanes, elles n'en conservent pas moins

leur *caractère particulier d'objets religieux*, laissés par la loi sous la garde et la responsabilité des marguilliers et du curé. » Arrêt de la Cour de Gand, du 18 Janv. 1881 (*Pasicr.*, II, p. 233). Puis donc que les cloches ont conservé leur caractère et leur destination essentielle, ne doit-on pas logiquement conclure que les anciens principes sur leur usage doivent être encore appliqués aujourd'hui à moins qu'il n'y ait été dérogé ? En ce sens avis du Conseil d'Etat de France, du 17 Juin 1840.

Il y a plus — on pourrait soutenir, en s'appuyant sur la jurisprudence des cours d'appel et de cassation de France, et sur le texte même de la loi, que le Concordat et la loi de Germinal an X ont remis en vigueur les anciens canons reçus dans ce pays, quand ces canons ne sont pas en opposition avec les lois politiques et civiles (1) ; et que par conséquent les anciennes règles relatives à l'usage des cloches doivent être suivies, si elles ne sont pas inconciliables avec le droit moderne. (2) Or, les lois qui nous régissent, loin d'être en opposition avec l'ancien droit ou d'y avoir dérogé, consacrent plutôt les mêmes principes. D'une part, la Constitution belge, en proclamant la liberté des cultes, reconnaît implicitement à l'autorité religieuse le droit exclusif de régler l'usage des objets destinés à l'exercice du culte et affectés à ce service (3) ; d'autre

(1) C'est ce qui résulte principalement des articles 6 et 26 de la loi du 18 Germinal an X ; et c'est ce qui a été jugé par arrêt de la Cour de Paris, du 27 Déc. 1828 (Sirey, T. XXIX, II, pag. 35) ; arrêt de la même Cour, du 14 Janv. 1832 (Sirey, T. XXXII, II, pag. 65) ; et arrêt de la Cour de Cassation, du 21 Fév. 1833 (Sirey, T. XXXV, I, pag. 168).

(2) Lauwers fait observer que « cette conclusion a la même force en Belgique, puisqu'elle était régie par des lois analogues et que les mêmes canons étaient en vigueur dans notre pays. — Les lois françaises, publiées en Belgique, ne peuvent pas être entendues autrement qu'en France, alors même qu'elles n'ont reçu leur interprétation qu'après la réparation. » *Des cloches*, p. 24.

(3) Certains auteurs se plaisent à déclamer contre « la tendance incessante du clergé catholique à se mettre au dessus des lois, au nom d'une prétendue liberté des cultes, qu'il façonne à ces convenances,

part, l'article 48 de la loi de Germinal ne révèle aucunément que le législateur ait eu l'intention d'innover : cet article a uniquement pour objet de concilier l'ancien régime avec le régime nouveau, en déterminant la mesure d'intervention de l'autorité civile, en vue de l'ordre et de la tranquillité publique. Nous l'établirons.

2° Ici nous abordons le vrai siége de la question, l'article 48 de la loi du 18 Germinal an X, dont nous avons déjà donné le texte (p. 37). (1)

---

oubliant la réserve inscrite dans la Constitution, pour la répression des délits commis à l'occasion de son usage (art. 14). » *Belgique judiciaire*, 1883, p. 1538. Telles ne sont cependant pas les prétentions du clergé : tout ce qu'il revendique au nom de la liberté des cultes, c'est le droit de disposer des objets qui ont rapport au service du culte, en ol servant les prescriptions légales portées en vue de prévenir les abus possibles. Que deviendrait la liberté des cultes si, comme le soutiennent nos adversaires, l'autorité civile pouvait disposer à son gré de ces objets? N'en résulterait-il pas un intolérable désordre, s'il était permis à l'autorité communale d'en réglementer arbitrairement l'usage ? Voir Seresia, *Du droit de police des conseils communaux*, n. 185.

On a dit, il est vrai, que la sonnerie des cloches n'est pas un acte du culte (ch. des représ., 14 Déc. 1876, *Ann. parl.*, 1876-1877, p. 158, 2me col.). Sans doute, on peut admettre que le fait matériel de sonner une cloche n'est pas, par lui-même, un acte du culte. Mais on ne peut nier que ce fait ne se lie intimement à l'exercice du culte, qu'il constitue une partie intégrante, indispensable des cérémonies religieuses ; et que les cloches « sont essentiellement des objets d'église. » Voir ci-dessus.

(1) Certains jurisconsultes mettent en doute la constitutionnalité de l'article 48 de la loi de Germinal. Ils prétendent que cette disposition est contraire à l'article 14 de la Constitution belge, et ils invoquent contre son application des arguments très sérieux. Voir Daris, dans le *Mém. belge*, XV, 245 ; le discours prononcé par M. Woeste, à la séance de la Chambre des représentants du 14 Décembre 1876 (*Ann. parl.* 1876-1877, p. 158 ss.) ; et la note publiée par les *Pandectes belges*, V° Cloches, et émanant d'un fonctionnaire de l'administration gouvernementale des cultes (*Rev. des fab.*, I, p. 30 ss.). Cependant les auteurs sont assez généralement d'avis que l'article 48 n'est pas abrogé comme incompatible avec la Constitution ; et la jurisprudence est conforme à cette opinion. Voir Seresia, *Du droit de police*, p. 196 ; *Belgique judiciaire*, 1887, p. 1585 ; *Pandectes belges*, V° Cloches, n. 7 ss. ; Beltjens, *La Constitution belge revisée*, 1894, p. 286 ; Giron, *Dictionnaire de droit administratif*, V° Cloches, n. 3 ; Brixhe, *Dictionnaire*, V° Cloches ; Herman d'Eprave, *Mém. belge*, I, 571 ; Lauwers, *Des cloches*, p. 33.

Rappelons-nous tout d'abord que la loi du 18 Germinal an X a été publiée en même temps et à la suite du Concordat, dont elle fait pour ainsi dire partie intégrante. Le *Journal officiel* l'a imprimée sans nouveau titre, et en ne la séparant du dernier article du Concordat que par la seule rubrique explicative : « *Articles organiques de la convention ci-dessus du 26 Messidor an IX.* » Cette circonstance matérielle, en l'absence de tous autres indices, suffirait pour établir l'unité d'esprit et de tendance qui a inspiré ces deux actes. Nous ne pouvons donc bien interpréter les articles de la loi organique qu'en les mettant en regard des dispositions du traité dont ils règlent l'organisation. Or, le premier article de cette convention mémorable dispose que : « La religion catholique, apostolique et romaine sera *librement exercée* en France ; *son culte sera public,* en se conformant aux *règlements de police* que le gouvernement jugera nécessaire pour la tranquillité publique. » De là découle immédiatement cette conclusion générale, que la loi du 18 Germinal a bien pu organiser, réglementer le principe de la liberté et de la publicité des cérémonies du culte, mais qu'il n'a pas pu le renverser et le détruire. D'où il suit, spécialement en ce qui concerne l'article 48, que cet article doit être entendu de manière à laisser debout le principe fondamental du Concordat ; et que toute interprétation, qui accorderait au pouvoir civil le droit de disposer des cloches de façon à en pouvoir gêner et entraver l'usage religieux, et qui dès lors aboutirait à menacer de destruction une des libertés les plus essentielles de l'exercice public du culte, doit être rejetée comme manifestement contraire à l'intention du législateur. Cet article ne peut être qu'une règle de police, qu'un droit de surveillance que le gouvernement a établi relativement aux cloches, dont le clergé devait naturellement reprendre l'usage exclusif, en

même temps que les édifices anciennement destinés au culte catholique étaient remis à la disposition des Evêques (art. 75 de la loi org.). Ce qui confirme cette assertion que l'article 48 n'est qu'une mesure d'ordre et de police, c'est que le même caractère appartient incontestablement aux divers articles qui le précèdent et qui le suivent, et qui règlent, par exemple, quel sera le costume des ecclésiastiques, quelle sera, dans les églises, la place des autorités, etc. L'article 48 n'a donc pas pour objet d'enlever à l'autorité religieuse le droit dont elle jouissait sous l'ancien régime, mais uniquement de limiter l'exercice de ce droit en vue de la tranquillité publique ; il n'a pas pour objet de retirer au clergé l'usage des cloches dont la sonnerie constitue un élément essentiel de l'exercice public du culte, mais uniquement de modérer cet usage en vue de prévenir les inconvénients qui pourraient en résulter.

D'ailleurs le texte de l'article 48 ne prouve-t-il pas clairement que telle est l'économie de la loi ? La première partie dispose que « *L'Evêque se concertera avec le préfet, pour régler la manière d'appeler les fidèles au service divin par le son des cloches* ». Cela veut dire que l'Evêque *règle* la manière de se servir des cloches pour annoncer le service divin, mais que pour faire ce règlement il doit se concerter avec le préfet. Celui-ci n'a rien à *disposer* dans ce règlement ; mais, comme le dit Portalis, son concours est requis pour que l'usage des cloches soit « sagement rendu utile au service de l'église, sans devenir incommode au repos des citoyens ». Rapport du 5me jour compl. an XI. Toute la pensée du législateur est là ; c'est lui même qui a soin de nous en assurer, et il faut, qu'on veuille en convenir, un peu de mauvaise volonté pour rejeter cette interprétation.

La deuxième partie de l'article porte : « *On ne pourra*

les (cloches) *sonner pour toute autre cause sans la permission de la police locale* ». D'abord, il faut reconnaître que par ce mot *on*, la loi n'a pas pu vouloir désigner le premier individu venu qui s'aviserait de faire usage des cloches : faire une loi est chose plus grave et plus digne que de créer un objet de plaisanterie. Donc le législateur a eu nécessairement en vue ou bien le pouvoir civil, ou bien l'autorité religieuse. Mais il ne peut pas avoir eu pour but de désigner l'autorité civile, puisqu'il est dit : « *on* ne pourra sonner... sans la permission de la *police locale*». L'autorité civile et la police locale se confondent, forment une seule et même personne ; et on ne se demande pas une permission à soi-même. Le législateur a donc nécessairement voulu désigner l'autorité religieuse : sans cela, l'article forme absolument un non-sens. Par conséquent, même hors le cas du service divin, et *pour toute autre cause,* c'est encore à l'autorité ecclésiastique, représentée par le curé, qu'il appartient de faire sonner, sauf à en demander préalablement la permission (1). Donc, en principe et en général, l'autorité religieuse a seule le droit de disposer des cloches des églises.

3° Cette conclusion, amenée par l'interprétation *historique* de la loi, et confirmée par l'application des règles de l'interprétation *littérale* à l'article 48, devient plus évidente encore si nous mettons ce texte en regard d'autres dispositions légales en vigueur et dont le sens n'est pas contesté.

Sans préjuger la question de propriété (sur laquelle nous aurons d'ailleurs l'occasion de revenir), ne reste-il pas toujours vrai que les cloches, comme les églises, sont affectées au service du culte, et qu'elles

(1) Cette interprétation est tellement logique que les adversaires s'abstiennent prudemment d'argumenter du *texte* de l'article 48 pour justifier leurs prétentions.

ne peuvent être détournées de cette destination à moins qu'un texte de loi formel n'y autorise ?

N'est ce pas la fabrique, — la personnification du culte dans sa partie matérielle — qui, aujourd'hui comme autrefois, reçoit la retribution de la sonnerie ?

Et si, contrairement à la thèse que nous soutenons, le législateur de l'an X avait entendu attribuer l'usage des cloches au pouvoir civil, n'eût-il pas du, sous peine d'inconséquence, abandonner la nomination des sonneurs au maire ou bourgmestre, et les faire payer par la commune ? Cependant il n'en est point ainsi. L'article 37 du décret du 30 Décembre 1809 met au nombre des charges de la fabrique « de fournir aux frais nécessaires du culte, savoir :... le paiement des vicaires, des sacristains, chantres, organistes, *sonneurs,* suisses, bedeaux et autres serviteurs de l'église » ; et d'après l'article 33 du même décret, « la nomination et la révocation de l'organiste, des *sonneurs*... ou autres serviteurs de l'église, appartiennent aux marguilliers, sur la proposition du curé ou desservant. »

De ces dispositions résulte donc encore la preuve que c'est à l'autorité religieuse qu'appartient, en principe, le droit de faire sonner les cloches des églises.

4° Enfin l'article 48 de la loi du 18 Germinal an X a été ainsi entendu et appliqué par les hommes qui devaient le mieux connaître l'esprit et la pensée qui avaient présidé à sa rédaction, par des jurisconsultes, hommes d'Etat, qui avaient concouru à cette rédaction, par MM. Portalis et Bigot de Préameneu, les deux premiers ministres des cultes sous le consulat et l'empire (1) ; — par la jurisprudence des divers ministères des cultes, de l'intérieur et de la justice, qui

(1) Voir les circulaires des 14 Thermidor an XIII (2 Août 1805) et 24 Janv. 1806 ; et le rapport du 14 Germinal an X, transcrit dans le 11ème vol., 1re série, de la *Pasinomie française*.

sé sont succédés avant et après la restauration (1) ; — et par tous les règlements arrêtés entre les Evêques et les préfets (2).

La même opinion, confirmée d'ailleurs par la pratique générale, est professée par la presque unanimité des auteurs. Citons, outre les dissertations déjà mentionnées, Carré, *Traité du gouvernement des paroisses,* N°s 114 et 116 ; Henrion, *Code ecclésiastique,* n. 598 ; Dalloz, *Répertoire de législation,* V^o^ Cloches, n. 168; Duquesnel, *Lois municipales,* T. II, p. 198 ; Affre, *Traité de l'administration des paroisses,* p. 238 ss. ; Gaudry, *Traité de la législation des cultes,* T. II, p. 518, n. 731 ; André, *Cours alphabétique, etc.* V^o^ Cloches; Prompsault, *Dictionnaire raisonné de droit ecclésiastique,* V^o^ Cloches ; Dieulin, *Guide des curés,* T. I, p. 433, n. 268 ; le *Mémorial belge,* an. 1864, Append., p. XIII ss.; Daris, au *Mémorial belge,* an. 1871, p. 240 ss. ; De Fooz, *Droit andministratif belge,* T. IV, p. 477 ss. ; Brixhe, *Dictionnaire* (dans les deux éditions), V^o^ Cloches ; Moulart, *Des fabriques d'église,* 8me édit., p. 320 ss. ; De Brabandere, *Comp. jur. Can.,* n. 1176 ss. ; de Corswarem, *Handboek der kerkfabrieken,* n. 6 ss. *Het vlaamsch bestuur,* III, 24 ; la *Revue des fabriques,* an. 1893, p. 23 ss. etc. Comp. jugement du trib. de Bruges, 2 Mars 1882 (*Pasic.* 1883, II, 166) ; jugement du trib. de Termonde, 14 Juillet 1882 (*Pasic.* 1883, III, 39).

C. V. C.

(A suivre).

---

(1) C'est ce qu'attestent de nombreuses décisions et lettres ministérielles aux Evêques et aux préfets. Dieulin, *Guide de curés,* T. I, n. 268, en mentionne plusieurs.

(2) Voir notamment pour la Belgique, le règlement du 24 Messidor an XII, qui concerne la province de Liége (Tielemans, *Répert. de l'administ.,* V^o^ Cloches) ; celui du 28 Prairial an X, œuvre de l'Evêque de Gand et du préfet de l'Escaut (*Pasicr.* 1881, I, 228) ; celui du 4 Sept. 1839, intervenu entre le gouverneur du Hainaut et les Evêques de Tournai et de Cambrai (*Ann. parl.,* Ch des représ., 19 Janv. 1870, p. 303 — et *Statuta diœc. Tornac.,* 1883, app. XX, p. 88).

Ex S. Congregat. Indulgentiarum

MEDIOLANEN.

Quandonam Cruces, Coronæ etc. jam benedictæ amittant Indulgentias, si vendantur.

Quamvis hæc S. Congreg. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita decreverit sub die 16 Julii 1887 res indulgentiis ditatas tradi debere fidelibus omnino gratis, ita ut, si aliquid quocumque titulo requiratur vel accipiatur, indulgentiæ rebus adnexæ amittantur; nihilominus ab hac S. Congreg. humiliter petitur sequentium dubiorum solutio:

I. An amittant Indulgentias Cruces, Coronæ, etc. si quis eas emens, ipsi venditori earum benedictionem nomine suo curandam committat, soluturus pretium expensasque transmissionis, in ipso actu, quo res illæ iam benedictæ sibi tradentur?

Et quatenus negative,

II. An amittant Indulgentias Cruces, Coronæ, etc. si quis prævidens eas iam benedictas postulatum in certa occasione, puta magni concursus fidelium, in antecessum benedicendas curet pro iis qui eas, restituto pretio expenso, petituri sint?

Sacra vero Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita, audito etiam unius ex Consultoribus voto, sub die 10 Julii 1896 relatis dubiis respondere mandavit:

Ad 1. *Negative.* — Ad 2. *Affirmative.*

Datum Romæ ex Secret. ejusdem S. C. die et anno uti supra.

ANDREAS Card. STEINHUBER, Præf.

L. † S. † Alexander Archiep. Nicopolit. Secret.

Adnotationes. — Quum hoc decreto magis determinentur conditiones quædam, quibus res benedictæ absque indulgentiarum jactura ab una persona ad aliam transmitti possint, juvat paucis in memoriam revocare regulas quibus hæc translatio regitur.

1° Regula generalis est ut indulgentiæ adnexæ coronis, crucibus, numismatibus, et similibus rebus, sint personales et non « transeant personam » illorum quibus fuerint destinatæ. Hinc qui tales res in proprium usum admiserit, non potest eas aliis possidendas tradere, quin cessent indulgentiæ ; quod si decesserit, etiam nova indulgentiarum applicatione egent.

2° Licet tamen iis in globo indulgentias adnectere easque postea distribuere sive per se, sive per alium. Ita possunt absque indulgentiarum detrimento « ante omnem usum ab una deinde in aliam, tertiam et quartam quoque manum transire » (Decr. 16 Jul. 1887, ad 2). Si ante distributionem decesserit dominus, ab herede distribui possunt.

3° Numquam possunt tales res vendi vel cum alia re commutari, sed tradi debent « *omnino gratis*, ita ut si aliquid *quocumque titulo sive pretii, sive permutationis, sive muneris, sive eleemosynæ requiratur* vel *accipiatur*, indulgentiæ ex hoc amittantur » (Ibid. ad 3). Qui proinde emit cruces, coronas, etc. ut eas distribuat postquam benedictæ fuerint cum indulgentiarum applicatione, non potest in distributione earum pretium aut solutas in acquisitione expensas petere vel etiam ultro oblata recipere. (*Decr. Auth.* n. 344 ad 2).

4° Nihil tamen impedit quominus, si res illæ vendantur antequam benedictæ fuerint cum indulgentiarum applicatione, harum pretium solvatur post benedictionem. Ita qui nomine alicujus committentis emit rosaria deinque eorum benedictionem obtinet ; item qui vendit numismata, aliasve res et nomine emptoris ea indulgentiis ditanda curat, potest legitime, quin pereant indulgentiæ, exigere pretium et transmissionis expensas. (Decr. 10 Jul. 1896, ad 1).

5° Nec licet rem indulgentiis ditatam alteri *commodare eo fine* ut is adnexas indulgentias lucretur : tunc enim pereunt indulgentiæ tum commodanti tum mutu-

anti. Si quis vero alterius rosario uteretur inscio domino, vel si illud mutuatus esset non lucrandæ indulgentiæ causa sed alia intentione v. gr. habendi quo occupetur, vel numerandi preces vel imo coronam simpliciter recitandi, indulgentiæ quidem acquiri non possent a mutuante, non cessarent tamen domino qui, recuperato rosario, eas lucrari posset.

Qui plura cupit adeat ipsos textus apud *Decreta Authentica* nn. 34, 78, 82, 151, 353, append. n. IV; PRINZIVALLI *Resolutiones* n. 482 ad 1, 2, 5; decr. S. C. Ind. 16 Julii 1887 ad 1, 2, 3 ap. *Nouv. Revue Théolog.* XIX p. 580 et conferat BERINGER *les indulgences,* 2e part., IIIe sect., n. 11 et 12.

C. C.

Ex sacra Congregatione Rituum

I

STRIGONIEN.

R. D. Theophilus Klinda, redactor Calendarii Strigoniensis, de consensu Emi ac Rmi sui Archiepiscopi ac Primatis Regni Hungarici, a Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutionem humillime expostulavit; nimirum:

I. An tertia Oratio dicenda *ad libitum Sacerdotis* seligi possit ex Missa in Anniversario electionis seu consecrationis Episcopi, et quatenus affirmative: Utrum hæc eadem Oratio, uti Collecta, loco tertiæ ad libitum imperari valeat Ordinario loci ægrotante, aut die natali vel onomastica ejusdem recurrente?

II. Sacra Rituum Congregatio sæpius declaravit, Missas proprias de Festivitatibus Beatæ Mariæ Virginis celebrari non posse tanquam votivas, nisi infra earum Octavas quas habent, hinc quæritur: « An Missa SSmi Rosarii B. M. V. eximatur ab hac regula et, mutatis mutandis, celebrari valeat uti votiva; et mense Octobri etiam extra Sabbatum, ratione cujusdam solemnitatis, recitari in hujusmodi Missa votiva possit *Gloria?*

III. Evulgatum S. Rituum Congregationis Decretum *Urbis et Orbis* die 9 Decembris 1895, quo firma ac certa norma pro celebranda Missa in aliena Ecclesia constituta est, patiturne aliquam exceptionem adeo ut liceat Missam Officio Proprio ritus classici convenientem celebrari aut saltem Symbolum ejusmodi Officio conformi addi, quando in primo et altero casu idem sit color Officii alienæ Ecclesiæ ?

IV. Sacra Rituum Congregatio die 30 Augusti 1892 in *Strigonien.* ad VIII, declaravit Missas feriarum majorum non esse votivas, sed de die ; quare celebrari possunt etiam in festis semiduplicibus : quæ sententia confirmatur Decreto Generali 9 Decembris 1895 ; modo quæritur, utrum hæc concessio adhiberi possit non solum in semiduplicibus, sed etiam in duplicibus, ita ut extra chori obligationem, ubi duo aut plures Sacerdotes in una eademque Ecclesia celebrant, unus de festo duplici, alter de feria Sacrum facere valeat ?

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito voto alterius ex ipsius Sacræ Congregationis Consultoribus, re maturo examine perpensa, rescribendum censuit :

Ad I. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam et detur Decretum 17 Augusti 1709 in Bergomen. ad III.*

Ad II. *Negative in omnibus, juxta Decretum in Neapolitana, 23 Februarii 1884, Dub. V.*

Ad III. et IV. *Negative.*

Atque ita rescripsit. Die 3 Julii 1896.

CAJ. Card. ALOISI-MASELLA S. R. C. Præf.
A. Tripepi, Secretarius.

L. † S.

II

MONTIS ALBANI.

In Oratoriis publicis, Litaniæ, tribus exceptis, nequeunt recitari a Fidelibus conjunctim, etiam non adstante Ecclesiæ Ministro.

R^mus^ D^nus^ Adulphus Fiard Episcopus Montis Albani a S. Rit. Congregatione sequentis dubii solutionem humillime flagitavit, nimirum : Utrum prohibitio recitandi aut cantandi in Ecclesiis seu oratoriis publicis Litanias de quibus agitur

in Decretis S. Rit. Congnis 6 Martii 1894 et 28 Nov. 1895 (1) complectatur etiam quamlibet earum recitationem, a pluribus conjunctim in Ecclesiis vel Oratoriis publicis, absque ministri Ecclesiæ *qua talis* interventu factam ?

Et S. eadem Cong. referente subscripto Secretario, exquisito voto Commissionis Liturgicæ, omnibus mature perpensis, ad propositum dubium, respondendum censuit : *Affirmative.*

Atque ita rescripsit. Die 20 Junii 1896.

CAJ. Card. ALOISI-MASELLA S. R. C. Præf.

L. † S. A. Tripepi, S. C. Rit. Secret.

III

ROMANA.

Instantibus plerisque R^mis^ Episcopis variarum regionum, qui sacros ritus et cæremonias juxta ecclesiasticas præscriptiones ac laudabiles consuetudines in suis diœcesibus observari satagunt, quæstio super Altari quod communiter dicitur *sepulcrum,* alias agitata, Sacræ Rituum Congregationi sub duplici sequenti dubio reproposita fuit ; nimirum :

I. Utrum in Altari, in quo, Feria V et VI Majoris Hebdomadæ, publicæ adorationi exponitur et asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, repræsentetur sepultura Domini, aut institutio ejusdem Augustissimi Sacramenti ?

II. Utrum liceat ad exornandum prædictum Altare adhibere statuas aut picturas, nempe Beatissimæ Virginis, S. Joannis Evangelistæ, S. Mariæ Magdalenæ et militum custodum, aliaque hujusmodi ?

Sacra porro Rituum Congregatio in ordinariis Comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, ad relationem infrascripti Cardinalis Sacræ eidem Congregationi Præfecti, exquisitis trium Rmorum Consultorum suffragiis scripto exaratis, attenta quoque antiqua et præsenti Ecclesiæ disciplina, omnibusque maturo examine perpensis, rescribendum censuit :

---

(1) Vide *Collat. Brug.* tom. I, p. 31.

Ad I. *Utrumque.*

Ad II. *Negative.* Poterunt tamen Episcopi, ubi antiqua consuetudo vigeat, hujusmodi repræsentationes tolerare; caveant autem ne novæ consuetudines hac in re introducantur. Atque ita rescripsit, contrariis quibuscumque decretis abrogatis. Die 15 Decembris 1896.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII per ipsum infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacræ Congregationis ratum habuit, et confirmavit, iisdem die, mense et anno.

Caj. Card. ALOISI-MASELLA S. R. C. Præf.

L. † S. D. Panici Secretarius.

Consultationes

I *Circa assistentes funeribus hæreticorum et funeribus civilibus.*

Q. 1) Estne prohibita, qua communicatio in divinis, assistentia funeri alicujus personæ extra Ecclesiæ communionem defunctæ, puta alicujus Protestantis?

R. Funus deducere usque ad fores templi vel cœmeterii censetur civile obsequium, ait Marc (ed. 2ª, n. 432). Revera hic nulla in divinis communicatio cum hæreticis habetur, nullum etiam aderit generatim scandalum. Unde per se licitum est. Idem resolvimus de assistentia sepulturæ in cœmeterio, si sine illo religioso ritu peragitur.

Assistere funeribus hæreticorum peractis cum ritu religioso, sive in templo sive in cœmeterio, interdum licitum, interdum illicitum erit. Nempe applicandum est decretum S. Officii, 14 Jan. 1818 « Ad dubium: An liceat interesse hæreticorum funeribus et sepulturæ? EE. DD. decreverunt: Licere quotiescumque agatur de assistentia materiali præstita civilis officii causa, a

qua eximi nequeunt catholici sine gravi damno vel periculo, dummodo nullo modo communicent in eorum ritibus et sacris cæremoniis quibuscumque. » Igitur ad liceitatem requiritur a) ut catholici ritibus acatholicis assistant mere materialiter, nullum actum religionis sed tantum civile obsequium intendentes ; b) ut gravis adsit causa : puta vere adstricti sint tali civili debito erga defunctum ejusve familiam, ex moribus regionis ac rerum adjunctis ; c) ut minime se immisceant sacris cæremoniis, simul orationes persolvendo, luminaria deferendo etc. Præterea videndum num, ob circumstantias loci aut personarum, adsit scandalum, periculum perversionis, aut specialis prohibitio. Tandem, in regionibus ubi catholici cum acatholicis mixtim vivunt, si forte catholici passim materialem assistentiam præbent funebribus ritibus acatholicorum sine gravi causa ex decreto cit. requisita, habenda est ratio hujus consuetudinis, ab Episcopis toleratæ, ad fideles aut excusandos aut in bona fide relinquendos. — Cfr. in hunc sensum P. Génicot, *Theol. Mor.* I, n. 201.

2) Estne graviter prohibitum assistere funeri civili ?

Placet respondere quæsito verbis ipsis laudati P. Génicot, n. 236, adjectis quibusdam notationibus.

« 1° Per se nullum peccatum admittunt comitantes funus quod pompa religiosa caret eo quod Ecclesia defuncto honorem christianæ sepulturæ, v. gr. ob suicidium, denegavit : ita enim officium mere civile seu obsequium humanitatis exhibetur. » Excipe omnino, juxta statim dicenda, si cognati aut amici ex ipsa negatione sepulturæ ecclesiasticæ ansam arripiunt transmutandi funus in manifestationem impiam aut protestationem adversus auctoritatem ecclesiasticam.

« 2° Si funera solemniter peraguntur absque cæremoniis religiosis quia defunctus ita sepeliri voluit, per se non licet iis interesse ; immo etiam id graviter

illicitum foret si, *in concretis adjunctis,* talis interventus communiter censeretur favor impiorum conatibus præstitus vel grave scandalum gigneret. Hinc ratio habenda est locorum et temporum. Nam facilius hæc assistentia scandalo vel specie mala caret et communiter tamquam obsequium mere civile habetur, in iis locis in quibus talia funera jam sæpe peracta sunt et parum attenduntur. Id præsertim obtinet pro iis qui, propter rationem omnibus notam, puta cognationis, amicitiæ cum defuncto vel ejus familia, ægre abesse possunt. Vix autem scandalum deerit ubi talia funera rarius contigerunt ideoque animos magis commovent. » Hoc alterum sane in nostra diœcesi obtinet, ubi talia funera in manifestationem irreligiosam transire solent et nata sunt grave scandalum procreare. Cfr. decretum prosyn. mox citandum. Unde *generatim* graviter etiam illicitum censemus apud nos hujusmodi funus deducere. Nec sufficit ratio amicitiæ ; eo vel magis quod inter abesse simpliciter et funus ducere detur aliquod medium : adire domum mortuariam. Nihilominus dantur quædam causæ excusantes, ut videbimus sub 3°.

« Eadem applicanda sunt quando defunctus se ante mortem cum Ecclesia reconciliavit, sed ob aliquod testamentum ante factum vel perversam cognatorum voluntatem, hoc impio ritu effertur.

Ubi vero apponuntur feretro insignia massonica, vel massones, liberi cogitatores similesve » puta socialistæ « cum vexillis suis interveniunt, funera necessario induunt rationem impiæ manifestationis, ideoque per se graviter illicitum est iisdem interesse...

3° Quando interventus hujusmodi funeribus est per se illicitus, potest tamen excusari ob incommoda gravia quæ e denegato interventu imminent, præsertim ubi hanc rationem facile omnes agnoscere possunt. Sic enim patebit assistentiam mere materialem præstari ad gravia damna vitanda. Ita excusarentur milites a

ducibus suis coacti, bajuli feretri qui, si officium suum recusarent, vitæ suæ subsidio privarentur, orphani a superioribus orphanotrophii adesse jussi etc. » Similis excusatio oriri potest ex alicujus famuli aut operarii omnimoda subjectione ; quandoque etiam ex proxima cognatione cum defuncto. Cfr. Theol. Mechl. de Virtut. (ed. 1896), n. 40, q. 5.

3) An graviter prohibitum est instituere festivam pompam similemve manifestationem publicam ad honorandam memoriam alicujus qui vel ritu acatholico vel mere civiliter tumulatus est ?

R. *Affirmative,* si celebratur memoria ipsius qua acatholici, ita ut festivitas induat rationem irreligiosæ manifestationis. Agitur autem de promotoribus hujus pompæ, non de inferioribus ad aliquam operam conferendam coactis. *Negative,* in hodiernis adjunctis, si tantum celebrantur alicujus viri, quamquam acatholici, merita civica egregia : puta, cujusdam principis, belliducis, scientiarum aut bonarum artium luminis ; ita ut omnis species impietatis ac consequenter scandalum removeatur. Quod practice non adeo facile obtinebit.

4) Decretum 2^m^ Congreg. Prosynod. a. 1890 sic sonat : « Dubium non est quin ex impiis sepulturarum, quas civiles vocant, exhibitionibus, gravissima scandala oriantur. Hinc declaramus hujusmodi deflenda nimis funera comitari catholicis esse prohibitum ; simulque dilectum nobis Clerum vehementer in Domino monemus ut fideles ex cathedra et per domos et scholas ab intuendis hujusmodi deflendis spectaculis avertant. » Quid in cathedra de hoc negotio dici potest et debet ?

R. Ipsum decretum, a consultante præmissum, concionatori aptam normam loquendi præbebit. Nempe, data occasione, monebit primo fideles : Episcopum declarasse prohibitum esse catholicis comitari impias exhibitiones sepulturarum civilium. Secundo proponet rationes prohibitionis : sunt istæ sepulturæ « impiæ exhibitiones » et « gravissima scandala » gignunt. Non

autem opus est ut tractet implexam quæstionem in quibusnam individuis adjunctis pro aliquo excusationi locus esse possit. Tertio, ut in decreto postulatur, avertat fideles ab hujusmodi spectaculis intuendis (quin sane de gravi culpa loquatur) : tum quia his exhibitionibus occurrere spectatum, videtur signum alicujus indifferentiæ aut minoris aversionis pro istis funeribus « deflendis » coram Domino potius quam « intuendis » curiose ; tum præsertim quia ipse concursus spectantium aliquam vim ac solemnitatem impiæ manifestationi addit.

O. E. D.

II *Circa « panes S^ti^ Antonii »*

Apud nos prosperrimum est novum opus pium *panum S. Antonii*. An tuta conscientia sequi possumus hunc modum disponendi de proventu istius operis : pecunia collata non elargitur in generales quasdam panum distributiones ; sed, sub forma schedularum pretium unius panis repræsentantium, dividitur inter sacerdotes, qui non indiscriminatim pauperibus has schedulas distribuunt, verùm iisdem utuntur ut pauperes ad scholas dominicales variasque associationes alliciant, aut in iis retineant, atque ita familias in fide moribusque christianis conservent.

Respondemus affirmative. Etenim fideles hanc pecuniam, quam in honorem S. Antonii pro pauperum sublevatione offerunt, fiducialiter committunt sacerdoti operis directori, ut pro prudentia ac discretione sua panes distribuendos curet. Nec sane præsumendi sunt velle ut merentibus et immerentibus æqualis partitio fiat. Contra, quum opus misericordiæ christianæ, ex motivo pietatis in S. Antonium, intendant, cupiunt suam eleemosynam corporalem pauperibus ita elargiri ut etiam animabus salutaris evadat. Non tamen liceret

omnes eleemosynas solis alicujus associationis membris reservare, quin fideles de usu adeo restricto pecuniæ oblatæ prævie moniti fuerint.

O. E. D.

—

Prodiit Lovanii tomus prior Institutionum Theologiæ Moralis, auctore E. Génicot, S. J. In hoc volumine (pp. 721) continentur tum quatuor tractatus Theologiæ moralis generalis, nempe de actibus humanis, de conscientia, de legibus, de peccatis ; tum quinque tractatus Theologiæ moralis specialis, nempe de præceptis virtutum theologicarum, — decalogi, — Ecclesiæ, de justitia et jure, et de contractibus. Tractatus reliqui de præceptis particularibus, de sacramentis, de censuris et irregularitatibus alterum volumen complebunt. Has Institutiones multum commendant dilucida expositio, sapientissimus delectus opinionum, concinnitas sermonis cum ubertate rerum conjuncta. Auctor merito conclusit brevius aut penitus omisit plura quæ nostris temporibus minus sunt utilia, item abstinuit a versandis controversiis illis, quæ olim agitatæ nunc jam ad statum rei judicatæ deductæ videntur, atque ita spatium sibi fecit summatim tractandi nonnullas quæstiones quæ ex moderno rerum statu oriuntur aut saltem novam quasi formam accipiunt. Sic in tractatu de contractibus sapienter expendit quæstionem de monopoliis (p. 666-668) et præsertim quæstionem de justo salario (671-677). — Hoc unum dolemus, quod clarus auctor, ex more moderno multarum Academiarum, Theologiam moralem concludere debuerit in arctis illis limitibus inter quos ipsam strinxerunt Busenbaum, ejusque commentatores et moderni epitomatores multi. Tot enim doctrinæ capita, tot principia morum fundamentalia ad philosophiam moralem et ad theologiam asceticam et præsertim dogmaticam remittunt, ut Ethica Christiana jam non plane integra nec per modum veræ scientiæ tradita videatur. Ita Theologia morum generalis, ut sit omnibus

numeris absoluta, supradictis quatuor tractatibus circumscribi nequit, sed potius exigenda est ad normam nobilissimæ illius primæ secundæ Doctoris Angelici : in qua præmittitur tamquam fundamentum totius rei moralis tractatus de ultimo fine hominis ; quem sequuntur tractatus de actibus humanis, de passionibus, de habitibus, de virtutibus, de vitiis et peccatis, de legibus (cui addendus tractatus de conscientia), de gratia et merito. Quam normam nuper secutus clar. Bouquillon, Theologiam Moralem Fundamentalem apte distribuit in quinque libros, inscriptos : de ultimo hominis fine, — de mediis ad finem, — de regulis in finem, — de actibus in finem, — de finis assecutione et amissione. Pariter in theologia Morali Speciali, non tantum explicanda videntur præcepta vitæ christianæ, sed etiam ex professo explanandæ notiones virtutum christianarum : quo melius sacerdos et peccata discernere, et excellentiam virtutum discere atque docere valeat. Quod iterum, ad mentem S. Thomæ in secunda secundæ, feliciter inter alios præstitit clar. Lehmkuhl. Ista quidem explicatio virtutum non penitus deest in opere quod hic laudamus, quum auctor scite proponat notionem Spei, Charitatis, Religionis, Justitiæ ; at similia desiderantur de aliis virtutibus multis, puta de Fide, Prudentia, Fortitudine, Abstinentia, Sobrietate, Castitate et Virginitate. Porro quæ de generali disciplinæ moralis methodo, occasione data, adnotavimus, nihil sane detrahunt peculiari merito egregii operis Patris Génicot, quod opus non tantum auditoribus ejus sed toti clero utilissimum censemus. Et siquidem scopus fuerit, ut ipse modeste præfatur, præbendi quasi medullam plurium operum moralium nuper editorum et imprimis præclari operis Theologici Moralis Ballerini-Palmieri, plenam tacti scopi laudem apud omnes assequetur.

O. E. D.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra, p. 1).

Sectio II.

Ascensus mentis ad Deum solis viribus naturæ lapsæ.

§ I.

Discrimen status primævi a statu lapso, hujusque summaria descriptio.

41. Jam exposuimus mentis humanæ ascensum ad Deum, propriis et solis viribus suis, absque externa doctrina a quovis accepta, in statu naturæ integræ supra descripto, in quo homo conditus fuit, excludendo revelationem et gratiam proprie supernaturales, juxta S. Bonaventuram et alios, vel saltem abstrahendo ab illa revelatione et gratia, juxta nunc communem cum S. Thoma sententiam, quæ tenet hominem ab initio conditum fuisse non solum integrum sed et stricte supernaturalibus donis ornatum et ad ordinem divinum exaltatum.

In illo statu integro, natura licet limitata et ut talis absolute imperfecta manens, fuit in ratione talis naturæ perfecta : corpus immortale, perfecte vigens, sensus plene vividi, ratio plane serena liberaque voluntas, cum imperio in inferiores animæ affectus, remotis præterea omnibus extrinsecis impedimentis. Et hæc quidem perfectio non competit naturæ puræ : licet enim immortalitas et inde consequens integritas, et quæ cum iisdem donis connaturaliter conserta sunt, non superent totam naturam creabilem nec ad ordinem divinum extollant naturam humanam, superant tamen hanc

naturam humanam seu sunt præternaturalia, naturæque defectus et imperfectiones sanant, quæ in illa, etiam pura, naturaliter orirentur; nec certe in statu puræ naturæ corpus immortalitate, nec animus imperio in inferiores affectus donata fuissent.

42. Antequam ad describendum statum humani generis lapsi transeamus, ut tum superius dicta, tum ea quæ de lapsu dicenda sunt, rite intelligantur, necesse est breviter exponere notionem suo loco explicandam, quid sit supernaturale, et præternaturale.

Supernaturale generatim est quod exigentiam et vires naturæ superat. Natura autem (a *nasci*) intelligitur esse id quod alicui a nativitate seu a propria suá in rerum natura constitutione per Deum conditorem competit; quod proin vi suæ essentiæ seu naturæ alicui inest, item facultates, vires, activitas, quævis perfectio quæ ex essentia profluunt, aut viribus propriis acquiruntur.

Porro natura, quam superare dicitur supernaturale, accipi potest vel omnis natura creata et creabilis, vel natura aliqua determinata, puta, humana. Jamvero, quod superat exigentiam et vires totius naturæ creabilis, ita ut soli Deo natura proprium sit, et solum gratuito Dei beneficio a creatura participari aliquo modo queat, id proprie et stricte ac absolute *supernaturale* dicitur; naturamque creatam, cui communicatur, ad ordinem divinum extollit, ita visio beatifica, gratia sanctificans, etc. Quod vero tantummodo superat exigentiam et vires alicujus naturæ creatæ determinatæ, ita ut alicui naturæ creatæ aut creabili superiori a natura inesse possit, v. g. immortalitas, quæ spiritui naturalis est, non vero corpori, id supernaturale dicitur sensu latiore, et relative ad hanc naturam cui gratuito conceditur, et ideo, ad idem contradistinguendum a supernaturali absolute, *præternaturale* vocatur.

43. Hisce præ oculis habitis, jam gressum facimus ad alterum statum historicum generis humani, nempe statum hominis lapsi per originale peccatum.

Quid effecit lapsus seu peccatum primi parentis? Duobus verbis nunc explicandis responderi solet: Fuit homo (natura humana in Adamo) spoliatus gratuitis et in naturalibus vulneratus.

Fuit ergo primo spoliatus seu privatus donis stricte supernaturalibus ei inhærentibus, nempe gratia sanctificante cum virtutibus supernaturalibus aliisque donis supernaturalibus annexis; item privatus omni ope gratiæ actualis, omnibusque extrinsecis præsidiis quibus coalescit Providentia supernaturalis. Præterea privatus fuit donis præternaturalibus intrinsecus eum ornantibus, supra jam descriptis; simulque orbatus præsidiis externis quibus ad illa conservanda fuerat munitus, necnon speciali Providentia, statui integro qua tali propria. En spoliatio.

Fuit deinde homo in naturalibus vulneratus, quod diversis modis intelligunt theologi. Ut autem quid probabilius sit inveniamus, prævie inquirendum est de duobus: primo quidem, quomodo supernaturalia et præternaturalia naturam perficiant; secundo vero, quid natura humana præter illa dona amiserit, et in quo intrinsecus lædi potuerit.

44. Jamvero, ad primum quod attinet: quod stricte supernaturale est, licet plane gratuito naturæ concedatur, et vere exigentiam et vires omnis naturæ creatæ superet, non tamen ita concipi potest a natura alienum, ut eam vere non perficiat, utque nulla prorsus sit naturæ dispositio ac convenientia ad dona supernaturalia habenda. Si nulla exigentia, sane aliqua congruentia est: dona supernaturalia ac divina concedi possunt naturæ rationali, non vero inferiori; in illa potentia est obedientialis ad illam exaltationem, in hac nulla; profecto non potest ad visionem Dei extolli natura, nisi intellectualis. Unde, si natura humana donis stricte supernaturalibus ornata, iisdem privatur, jam aliquo sensu vulneratur, non quidem in iis quæ propria exigentia possidet, sed in eo quod ipsi congruit; et naturale

quidem ei est potentiam obedientialem habere, seu habere posse illa dona, non vero eadem habere; naturalis est convenientia, non exigentia. Unde, vulnus non est in carentia, in privatione tamen aliqualis læsio est, cum positive privetur eo quod naturæ congruit. Sensus dicterii sic esset : spoliatus gratuitis, et *eo ipso* vulneratus in naturalibus, idest, naturaliter congruis. Sed præterea privatio donorum præternaturalium est consideranda.

Quod præternaturale est, rursum gratuito conceditur naturæ humanæ, hujusque exigentiam et vires superat. Est autem quasi intermedium inter stricte supernaturale et naturam : neque enim ad ordinem divinum eamdem extollit, sed potius intra ordinem naturæ creatæ huic naturæ humanæ perfectionem indebitam confert. Et sane, in ordine ad supernaturalia fuerunt a Deo concessa præternaturalia, videlicet, ut ne gratia a natura ullum subiret impedimentum, atque attingunt non immediate et directe superiores hominis facultates sicut supernaturalia, sed inferiorem hominem, humanum compositum, ipsumque corpus. Habet igitur natura humana ad hæc, magis quam ad supernaturalia, potentiam obedientialem, congruentiam majorem et aliquam proportionem : ita quidem ut putem hæc præternaturalia in statu termini tamquam mercedem non potuisse non concedi a Deo, etiam manente pura natura, quoniam beatitudo relative perfecta, qua finis ultimus in illo statu contineretur, non intelligeretur subsistere sine unione indissolubili corporis et animi, sine integritate, sine absentia malorum ac dolorum.

Itaque, ablatis donis præternaturalibus, licet nulla determinata perfectio entitativa naturæ detrahatur, amittitur tamen generalis illa ulterior perfectio naturæ, quæ, in statu probationis indebita, vere tamen perfectio naturæ est ; quæ naturam non constituit, ut habeat totum quod habere debet ut sit, sed ei confert ut sit perfecta. Revera, ablata immortalitate, hinc quidem

amittebatur copia rerum ad vitam integre et perfecte in perpetuum servandam, ut erat arbor vitæ, ita ut ipsa jam vita naturalis minus aleretur et vigeret ; inde vero cessabat immunitas a læsione externa et interna, ita ut orirentur defectus corporales, morbi, præmatura mors, sensus essent minus vividi, aut et vario modo impediti, adeoque et debilitarentur operationes spirituales in quantum sensus operationem prærequirunt ; amisso præterea imperio rationis in inferiores vires, ratio minus serena, minus libera voluntas efficiebatur.

Unde rursum homo spoliatus gratuitis, *eo ipso* vulneratus est in naturalibus, ita ut naturalia, licet conservata omnia, non fuerint amplius perfecta. Sed an hoc solo sensu vulneratus est in naturalibus homo ? Ut quæstio solvatur, jam ad alterum prævie inquirendum accedimus.

45. An et quid natura humana, præter dona supernaturalia ac præternaturalia ei inhærentia, amisit, et num intrinsecus lædi potuit ? Reapse ab extrinseco amisit non solum externa præsidia sibi ad finem supernaturalem prosequendum a Deo concessa, quæ Providentia supernaturali ac præternaturali continentur, sed etiam omnia quæ ad specialem Providentiam, quæ naturæ puræ propria fuisset, spectant : per peccatum enim extra ordinem a Deo statutum homo versabatur, adeoque extra omnem viam ad finem ultimum ; nequaquam enim, turbato ordine et fine amisso, hominem in ordine puræ naturæ ad finem naturæ destinatum jam fuisse, concipere possumus. Hæc igitur privatio ab extrinseco homini lapso, etiamsi intrinsecus non læso, valde gravis fuit, et difficultatem certe attulisset eidem homini præstandi ea quæ in hypothesi puræ naturæ in ordine ad finem attingendum requiruntur.

Adde ex adverso diabolum continuo hominem lapsum circumvenire, ut eum a Deo avertat, seque Deo substituat, eique irrideat. Hæc autem omnia extrinseca impedimenta eo majorem vim habent, quod rationem libe-

rumque arbitrium inveniant dominio in facultates inferiores privata.

De facto, in statu præsente, lapso ac reparato absque tamen status integri restitutione, ut videbimus, supernaturalis Dei revelatio, quæ relate ad finem supernaturalem absolute necessaria est, dicenda est etiam necessaria moraliter ut homo ea cognoscat et pērficere valeat, quæ ad finem naturæ attingendum essent necessaria (1), et hoc quidem ratione moralis impotentiæ quæ universali generis humani experientia demonstratur inese homini ad eadem cognoscenda et præstanda, ita ut absque revelatione illa positiva Dei, ea quæ in rebus divinis humanæ rationi impervia non sunt ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci nequeant. Hoc autem in statu puræ naturæ non fuisset. Quæri tamen ulterius potest, an ex sola privatione externi præsidii et Providentiæ naturalis in statu lapso hoc idem fiat, an vero quia præterea intrinsecus fuit læsus homo in naturalibus. Altera quæstio est an potuerit sic lædi, altero vero an reipsa ita fuerit vulneratus.

46. Nobis dubium non est potuisse hominem intrinsecus vulnerari in naturalibus per peccatum originis. Quod præclare exponit Casini (2), cujus sufficiat hæc pauca referre : « Etsi naturæ creatæ aliæ aliis, suis quæque terminis circumscriptæ sint et finitæ, est tamen uniuscujusque is ambitus atque modus, intra quem magis minusve perfici, nec supra nec contra naturam dicendum est. Sic in equis, alius est alio perfectior, quin propterea, perfectus qui minus est, in statu sit violento, qui magis, supra equi naturam assurgat. Et in aliis quidem naturis eorum, quæ adesse et abesse naturaliter possunt, gyrus forte est paulo angustior. In hominis vero natura, quæ animo et corpore continetur, tam late

(1) Cf. Conc. Vatic., constit. *Dei Filius*, cap. II.
(2) *Quid est homo*, art. IV, § VI.

patet, ut ille, cui negetur id omne, quod negari homini potest sine ulla vi atque injuria, et ille, qui contra cumulatissime accipiat, homini quidquid inesse naturaliter potest, vix in eadem specie et natura positi esse videantur. Atque ita intelligi facile potest, quod modo non satis explicari dicebam : Hominem primi parentis crimine non solum spoliatum gratuitis, sed mulctatum quoque et vulneratum in naturalibus ; quem tamen et auctoritate et ratione constat, nihil eorum amisisse, quæ propria hominis sunt ipsique innocenti debentur. »

Altera quæstio est an homo, naturalia quidem conservans, reipsa in iisdem sic læsus fuerit, et gradu intra eamdem naturam deciderit. Estque quæstio facti, quæ ratione solvi non potest, sed auctoritate ex fontibus fidei et Ecclesiæ doctrina. Versatur autem a theologis (1) in utramque partem, quin aliquid certum statui possit, nec necesse est eidem immorari.

47. Interim attendamus 1° si admittatur prædicta læsio intrinseca in naturalibus, inde non consequi lapsum humani generis per originale peccatum ratione seu veluti experientia demonstrari posse. Nam, intrinseca læsio, ut dictum est, non demonstratur ratione, et impotentia moralis ad finem consequendum, quam in præsenti statu, nisi divina revelatio interveniat, existere constat experientia, ex eo explicari posset, abstrahendo a doctrina fidei de lapsu, quod Deus revelatione, ad finem supernaturalem necessaria, suppleat præsidiis quibus secus hominem adjuvare debuisset ut finem in ordine naturæ prosequi moraliter posset, pro parte etiam quod homines culpis personalibus vitiisque in decursu sæculorum contractis quasi degeneres effecti sint.

2° Si contra non admittatur intrinseca hujusmodi in naturalibus læsio, adverte inde non consequi necessitatem moralem revelationis supernaturalis in præsenti

(1) Vid. idem opusc. *Quid est homo*, in edit. annotata a Dre Scheeben.

statu demonstrari non posse. Nam, ut vidimus, experientia constat de impotentia morali hominis ad ea cognoscenda et præstanda quæ ad finem naturæ prosequendum essent necessaria, licet ratione demonstrari nequeat eam oriri ex intrinseco vulnere naturæ, aut imo generatim ex originario lapsu ut modo dicebamus.

Cæterum de hac impotentia morali hominis, in statu præsente, relate ad ea quæ finem in ordine naturæ respicerent, quæ et qualis sit præcipua jam nostra tractatio est, siquidem inquirimus de ascensu mentis ad Deum, viribus naturæ lapsæ, abstrahendo a revelatione et gratia.

Unum tantummodo remanet animadvertendum. Præsens humani generis status est quidem status naturæ lapsæ ac per Christum reparatæ, sed reparatio, quod hanc nostram quæstionem spectat, nihil immutat. Licet enim Christus abundantissime nos redemerit, noluit tamen Deus nobis restituere dona præternaturalia statui integritatis propria, ut post lapsum homo magis sentiret culpam, esset cupidior ac sollicitior participandæ redemptionis, inveniret etiam exercendæ virtutis ac meriti novas occasiones, ut etiam redemptorum conditio responderet modo redemptionis, quem sapientissimo ac occulto consilio Deus elegerat, nempe per passionem et mortem Christi. Deinde nec dona supernaturalia, homini ad finem supernaturalem necessaria, restituit Deus *naturæ* humanæ, sed singulis quibusque personis, et abundantius quidem, in quantum sese participes divina gratia redderent meritorum Redemptoris.

Sive ergo de statu lapso agatur, sive de statu lapso ac reparato, abstrahendo a revelatione et gratia, idem est in hac re nostra.

(Continuabitur).

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Aprilis

—

I

Quo fine spiritus Pythonicus puellam de qua Act. Ap. XVI, 16 incitavit ut Paulum ejusque socios subsecuta, clamaret dicens v. 17 : *Isti homines servi Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis?* Quare Paulus verum hoc dæmonis testimonium moleste tulit ?

II

Indica, paucis explicando responsum, quænam sint signa possessionis diabolicæ.

III

Explica sensum effati : consentienti non fit injuria.

IV

An injuriam committit qui alterum inducit ad ebrietatem ? Adde rationem responsi.

V

Demonstra duellum, privata auctoritate initum, ex ipso jure naturæ esse prohibitum.

VI

Quænam præscripta sunt circa mappas, corporalia et pallas quibus utendum est in celebratione missæ ?

Responsa

ad quæstiones in conferentiis mensis Januarii 1897 propositas

I

Q. Explica II Reg. VIII, 18 : « Filii autem David *sacerdotes* erant. »

R. « Eos non dici proprie sacerdotes, etiam hic ipse locus indicat. Nam immediate præcedit: *Et Sadoc et Achimelech erant sacerdotes*. Et deinde subjecta quadam adversativa, et hæc quoque per adversativam subjiciuntur. Adde quod ex Scriptura certum est, post promulgatam legem Moysi, nullos habitos esse sacerdotes, scilicet ad offerendum sacrificia in lege præscripta, nisi qui essent ex posteris Aaron. Dicuntur itaque filii David hic sacerdotes, id est, principes et primarii in omnibus totius aulæ regiæ.

Hunc sensum confirmat, quod I Paralip. XVIII, 16, 17 ubi hæc eadem narrantur, sic legitur : *Sadoc autem filius Achitab, et Ahimelech, filius Abiathar, sacerdotes : et Susa, scriba. Banaias quoque filius Joiadæ super legiones Cerethi, et Phelethi : porro filii David, primi ad manum regis*. Ecce quod hic dicitur : *Filii autem David sacerdotes erant,* ibi in Paralipom. dicitur : *Porro filii David, primi ad manum regis*. Unde etiam hoc loco ubi nos habemus : *sacerdotes,* Septuaginta habent : αὐλαρχαι, id est, *aulæ principes* » Estius.

« *Cohen* hebraice fere semper *sacerdotem* proprie dictum significat; subinde tamen usurpatur pro principe seu magnate qui apud regem tali fere est familiaritate et ministerio, quali sacerdos apud Deum. Nam et rex est quasi Deus terrestris : unde per catachresin fami-

liares et primi ministri regis vocantur subinde sacerdotes. Et hoc sensu *filii Davidis* dicuntur hic fuisse *sacerdotes;* LXX. *Aularchæ,* id est, *aulæ principes* » Tirinus.

G. V. D. P.

II

Q. Expone Act. II, 22 « Viri Israelitæ, audite verba hæc : Jesum Nazarenum, virum approbatum a Deo in vobis, virtutibus, et prodigiis, et signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut et vos scitis : 23 hunc definito consilio, et præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes interemistis. »

R. v. 22. *Viri Israelitæ, audite verba hæc,* « quæ jam dicturus sum. Jesum vocat τον Ναζωραιον *(Nazarenum),* quia hoc nomine Dominus noster passim appellabatur et notus erat. Cf. Marc. XVI: 6. Matth. XXVI: 71. Act. III: 6; X: 38. Vocat porro *virum a Deo* (h. e. divinitus, nam Græce est non ὑπο sed απο του Θεου) *in vobis,* (Græce εις ὑμας, id est *ad vestrum bonum,* vestri causa) *approbatum,* Græce, αποδεδειγμενον, quod valet *plenissime demonstratum,* declaratum, comprobatum quod a Deo missus fuerit ; quæ plenissima demonstratio effecta est *virtutibus, et prodigiis, et signis,* h. e. per ejus miracula. Majoris emphaseos causa, et ut magnum miraculorum numerum indicaret, tribus vocibus unam eamdemque rem significavit. Quamquam vero *virtutes, prodigia, et signa,* non *re* differunt, alia tamen atque alia ratione miracula triplici hoc nomine dicuntur. Vide S. Th. 2. 2. Q. 187, art. 1 ad 3.

Quæ (miracula) *fecit Deus per illum in medio vestri.* Petrus adhuc de Jesu loquitur prudenter, tamquam de homine divina virtute prædito. *In medio vestri,* tantumdem hic valet quod *inter vos,* vestris sub oculis. *Sicut et vos* (non secus ac nos) *scitis,* atque adeo, patrata fuisse

hæc miracula, non potestis negare. Ipsos Petrus rei testes appellat.

23. *Hunc definito consilio et præscientia Dei traditum.* Qui antecedunt Accusativi pendent a προσπηξαντες ανειλετε, quod a fine hujus versiculi legitur. Demonstrativum τουτον abesse poterat, sed recte fuit adhibitum, tum majoris emphaseos causa, tum etiam ob majorem orationis perspicuitatem. Vult Petrus occurrere tacitæ objectioni huic : Si legatus Dei erat Jesus, mirum est, eum non potuisse manus nostras evadere. — Petrus ergo Jesum dicit εκδοτον *deditum, hostium suorum potestati permissum,* τη ὡρισμενη βουλη και προγνωσει του Θεου. Genitivus Θεου hic pertinet tam ad τη ὡρισμενη βουλη quam ad προγνωσει, quod absentia Articuli ante vocem προγνωσει jam indicat, et inde confirmatur, quod nisi *definitum* illud *consilium* ad Deum referatur, plane non habet quo referatur. Duo autem illi Dativi, ὡρισμενη βουλη et προγνωσει, Dativi sunt, ut vocant, *normæ* (naar, volgens). Dicitur ergo Jesus hic *traditus* (εκδοτος *deditus*) secundum Dei *definitum* (τη ὡρισμενη), determinatum adeoque immutabile et irrevocabile *consilium,* h. e. decretum, quo nempe *Deus Tri-unus* ab æterno constituit, ut Christus pro redimendo humano genere mortem pateretur. Et dicitur Jesus εκδοτος *secundum præscientiam* (προγνωσει) Dei, quatenus scilicet Deus per suam omniscientiam præscivit, Christum a Judæis occisum iri, si horum potestati permitteretur.

Rem sic concipito : Deus ab æterno *præscivit,* si Christum impiis Judæis objiceret, eumque illorum potestati permitteret, futurum esse ut eum occiderent. Atqui hoc permittere decrevit, unaque *decrevit,* ut Christus eam mortem pateretur pro redimendo lapso humano genere. Decreto *permissivo* Deus Christum permisit impiorum Judæorum potestati ; sed decreto *absoluto* voluit, ut Christus mortem ab iis inferendam

subiret pro humano genere salvando, ex eaque voluntate præceptum dedit Christo de illa morte subeunda. Cui præcepto Christus obedivit (Philipp. II : 8), salva sua libertate (Joann. X : 17, 18), sine qua non meruisset (Philipp. II : 9). Jesum antequam crucifigerent, Judæi occidere sæpe conati sunt frustra (Luc. IV : 29, 30. Joan. VIII : 59, X : 39), quia necdum permissus tum erat potestati ipsorum, seu, ut idem phrasi Scripturæ dicam, *quia nondum venerat hora ejus* (Joan. VII : 30 ; VIII : 20).

Quando vero *venerat hora ejus* (Joan. XII: 27; XIII: 1: XVII: 1), et *hora* impiorum Judæorum, et *potestatis tenebrarum* (Luc. XXII: 53), tum demum Jesus *permissus* fuit seu εκδοτος factus est impiis, qui eum occiderunt. Sua ergo isti malitia acti Christicidium tum patrarunt, quod immane crimen Petrus hic illis exprobrat...

Quod dicitur *consilio* (βουλη), in eo notanda est illa Metaphoræ species quam ανθρωποποιησιν vocant, quaque actiones Deo tribuuntur humanæ. Nequit enim Deo proprie tribui *consilium,* quum hoc *deliberationem* includat, quæ in Deum minime cadit.

Per manus iniquorum affligentes interemistis. Pro *affligentes* græce est προσπηξαντες, hoc est, *affigentes,* scil. *cruci* (σταυρφ). Sensus est : hunc vos interemistis, cruci eum affigendo per manus Gentilium, puta militum Romanorum. — Ανομων non est jungendum tamquam Adjectivum cum χειρων, sed ανομων Substantive hic sumitur. Ανομοι *(exleges)* autem dicuntur *Gentiles,* ut qui *scriptam legem* non acceperant, sicut Judæi. Cf. I Cor. IX : 21. Iidem alibi (Matth. XXVI : 45. Luc. XXIV : 7. Gal. II : 15) *peccatores* (ἁμαρτωλοι) vocantur » Beelen.

G. V. D. P.

III

Q. Ex S. Scriptura demonstra existere angelos, id est: substantias spirituales per se subsistentes, ab hominibus distinctas, eisque superiores, sed Deo inferiores.

R. Propositio hæc demonstranda quadripartita est, affirmat enim 1° Existere angelos ; 2° Angelos esse substantias spirituales per se subsistentes ; 3° Angelos esse ab hominibus distinctos iisque superiores ; 4° Angelos esse Deo inferiores.

PROBATUR PRIMA PARS : *Existunt Angeli.* Hæc propositio est de fide.

Existere Angelos tum in Veteris, tum in Novi Testamenti scripturis clarissime continetur. Plures enim apparitiones Angelorum ibi narrantur.

Sic *a*) in ævo Patriarcharum narratur Angelus apparuisse Agari fugienti (Gen. XVI, 9) ; ipsam in deserto languentem consolatus esse (Gen. XXI, 17). Sic etiam narratur Angelus clamasse Abrahamo quando erat immolaturus filium suum (Gen. XXII, 11). Duo Angeli venerunt Sodomam (Gen. XIX, 1 et seqq.). Angelos vidit Jacob ascendentes et descendentes scalam et Dominum innixum scalæ (Gen. XXVIII, 12). Vide etiam Gen. XXXII, 1 en Num. XXII, 31).

b) Inde a tempore Moysis pluries legitur Angelus Dei apparuisse Moysi (Ex. XIV, 19 ; XXIII, 20 ; XXXIII, 2) ; Gedeoni (Jud. VI, 12) ; Davidi (2 Reg. XXIV, 17 ; 1 Par. XXI, 16) ; Eliæ prophetæ (3 Reg. XIX, 5 ; 4 Reg. I, 3). Tobiam Angelus comitatus est in itinere, plurima servitia præstitit, et seipsum manifestans, ait : « Ego sum Raphael Angelus, unus ex septem, qui adstamus ante Dominum » (Tob, XII, 15).

c) In Novo Testamenti Angelus apparuit Zachariæ (Luc. I, 11) ; Mariæ (Luc I, 28) ; Josepho (Matth. I, 20 et II, 13, 17). Angelus cum multitudine militiæ

cœlestis apparuit pastoribus (Luc. II, 13). Post jejunium et tentationem Christi, angeli accesserunt (Matth. IV, 11). Tandem angelus apparuit piis mulieribus (Matth. XXVIII, 5); Cornelio centurioni (Act. X, 3); et Petro (Act. XII, 7 et seqq.).

d) Quibus omnibus addi debent tot præclara effata, quæ angelorum existentiam ostendunt, uti v. gr. in Ps. C. II, 20: « *Benedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius* » et apud Matth. XVIII, 10, quando Christus Dominus dicit : « *Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est* ».

PROBATUR SECUNDA PARS. *Angeli sunt substantiæ spirituales per se subsistentes,* aliis verbis, sunt supposita naturæ intellectualis, seu personæ, imo sunt personæ naturæ *mere* spiritualis.

Nam *a*) angelis in S. Scriptura tribuuntur actiones intellectivæ. Hæ autem nonnisi supposito spiritualis naturæ conveniunt.

Ita angelis tribuuntur actiones *laudandi Deum* (Ps. CXLVIII, 2); *benedicendi Deo* (Ps. CII, 20); *adorandi Deum* (Ps. XCVI, 8); *videndi Deum* et quidem *ad faciem* (Matth. XVIII, 10); *custodiendi homines* (Ps. XC, 11, 12 et Matth. IV, 6); dicuntur angeli *docere, loqui* (Zach. I, 9); et *peccavisse* ita ut pœna digni essent (2 Petri. II, 4).

Atqui, hæ omnes actiones sunt actiones vitæ intellectivæ seu spirituales.

Præterea quod sint, non modo naturæ spiritualis sed etiam *b)* naturæ *mere* spiritualis, patet ex hoc *α*) quod in S. Scriptura nunquam mentio fiat de aliquo corpore Angelorum ; *β*) quod in S. Scriptura vocentur *spiritus* simpliciter, absque ullo addito, et iis quidem in locis in quibus dicitur *quid* sint Angeli (Ps. CIII, 4 ; Hebr. I, 14; Apoc. I, 4; Matth. VIII, 16); dum anima hominis e contrario numquam vocatur spiritus nisi cum addimento quodam : *spiritus hominis,* vel *spiritus qui*

est in homine, vel *spiritus noster ;* γ) quod in epistola ad Eph. VI, 12, Angeli mali distinguantur contra corpus ; δ) et quod, Luc. X, 19-20 et XI, 24-26, Angeli ita vocentur spiritus ut opponantur homini qui constat spiritu *et corpore.*

PROBATUR TERTIA PARS. *Angeli sunt ab hominibus distincti iisque superiores.*

a) Ex Ps. VIII, 6 : « *Minuisti eum paulo minus ab Angelis* », quibus verbis Psalmista affirmat *naturam* hominis inferiorem esse naturæ Angelorum. Quod autem Psalmista loquatur de *natura* hominis, non vero de homine *per gratiam* ad ordinem supernaturalem elevato patet tum ex ipso Psalmo VIII, in quo Psaltes magnitudinem hominis et amorem Dei erga hominem miratur ex eo quod mundus aspectabilis tam pulcher a Deo pro homine factus sit, hoc autem ad ordinem naturæ non vero ad ordinem gratiæ pertinet ; tum ex eo quod S. Paul. ad Hebr. II, 7 hæc verba antonomastice dicta esse affirmat de humanitate Christi, qui ratione humanæ naturæ tantum minoratus est ab Angelis, dum illos tum gratia tum divinitate præcellit eisque supereminet.

b) Demonstratur etiam ex hoc quod multis in locis ad declarandam prærogativam quamdam hominis specialem et præstantem comparetur homo cum Angelis, uti : 2 Reg. XIV, 17 ; Matth. XXII, 30 ; Act. VI, 15 ; ad Gal. I, 8 ; IV, 14.

c) Tandem probatur ex eo quod 2 Petr. II, 11, Angeli dicantur fortitudine et virtute majores hominibus ; et ap. Job. XLI, 24 de Satana dicatur : « *Non est super terram potestas quæ comparetur ei.* ». Quum autem in his duobus locis agatur de angelis malis apparet ibi quæstionem esse, non de donis gratiæ quibus Angeli possent exornari et magnifieri, sed de ipsis naturalibus ipsorum dotibus.

DEMONSTRATUR QUARTA PARS. *Angeli sunt Deo inferiores.*

Hoc liquet tum ex pluribus supra recitatis testimoniis in quibus dicitur angelos *ministrare Deo, adorare Deum, administratorios esse spiritus ;* tum ex eo quod Angeli a Deo creati sint, quod colligitur ex Rom. XI, 36 ; Eccli XVIII, 1 ; Esther XIII, 10 ; Ps. CXLVIII, 2, 5 ; Dan. III, 57, 58 et Col. I, 16.

V. J. C.

IV

Q. An et cur lex civilis habet potestatem contractus irritandi in foro conscientiæ et quidem ante sententiam judicis ?

R. 1° Seponimus contractus ad forum Ecclesiæ pertinentes, ut sunt contractus sponsalium ac matrimonii christianorum, donationes in causam piam etc. Etenim legis civilis auctoritas, sicut ex jure naturæ certis limitibus continetur, ita et circumscribitur jure Ecclesiæ, societatis independentis atque civili societati superioris.

2° Quod jam spectat contractus civiles, seu versantes circa materiam civili legi subjectam : affirmamus hos contractus posse a jure civili : *a) irritari pro foro conscientiæ, b)* idque etiam *ante omnem judicis sententiam.* Hæc est doctrina vere communis theologorum, quamvis inter ipsos gravis controversia vigeat circa quæstionem quousque legislator hac sua potestate de facto usus sit. Superest ut hujus doctrinæ ratio breviter reddatur.

Ad *a)* Potestas civili auctoritati tributa, auferendi in quibusdam adjunctis ipsam in conscientia obligationem contractuum, nedum probetur injusta, valido motivo boni communis innixa apparet. Si enim civilis auctoritas nullum contractum in seipso attingere posset, sed tantum in foro externo ipsi non assistere seu pro executione contractus actionem denegare, ejusdem auctoritatis interventus inefficax foret atque etiam nocivum bono communi. « Sane irritatione mere civili, seu sanctionis negatione, potest quidem aliquando sufficienter occurri

iis quæ protectionem non merentur, licet tolerari queant, ut sunt jura ludo vel mediis turpibus acquisita; at generatim non potest ea sufficienter consuli bono communi, nec prospici indemnitati infirmorum, cum hujusmodi imperfecta irritatio magis prodesset malis quam bonis : boni enim, qui conscientiæ vocem audiunt, ea non uterentur adversus alios, mali e contra qui soli foro externo attendunt, ea uterentur quoties ipsis faveret. Præterea tali divortio inter forum internum et externum, occasio peccatis præberetur, scilicet multi inducerentur in tentationem sibi vindicandi rem alienam. » Bouquillon, *Theol. fund.* l. 3, n. 225.

Ad *b)* Id etiam ante sententiam judicis potest : « Secus scopus legislatoris sæpe non attingeretur, propter spem evadendi sententiam, vel defatigandi adversam partem litibus. » Ill. ac Rev. Waffelaert, *de just.* I, n. 346. Confirmatur : « 1. Certum est id posse auctoritatem ecclesiasticam in materiis sibi subjectis, v. g. in matrimonio (vide et alia exempla ubi de contractibus simoniacis) : porro potestas civilis non minus est suprema in suo ordine. 2. Judex per suam sententiam potest contractus irritare, auctoritate a principe accepta: porro si princeps id possit per ministerium judicis, cur non posset per seipsum, seu per suam legem? Et si illud durum et onerosum videatur, inde sequitur tantum caute hac potestate uti debere principem, et nonnisi quando judicat id valde expedire bono publico. » Carrière, de Contract. n. 88.

O. E. D.

V

Q. Qualis et quanta est obligatio promissionis gratuitæ ?

R. Ad 1m. Promissio gratuita inter homines obligat ex *fidelitate,* qua tenemur facta nostra conformare promissis. Attamen promittens potest se obligare strictius, ex *justitia,* jus ad rem gratuito transferendo.

Indaganda est igitur ejus voluntas ; de qua si non constat, standum pro mera fidelitatis obligatione.

Ad 2m. Obligatio fidelitatis est tantum levis : aliunde tamen accedere potest gravis culpa ex violatione promissionis perniciosa seu damnosa. Obligatio justitiæ est gravis ex genere suo : sed hic pro materia gravi major quam in furto quantitas requiritur.

Explicatur pars prima. Initio seponitur promissio Deo facta, quæ dicitur votum et ex virtute religionis, graviter in materia gravi, obligat. Quoad promissionem humanam : verum est a S. Alphonso (l. 3, n. 720), ex Salmant., poni tres sententias, quas S. Doctor, post eosdem Salmant., dicit « omnes satis probabiles. » Scilicet: «*Prima* dicit, quod quævis promissio acceptata obligat sub gravi et ex justitia... *Secunda* sententia dicit, quod qualis sit obligatio, pendet ex voluntate quam promittens habuit... *Tertia* sententia... dicit simplicem promissionem non obligare nisi sub levi, quia tantum obligat ex fidelitate... » At melius dixeris hic, sicut subinde in aliis materiis, reapse non esse causam cur auctores in tres oppositas acies dividamus ac tres opiniones vere probabiles, affirmantem, negantem et distinguentem, statuamus. Cf. Ballerini-Palmieri, III, de contract. n. 121-132. Unde resolvimus, cum Ill. ac Rev. Waffelaert, *de justit.* I, n. 534 : « quod spectat obligationem justitiæ, an oriatur necne ex promissione (gratuita), veram sententiam, quæ forte pluribus inter se conciliandis auctoribus prodest, esse, id omnino pendere ab intentione promittentis, et dein consequenter acceptantis. » Ibidem docetur modus hanc intentionem indagandi : « Si intentio sit expressa et clara, nulla difficultas. Sed obscura esse potest, quod præsertim contingit in duplici casu :

α) Si voluerit promittens se obligare in re gravi graviter, seu quantum promissio obligare possit, non tamen cogitans nec dicens ex qua virtute ; vel contra,

voluerit se obligare in re gravi leviter, quin cogitaverit ex qua virtute.

β) Si voluerit sese obligare simpliciter ad rem gravem præstandam, non recogitans an graviter vel leviter, et ex qua virtute, ut frequenter contingit inter homines.

Jamvero α) in priore eventu ibi indicato, satis constat ipsum voluisse inire verum contractum ex justitia obligantem. In altero eventu, eo ipso quod voluerit leviter tantum se obligare in re gravi, censetur fidelitatis obligationem contraxisse, cum in materia justitiæ non possit esse obligatio levis ubi jus confertur magni momenti...

β) In hoc eventu, inspicienda sunt verba, et adjuncta promissionis : ita si juramento firmata fuerit, aut chirographo, testibus, aliave solemnitate adhibitis facta promissio, censetur ex justitia obligare. Si nihil hujusmodi eam determinet, judicandum ex communiter contingentibus, qualiter scilicet homines in similibus adjunctis sese obligare soleant : sæpius autem censetur ille se non obligare ex justitia. Remanente tandem dubio, minimum tenendum est seu favendum promittenti, ita Theologi communius.

Notari imo potest promissiones, prout communiter fieri solent, ubi deest expressa aliqua et determinata intentio, non esse plerumque nisi mera proposita. »

Explicatur altera pars. Primo, *fidelitatis* obligationem, quæ promissioni gratuitæ propria est, levem tantum esse, suadetur ex comparatione fidelitatis et veracitatis, quoad obligationem et violationem utriusque. Optime de Lugo, *de just.* disp. XXIII, sect. 6, n. 92 : « Promittere ex fidelitate est dare fidem alteri de re facienda, seu petere ab ipso spem et fiduciam, sicut qui aliquid affirmat, petit ab audiente fidem, hoc est assensum et credulitatem ; quare qui promittit, eo ipso se obligat ad eam turpitudinem subeundam, si promissa non impleat, quam patitur infidelis : turpe enim est et contra humanum convictum, quod aliquis dignus non sit cujus

verbis et promissioni alii fidant, et hoc est proprie obligare se ex fidelitate, quod aliqui appellant obligari ex solo debito honestatis moralis. Hoc autem totum non continet obligationem vel malitiam gravem ex genere suo, si aliud detrimentum non sequatur ; quia sicut deceptio in re affirmata absque alio detrimento non continet malitiam gravem, licet affirmans reddat se indignum fide ; ita deceptio in promissis absque alio detrimento non videtur continere malitiam gravem ; nullum enim detrimentum infertur proximo, nec ullum ejus violatur jus, sed solum promittens reddit se indignum cui homines possint fidere : ergo promissio ex sola fidelitate non obligat per se loquendo sub peccato mortali, nisi aliud detrimentum promissario inferatur ex fide non servata. » Vides Lugonem semper excludere detrimentum extrinsecum promissario illatum: quia, sicut datur mendacium perniciosum et ideo per accidens graviter malum, ita datur promissionis violatio perniciosa. Ita si liberaliter promittas pecuniam aliudve auxilium alicui, qui in tua promissione confisus non aliunde sibi providet et ex violata fide grave damnum incurrit.

Secundo, *justitiæ* obligationem patet gravem esse ex genere suo, seu posita gravi materia : addimus tamen, ex communi sententia, ad hanc materiam gravem hic requiri *majorem* quantitatem quam pro furto : « Quia, ait Sporer, tract. VI, c. 2, n. 68, longe minus offendit qui non dat rem suam, quamvis promissam, quam qui alienam furto rapit. Et certe qui rem suam liberaliter promisit, non debet tam rigorose et æque urgeri ex sua liberali munificentia, ac alius ex delicto furti. » *Quanto major* requiratur, vix definiri potest ; sed licet acquiescere regulæ practicæ, quam Sanchez (de matr. l. 1, disp. 5, n. 24) statuit et quam AA. plures, atque imprimis S. Alphonsus, comprobarunt : requiri quantitatem quadruplo majorem.

O. E. D.

VI

Q. Quelles sont les formalités prescrites pour la régularité des délibérations des conseils de fabrique ?

R. Le décret du 30 Décembre 1809, aux articles 9 et 10, indique les formalités suivantes :

1° Les délibérations doivent être prises *dans une séance régulière* (art. 10), c'est-à-dire : a) tenue aux époques légales ou autorisée par l'Evêque ou le gouverneur (*Collationes,* II, p. 75) ; b) dans un des locaux désignés par le décret (1) ; c) après convocation faite soit par le curé au prône de la grand'messe le dimanche précédent, soit par le président (d'office ou sur la demande du curé) à domicile, individuellement à chaque membre, au moins deux jours francs avant la séance, de manière que tous les fabriciens soient « au moins convenablement informés du lieu, du jour et de l'heure de la réunion » (arr. roy. du 1er Mars 1892).

Nous avons vu (*Collationes,* II, p. 76) que, si la convocation n'était faite au prône ou n'était notifiée à l'un ou à l'autre membre que le jour même ou la veille de l'assemblée, les délibérations pourraient être annulées. Il en serait de même si la séance était tenue à une heure différente de l'heure habituelle ou dans un endroit autre que le lieu ordinaire des réunions sans que tous les membres aient été dûment avertis du changement. Arr. roy. du 14 Décembre 1884 (*Monit.*, p. 4938) et du 21 Janvier 1895 (*Monit.*, p. 251).

2° « Le conseil ne pourra délibérer que lorsqu'il y aura *plus de la moitié des membres présents* à l'assemblée». Art. 9, § 2.

(1) Un arrêté royal, en date du 21 Janvier 1895 (*Monit.*, p. 251), décide que le choix entre les divers locaux appartient, non au président, mais au conseil. Nous croyons que ce choix appartient plutôt au curé qui exerce soit un droit de police, soit un droit plus éminent de jouissance sur les lieux indiqués. Voir Lauwers, p. 107 ; *Het Vl. Bestuur,* VI, 114.

Certains jurisconsultes interprètent cette disposition dans le sens de l'article 64 de la loi communale et décident que, par la moitié des membres il faut entendre, « non pas la moitié du nombre total des membres dont le conseil est composé lorsqu'il est au complet, mais la moitié des membres *en fonctions.* » Giron, *Dict. de droit administratif,* V° Fabr. d'église, n. 17. Un arrêté royal du 11 Janvier 1880 (*Monit.* du 19 Janvier) consacre formellement cette thèse ; et divers autres arrêtés, par exemple, ceux du 21 Mai 1868 (*Rev. de l'adm.*, 1874, p. 395) et du 1 Décembre 1884 (*Monit.*, p. 5609) semblent (1) la confirmer.

Nous repoussons cette interprétation qui nous paraît incompatible avec le texte du décret : si le législateur n'avait voulu parler que des fabriciens *en exercice*, il aurait exprimé cette restriction. Son silence et la généralité de la loi ne permettent aucun doute sérieux. Nous tenons, avec la doctrine commune (2), que, pour

(1) Nous disons : *semblent ;* parce que, à notre avis, ces arrêtés ne décident pas la question. Un considérant porte, il est vrai, que les conseils de fabrique ne peuvent délibérer que « lorsque plus de la moitié des membres *en fonctions* assistent à l'assemblée » ; mais le même considérant se retrouve dans plusieurs arrêtés royaux annulant des élections *triennales,* pour lesquelles, d'après le contexte des mêmes arrêtés et d'après une jurisprudence d'ailleurs constante, il faut la présence de la majorité des membres qui sont *de droit* en fonctions au moment de ces élections.

(2) Citons Prompsault, V° *Conseil de-fabrique,* 6° ; Dieulin, éd. 1860, I, 59 ; André, V° *Délibération* et V° *Fabrique ; Journ. franç. des fab.*, II, 250 ; Affre, éd. de Liége, p. 36, 40 et 45 ; Daris, *Mém. belge,* an. 1872, p. 251 ; Versluysen, p. 19 ; De Fooz, IV, p. 460 ; Delcour, p. 30 ; Lauwers, p. 63 et 99 ; Brixhe, V° *Délibération ;* Leroy, p. 254, note (1) ; De Brabandere, n. 1013 ; Moulart, 8me éd., p. 256 ; de Corswarem, n. 92.

La *Revue de l'administration* ne peut donc avoir écrit que par distraction les lignes suivantes : « Il est unanimement admis par la doctrine que les délibérations du conseil de fabrique sont valablement prises lorsque l'assemblée se compose de plus de la moitié des membres en fonctions » (an. 1880. p. 133).

La *Revue* n'est guère plus heureuse dans les citations qu'elle fait ; elle cite deux auteurs : Affre, p. 55 et Dalloz, V° *Culte,* n. 518. Or, aux

la validité des délibérations, il faut la présence de la majorité des membres dont un conseil de fabrique *doit être composé* (ou tenant compte tant des membres de droit que des membres électifs), c'est-à-dire de six ou de quatre. L'arrêté royal du 7 Octobre 1895, rapporté dans les *Collationes* (I, p. 40), semble favorable à cette opinion.

Il n'y a d'exception à cette règle que pour les *élections triennales*. Pour que le conseil puisse valablement y procéder, il faut, mais il suffit, que la moitié plus un des membres qui *en droit* sont censés rester au moment de l'élection, c'est-à-dire, au moins quatre ou trois, y compris les membres de droit, soient présents à la séance. C'est l'opinion généralement reçue, et adoptée par l'autorité administrative tant ecclésiastique que civile. Voir, p. ex., les arr. roy. des 19 Juillet 1888 *Monit.*, p. 2162), 11 Novembre 1891 (*Monit.*, p. 3375), 19 Mars 1895 (*Monit.*, p. 1143) et 6 Janvier 1896 (*Monit.*, p. 153) ; les lettres circulaires de Mgr l'Evêque de Bruges des 3 Mars 1879,... 27 Février 1891 et 20 Janv. 1894 (*Coll. epist. past.*, T. XIII, 212 ; T. XIV, 221 et 361).

3° Sauf pour la nomination des dignitaires du conseil et des membres du bureau des marguilliers, qui doit se faire *au scrutin* (art. 9 et 11), le décret ne détermine pas le mode suivant lequel les délibérations doivent être prises par le conseil.

Cependant, comme le scrutin secret est plus favorable à la liberté du vote et en harmonie avec notre législation électorale, plusieurs commentateurs du

endroits cités, ces auteurs parlent des élections *triennales*, pour lesquelles ils exigent la présence de plus de la moitié des membres qui sont de *droit* en fonctions au moment de ces élections. D'autre part, lorsqu'il s'agit des *autres délibérations*, Affre, (pp. 36, 40 et 45) professe expressément l'opinion que nous adoptons ; et Dalloz (n. 525) se contente de reproduire les termes de l'article 9.

decret (1) et la jurisprudence prescrivent ce mode pour *toutes les élections*. Voir les *Collationes,* II, p. 77.

Les autres délibérations peuvent être arrêtées soit au scrutin, soit de vive voix.

4° Les délibérations seront arrêtées « *à la pluralité des voix* » (art. 9, § 2) ; c'est-à-dire « à la pluralité des *membres présents,* et cette règle est applicable aux *élections* comme aux *autres résolutions* du conseil ». Arr. roy. du 9 Février 1879 et du 19 1888. Voir les *Collationes,* II, p. 77. (2)

« Le président aura, en cas de partage, voix prépondérante ». Art. 9, § 1.

L'explication de ce texte faisant l'objet d'une consultation, rapportée plus loin (p. 172 ss.), nous nous contenterons de dire ici que, selon nous, ce privilège ne s'applique *qu'aux délibérations ordinaires* du conseil, et pour autant seulemeut qu'il y ait véritablement partage.

5° Toute délibération doit être constatée par un procès-verbal, qui doit être consigné dans un registre spécial et *signé par* «*tous les membres présents*». Art. 9, § 2.

Cette signature permet de constater la présence du nombre de conseillers requis pour délibérer ; elle est *due* par tous les membres qui assistent à la réunion ; et, d'après Giron, elle constitue une formalité substantielle. (3)

---

(1) Voir notamment le *Mém. belge,* an. 1861, p. 451 et an. 1878, p. 939 ; Lauwers, p. 64 ; de Corswarem, n. 77 ; Giron, *ouv. cité,* n. 13.

(2) Comp. les arr. roy. des 11 Mars et 18 Mai 1885 (*Monit.* p. 1207 et 2033) ; De Brabandere, II, n. 1013 coll. n. 994 ; Affre, p. 40 et 45 ; Dieulin, p. 59 ; Lauwers p. 65 et 99 ; Moulart, p. 275 ; de Corswarem, n. 78 et 93 ; *contra* Delcour, n. 43 coll. n. 27 et 63 ; Daris, *Mém.*, an. 1872, p. 254.

(3) Il a cependant été décidé qu'un procès-verbal, non signé par les fabriciens, mais qui existe sur le registre des délibérations, pouvait être admis comme relatant les opérations électorales qui ont eu lieu. Arr. roy. du 13 Juin 1875.

Il peut arriver qu'une décision soit votée à une faible majorité. La minorité n'a pas le droit de refuser sa signature ; elle pourrait cependant exiger l'insertion au procès-verbal des motifs donnés à chaque vote et l'indication du chiffre obtenu par les deux parties votantes.

La désertion d'un ou de plusieurs membres n'invalide pas les délibérations déjà arrêtées. On peut donc en achever la rédaction, et les soumettre ensuite à la signature de ceux qui se sont retirés avant le temps. Voir Prompsault, V° *Conseil de fabr.*, 6°; Moulart, p. 276.

C. V. C.

Evangelia dominicarum

DOM. DE PASSIONE. Jo. VIII, 46-59.

Te dien tijde zei Jesus tot de scharen der Joden : 46. Wie van u zal mij van zonde overtuigen ? Indien ik u de waarheid zeg, waarom gelooft gij mij niet ? 47. Die uit God is, hoort Gods woorden. Daarom en hoort gij niet, omdat gij uit God niet en zijt.

48. De Joden antwoordden dan, en zeiden tot hem : zeggen wij niet te recht dat gij een Samaritaan zijt, en eenen duivel *in*hebt ? 49. Jesus antwoordde : 'k En heb geenen duivel *in,* maar ik eer mijnen Vader, en gij onteerdet mij. 50. Doch ik, ik en zoek mijne eer niet ; er is een die *ze* zoekt, en oordeelt. 51. Voorwaar, voorwaar zeg ik u : zoo iemand mijn woord zal bewaard hebben, hij zal in eeuwigheid de dood niet zien. 52. De Joden zeiden dan : Nu weten wij dat gij eenen duivel

*in*hebt : Abraham is gestorven, en de profeten ; en gij zegt : zoo iemand mijn woord bewaard zal hebben, hij zal in eeuwigheid de dood niet smaken. 53. Zijt gij grooter dan onze vader Abraham die gestorven is ? Ook de profeten zijn gestorven. Wien maakt gij u zelven ? Jesus antwoordde : Indien ik mij zelven eer, zoo is mijne eere niets. Mijn Vader is het, die mij eert, van wien gij zegt dat hij uw God is ; 55. doch gij en kent hem niet ; maar ik ken hem. En indien ik zei : ik ken hem niet, dan zou ik aan ulieden gelijk zijn, een leugenaar. Maar ik ken hem, en beware zijn woord. 56. Abraham, uw vader, verheugde hem, dat hij mijnen dag zou zien ; hij heeft *dien* gezien, en is verblijd geweest. 57. De Joden zeiden dan tot hem : Gij en zijt nog geen vijftig jaren oud, en gij hebt Abraham gezien ? 58. Jesus zei tot hen : Voorwaar, voorwaar zeg ik u : eer Abraham werd, ben ik. 59. Zij namen dan steenen om op hem te werpen ; maar Jesus verborg hem en ging den tempel uit.

* * *

Notationes

46. *Quis ex vobis arguet me de peccato.* « Pensate, fratres charissimi, mansuetudinem Dei. Relaxare peccata venerat, et dicebat : Quis ex vobis arguet me de peccato ? Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute divinitatis poterat peccatores justificare » S. Gregor. *Homil. 18. in Evang.* — Porro « Exponit se Judæorum inimicorum judicio, nec timet ut quid objiciant, acutissimi scrutatores omnium quæ gerebat ac docebat, quod diluere non possit. Sermo est ex fiducia manans, nitens conscientia pura ac secura, quæ nulli probro se obnoxiam, nullum crimen in se hærere probè sciret... Atqui non tantum

non fuit in eo peccatum, sed nec aliquid unde meritò argui peccati posset : hujusmodi enim fuit vita Christi, ita omni ex parte expers peccati, innocens et ædificans, ut non esset quod vel probabiliter posset ab adversariis objici » Luc. Brug.

47. *Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis* « Interroget se unusquisque, si verba Dei *in aure cordis* percipit, et intelliget unde sit. Cœlestem patriam desiderare Veritas jubet, carnis desideria conteri, mundi gloriam declinare, aliena non appetere, propria largiri... Sunt nonnulli, qui præcepta Dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli, qui hæc quidem corporis aure percipiunt, sed nulla ea mentis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli, qui libenter verba Dei suscipiunt, ita ut etiam in fletibus compungantur, sed post lacrymarum tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profectò verba Dei non audiunt, qui hæc exercere in opere contemnunt... » S. Greg. *Hom. 18 in Evang.* Cnf Luc. XI, 28.

48. *Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, et dæmonium habes ?* « Solet convicta impietas dum non habet quod respondeat veritati, converti ad convitia. Itaque Judæi, quoniam convicti erant esse filii diaboli, ad maledicta confugiunt, mera animi impotentia regerentes in Dominum quæ nullam vel similitudinem veri habebant » Jans. Gand.

49. *Respondit Jesus : Ego dæmonium non habeo :* « ad prius convitium *Samaritani* apertè nihil respondet : nam quamvis magni probri loco haberetur, tamen quia constabat ipsum origine Judæum esse, affectione autem ac moribus esse Samaritanum, includebatur in posteriori convitio, quod est Dæmonium habere, dissimulavit illud Samaritani maledictum, ut nos doceret, in refutandis contumeliis non hærere. Posterius autem *Dæmoniaci* convitium, quo omnis fides detrahebatur et dictis ipsius et factis, omnino refellit, sed ita ut non regerat

maledictum, quòd in illos retorquere jure merito poterat, contentus simplici negatione illud à se depulisse, admirabili mansuetudinis exemplo. » Luc. Brug. — « Cum à proximis contumeliam accipis, etiam eorum vera mala tacere debes, ne ministerium justæ correptionis in arma vertatur furoris » S. Greg. *Hom. 18 in Ev.* — « Mansuetudine et clementia summa, Ego Dæmonium, inquit, non habeo. Nam ubi docere eos et humilitatis admonere oportuit, ne quòd Abrahæ semen essent se jactarent, vehemens fuit: ubi autem contumeliæ ferendæ erant, mansuetudine utitur... ad nos erudiendum, ut quæ ad Deum pertinent, majorem in modum defendamus ; quæ ad nos, contemnamus. » Chrys. — « Docens nos, quæ contra Deum sunt vindicare, quæ autem contra nos, mansuetè ferre. » Theophylact.

50. *Ego autem non quæro gloriam meam.* « Non admodum curo, non affecto honorem inter homines : non veni in mundum ut hac in mortali vita gloriam ab hominibus referam, quin potius ut contumelias et injurias, adeoque mortem, ab hominibus illatas patienter feram. Itaque privato carnis affectu non erat Jesus de suo honore vel contemtu sollicitus, sed contentus testimonio conscientiæ suæ, nihili faciebat quod de se sentirent homines, quamdiu non faceret illud in detrimentum honoris paterni, vel salutis hominum. Gloriam in vita non quæsivit, post mortem invenit. » Luc. Brug.

51. *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum :* « Quisquis sermonem meum non simpliciter audierit, sed auditum etiam servaverit, obtemperando ei, non videbit, hoc est, non experietur nec sentiet mortem in æternum, quia ab æternâ morte erit liber, et mors corporalis ei mors non erit, sed somnus et migratio. » Jans. Gand.

53. *Quem teipsum facis ?* « Superbiæ et jactantiæ eum insimulant, quasi de se prædicet quod revera non est, dum tantam sermoni suo adscribit vim, quanta à morte

servet : et quod tanti tamque Deo grati viri assequi non potuerunt, ipse vilis audeat polliceri. » Luc. Brug.

55. *Ego autem novi eum* « Obliquè tangit adversarios quòd non servent sermonem Dei, sed sermonum ejus transgressores sint : id quod è diverso signum esse vult, quod illi Deum non norint, quodque mendaciter dicant, se novisse. » Luc. Brug. — « *Et in hoc scimus quoniam cognovimus eum, si mandata ejus observemus. Qui dicit se nosse eum, et mandata ejus non custodit, mendax est* » I Jo. II, 3, 4.

56. *Abraham pater vester... gavisus est.* « Subest his verbis tacita reprehensio Judæorum, quòd cùm patre Abraham gloriarentur, qui diem Christi futurum tantopere optaverat, et visum præsentemque gaudio exceperat, ipsi præsentem ac visum fastidiosè superbeque contemnerent. » Luc. Brug. — « Iterum illos Abrahæ alienos probat, siquidem ex his quibus ille gavisus est tristantur. » S. Chrys.

59. *Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum,* quasi blasphemiæ reum. Vide Levit. XXIV, 16. « Quo curreret tanta Judæorum duritia, nisi ad lapides ? » S. Aug. — « Quem intelligere non poterant, obruere quærebant. » S. Greg. *Hom. 18.* — *Jesus autem abscondit se, et exivit de templo :* « quia nec hoc genus, nec hanc horam mortis elegerat ; non quòd timeret, ne invitum ante tempus interficerent, sed quòd ita vellet homo haberi, ut nos homines doceret, *iram superbientium, etiam cum resistere possumus, humiliter declinare,* quod monet Gregorius. » Luc. Brug. — « Cum illi lapides tollerent, ut mitterent in eum, quid magnum erat, ut eos continuo dehiscens terra sorberet, et pro lapidibus inferos invenirent ? Non erat magnum Deo, sed magis erat commendanda patientia, quam exserenda potentia... Tamquam homo a lapidibus fugit : sed væ illis, a quorum lapideis cordibus Deus fugit. » S. Aug.

G. V. D. P.

Fabriques d'église

Séance du mois d'Avril — Elections

En exécution de l'article 7 du décret du 30 Décembre 1809 et des articles 1er et 6 de l'arrêté royal du 12 Mars 1849, la *grande* moitié des membres électifs de tous les conseils de fabrique du royaume doit être renouvelée le premier dimanche du mois d'Avril de cette année.

Le même jour, et *tous les ans* à la même date, le conseil doit nommer ou renouveler son président et son secrétaire (art. 9, § 1er), et procéder au remplacement du marguillier sortant (art. 11 et 15). (1)

Ces diverses élections doivent se faire dans l'ordre ci-dessus indiqué (*Collationes,* I, p. 206), en observant les formalités prescrites par la loi ou par l'autorité administrative.

Nous avons suffisamment expliqué ces formalités, pour qu'il soit inutile d'y revenir. Voir les *Collationes,* II, p. 75 et 134. Nous avons jugé plus opportun d'appeler l'attention des administrations fabriciennes sur quelques dispositions spéciales, qu'il importe de ne pas perdre de vue.

1° Personne ne peut être marguillier qui ne soit membre du conseil (art. 11 et 13). En conséquence, celui dont le mandat de *conseiller* expire, doit être réélu d'abord comme conseiller, et ensuite également comme

(1) Le même jour de *chaque* année, le bureau des marguilliers doit nommer son président, son secrétaire et son trésorier. Le mandat de ces dignitaires doit être renouvelé tous les ans ; car, sans cela, le marguillier nouvellement nommé par le conseil se trouverait forcément remplir la dignité de marguillier sortant sans avoir été élu à cette dignité, ce qui est contraire à l'article 19 du décret. Circ. du Gouverneur de Namur du 15 Mars 1888 (*Revue communale*, T. XXI, p. 389). Cfr *Collationes*, I, p. 206.

marguillier pour pouvoir continuer à remplir ces dernières fonctions. Circ. du Gouverneur de la Flandre Occidentale du 1er Mars 1897.

2° Les membres ~~*restants*~~ du conseil, c'est-à-dire les deux membres de droit et les membres électifs de la petite série, peuvent *seuls* prendre part au prochain renouvellement de la grande série (art. 8). L'élection triennale à laquelle participeraient les membres sortants devrait être annulée. Arr. roy. du 10 Octobre 1891 (*Monit.*, p. 3105). Cfr de Corswarem, n. 81.

Cependant, si lors du renouvellement triennal, la moitié restante n'est plus au complet par suite de décès, de démission, de changement de domicile ou autre cause, les membres sortants peuvent, avant d'être remplacés, concourir avec les membres restants au remplacement de leurs collègues décédés, démissionnaires, etc.; et, cette opération préalable étant terminée, la série restante ainsi complétée procède avec les membres de droit au renouvellement de la série sortante. Cette manière d'agir est parfaitement régulière et légale ; car « les fabriciens font partie du conseil jusqu'au moment où l'on s'occupe de leur renouvellement, et c'est alors seulement que leur mandat expire et qu'ils perdent leur qualité ». Arrêté royal du 26 Mars 1868. (1)

Il a même été décidé que, si au jour du renouvellement triennal, il n'y a plus en fonctions *qu'un seul membre électif,* c'est encore au conseil composé de ce membre et des deux membres de droit qu'il appartient

(1) Voir dans le même sens, arr. roy. du 31 Décembre 1876 et du 29 Juillet 1879 ; circulaires du Gouverneur de Namur du 15 Mars 1888, et du Gouverneur de la Flandre Occidentale du 1 Mars 1897 ; — Prompsault, V° *Conseil de fabrique*. 2° ; Leroy, *Instruct. pratiq.*, p. 253 ; Moulart, *Des fabr. d'égl.*, 8me édit., p. 256 ; Giron, *Dict. de droit adm.*, V° Fabriques d'église, n. 13 ; De Brabandere, *Comp. jur. can.*. 5me édit., n. 997.

de compléter ou de reconstituer (1) préalablement la moitié restante (art. 7 et 8 du décret combinés avec l'art. 4 de l'arr. roy. du 12 Mars 1849) ; et la dite moitié ainsi complétée ou reconstituée procédera alors au renouvellement de la moitié sortante. Circ. de M. Tesch du 15 Mars 1858 ; lettres de M. De Lantsheere du 19 Mars 1877, et de M. Bara du 19 Août 1880; circ. du Gouverneur de Namur du 15 Mars 1888. (2)

Si, au jour du renouvellement triennal, il ne restait plus *aucun* des membres électifs du conseil, il y aurait lieu de renouveler la fabrique conformément à l'art. 6 du décret (art. 4 de l'arr. roy. du 12 Mars 1849).

Enfin, si le conseil n'était pas en nombre par suite de *l'absence* des membres, il y aurait lieu d'appliquer l'art. 8, § 2 du décret. Voir *Collationes,* II, p. 80.

3° Dans les paroisses érigées depuis les dernières élections triennales, le renouvellement de la grande série du conseil de fabrique doit être précédé d'un tirage au sort, à l'effet de désigner les trois ou cinq membres qui devront sortir. Art. 7 du décret. (3)

Il est à remarquer aussi, en ce qui concerne les marguilliers, qu'au premier dimanche d'Avril qui suit la formation du bureau, le conseil détermine par la voie du sort celui des trois marguilliers qui doit sortir,

---

(1) Nous disons : *compléter* ou *reconstituer* ; car si l'unique membre électif qui est en fonctions au 1er dimanche d'Avril, appartient à la série restante, il y aura lieu de *compléter* cette série ; mais s'il appartient à la moitié sortante, l'élection préalable aura pour objet de *reconstituer* intégralement la série restante avant de procéder au renouvellement triennal.

(2) Comp. Prompsault, *l. c.*, 6° ; Versluysen, *Handboek der kerkfabrieken,* p. 17 ; Leroy, *ouv. cité,* p. 252 et 254 ; Moulart, *ouv. cité.* p. 250 et 256 ; De Brabandere, *l. c.*

(3) Cette détermination par la voie du sort des membres qui appartiendront à la série sortante, doit être faite par tout le conseil, en présence de la pluralité des membres (art. 9 du décret). Arr. roy. du 1er Décembre 1884 (*Monit.*, p. 5609).

et pourvoit ensuite à son remplacement. L'année après, au même jour, le conseil désigne de la même manière celui des deux autres marguilliers dont le mandat doit être renouvelé ; le troisième marguillier sort de plein droit le premier dimanche d'Avril de la troisième année ; et, dans la suite, c'est le marguillier le plus ancien en exercice qui devra sortir. Art. 11, 15, 16 et 17 du décret.

4° Le procès-verbal des élections faites, ainsi qu'un état complet indiquant la composition du conseil de fabrique et du bureau des marguilliers, doivent être transmis, dans la quinzaine qui suit le premier dimanche d'Avril, à l'autorité diocésaine et à l'administration provinciale. Voir *Collationes,* I, p. 206 ; *Calend. liturg.* diœc. Brugen., an. 1897, p. 36, et Litt. circul. Episc. 6 Febuarii 1897 ; circ. du Gouverneur de la Flandre Occidentale, du 1er Mars 1897.

5° Nous terminons par une observation relative aux qualités que doivent avoir les fabriciens. N'oublions pas que le choix des fabriciens intéresse directement le service du ministère ecclésiastique et la dignité du culte. Les fabriciens sont les économes temporels des biens de la maison de Dieu ; ils partagent avec le curé la tâche honorable de pourvoir aux besoins du culte et de gérer les revenus affectés à cet augusté service ; ils doivent être les soutiens de son ministère dans les difficultés qu'il rencontre. Par conséquent, après les intérêts qui ont pour objet le salut des âmes et les destinées éternelles, il n'en est pas qui soient plus dignes de la sollicitude et de la vigilance des curés, que le soin de constituer une bonne fabrique pour la gestion des biens ecclésiastiques. Les fonctions de fabricien sont de pur zèle, et ne doivent être confiées qu'à des hommes qui se distinguent par leur vertu, et par leur attachement dévoué à la religion.

« Il importe, dit Lauwers après Dieulin, de ne pas

choisir des hommes qui ne s'occuperaient pas des devoirs de leur charge, qui n'accepteraient de leurs attributions que le titre vain, purement nominal, honorifique, et resteraient complètement étrangers aux soins et aux affaires qui concernent l'administration temporelle de l'église. S'il se trouvait des hommes de ce caractère dans quelques conseils de fabrique, on ferait bien de les éliminer insensiblement, ou de les prier avec mesure d'abdiquer une charge qu'ils ne se sentent pas le courage de remplir. Je n'excepterais que le cas où leur exclusion pourrait entraîner de graves inconvénients, comme, par exemple, celui de jeter dans une ligue d'opposition des hommes considérés et influents qu'il faut avant tout rendre favorables au ministère du pasteur et aux intérêts de l'Eglise. »

Ensuite, «on devra prendre soin d'écarter des conseils de fabrique,... ces hommes tracassiers, vils et mesquins qui, n'ayant pas le sentiment de la dignité du culte, s'obstineraient à refuser les allocations les plus justes et les plus nécessaires, lésineraient d'une manière vétilleuse et insultante sur le budget des dépenses, marchanderaient au curé la cire et l'huile, épilogueraient sur le linge, chicaneraient sur l'encens,... et entraveraient le culte au lieu de l'assurer ». Lauwers, *code de droit civil ecclésiastique*, p. 20, coll. Dieulin, *Guide des curés*, I, p. 44.

C. V. C.

De Catechizandis pueris

Sequitur de forma adhibenda in docendo catechismum.

Inter omnes formas mixtas duæ sunt præcipuæ, scilicet, forma *dialogica* et forma *catechetica.*

Prior seu *dialogica* est quæ *simultanee* miscet duas formas simplices, ita ut inter discipulum et magistrum verus quidam instituatur *dialogus.* Usui optime venire potest inter præceptorem et pauciores ejus discipulos, sed practice difficilior, immò fere inutilis est, si plures habeat magister discipulos.

De hac ergo hîc non dicemus.

Posterior seu *catechetica* est quæ *successive* duas formas simplices componit; in qua proinde magister aliquid exponit forma communicativa, et statim circa idem objectum, ita communicatum, plures instituit ordinatas quæstiones.

Expositio quæ præcedit potest esse sive narratio cujusdam eventus, v. gr. biblici, sive enuntiatio cujusdam proverbii seu phraseos seu textûs cujusdam libri. Statim autem, facta hac orali expositione, plurimæ fiunt quæstiones, v. gr. petitur: quænam sit persona de qua agitur; quid hæc persona fecerit; cur hoc fecerit; quonam modo hoc fecerit; quid sonet talis vel talis vox in expositione usurpata; qualis sit significatio hujus vel illius phraseos, etc., etc.

Apud auctorem laudatum Sieuw fere unaquæque catechismi quæstio et responsio ita explicatur. Sit secunda quæstio primæ lectionis.

Hæc quæstio cum sua responsione ita sonat:

2 V. *Wat heet gij de christelijke leering?*

A. Het kort begrijp van hetgene dat Christus geleerd

heeft, en alle christene menschen moeten weten of doen om zalig te worden.

Ut hanc quæstionem cum sua responsione explicet ita procedit Sieuw. *Antequam* hanc quæstionem et responsionem pueris prælegat aut recitet, ipsis dicit :

Meester. De christelijke leering, dat is een korte inhoud, een kort begrijp van hetgene Christus, God en mensch, geleerd heeft als hij hier op aarde leefde over achttien honderd en zes en negentig jaar. Alle christene menschen moeten die leering *weten* of te wel *doen* om naar den Hemel te gaan, dit is, om zalig te worden. Er zijn eenige dingen die wij maar alleenlijk moeten weten, bij voorbeeld : dat er maar één God is en drij goddelijke personen. Er zijn andere dingen die wij moeten weten *en ook doen,* bij voorbeeld : eert vader en moeder.

Welnu, kinders, gij daar N..., de christelijke leering wiens leering is dat ?... Wie heeft ze geleerd ?... Wie moet die leering weten of doen ?... Waarom moet men die leering weten of doen?... Wat is dit: zalig worden?... Zijn er dingen die wij alleenlijk moeten weten?... Noem iets dat wij alleenlijk moeten weten... Zijn er dingen die wij moeten weten *en* doen ?... Noem iets dat wij moeten weten en doen... Wat is dan de christelijke leering ?... Ziet kinders hetgeen gij daar al komt te zeggen is juist de tweede vraag van onze les :

2 V. *Wat heet gij de christelijke leering ?*

A. Het kort begrijp van hetgene dat Christus geleerd heeft, en alle christene menschen moeten weten of doen om zalig te worden.

In usu hujus formæ præ oculis habendum est oportere ut pars expositiva qualitates requisitas pro usu formæ communicativæ possideat. Ergo propositio doctrinæ valde brevis sit ; modo vivido, attentionem allicienti et præsertim claro, id est intellectui parvulo-

rum accommodato, fiat (1); tum omnes voces sive abstractas, sive a pueris non usitatas aut quomodocumque difficiliores, tum omnes phraseos inflexiones, quarum usum pueri ignorant, sedulo vitet; et, si tales voces in ipso textu explicando adsint, ipsas expositio oralis usurpet quidem sed statim easdem sive addendo synonima sive aliter explicet (2).

Pro parte verò interrogativa omnia requisita bonæ interrogationis adimplere conetur magister. Scilicet clara sit interrogatio, brevis et concinna, simplex, quum ipsi materiæ docendæ tum auditoris intellectui adaptata, accurata, ordinata, multisque modis varia et repetita.

Quod si hæc omnia observentur, non tantum commoda utriusque formæ obtinebuntur, sed hoc efficere poterit magister ut in quæstionibus, quas proponet, non tantum pueros ad notitiam veritatis cujusdam perducat, sed etiam ipsos rem, quæ docetur, pluribus modis repetere faciat, ipsosque circa eorum scientiam continuò examinet.

Ex omnibus hucusque dictis, facile deduces in docendo doctrinam christianam pueros, necessariò formam, quam præcise ideo catecheticam vocant, adhibendam esse; simulque intelliges quonam modo adhibenda sit.

Vidimus (3) enim formam provocativam, quoties fieri potest, adhibendam esse.

Ex altera parte, doctrina christiana non tantum, ut omnis alia scientia, sua fundamenta habet, quæ alumnus in veritatibus a se præcognitis invenire et proin ex eis haurire nequit; sed etiam dogmatibus positivis constat, id est præcise talibus quæ non hauriuntur ex aliis veritatibus cognitis sed quæ ex positiva revelatione

(1) Vide *Collationes Brugenses*, a° 1896, p. 556 al. 1a.
(2) Vide *Collationes Brugenses*, a° 1896, p. 555.
(3) Vide *Ibid.*, p. 557 et 558.

Spiritus S^ti et propositione Ecclesiæ noscuntur, quæque proinde a magistro directe alumno communicari postulant. His adde plurima dogmata religionis christianæ vel esse totidem facta positiva, vel in talibus factis fundari uti sunt factum creationis, status felix protoparentum nostrorum ante lapsum, ipse lapsus Adami, tot denique facta positiva historiæ populi judaïci et præsertim evangelii D. N. J. C. ; quæ omnia directam communicationem requirunt.

Absolute ergo necessarium est ut explicatio cathechismi incipiat a forma communicativa.

Verum quidem est objectum doctrinæ fere semper nihil aliud esse quam ipsum parvuli catechismi textum. Illo enim textu bene intellecto jam fere semper eo ipso intelligitur ipsa res. Ne tamen aliquis inde concludat explicationem communicativam a magistro non esse faciendam, siquidem textus catechismi hanc doctrinæ expositionem profert. Hoc verum esse posset pro alumnis provectioris jam ætatis et excultioris intellectus, qui textum catechismi sola lectione rite intelligunt ; sed agitur præcisè de pueris qui voces et phrases in quæstionibus et responsionibus catechismi usitatas vix aut nullatenus capiunt ; et præcisè ille textus, mediante forma communicativa, cui sequetur forma provocativa, a magistro est explicandus.

Censemus etiam, juxta ea quæ supra diximus (1), fere semper hanc explicationem faciendam esse antequam legatur et a pueris addiscatur textus, quia si quid legitur, absque eo quod bene intelligatur, quandoque male intelligitur, et falsa inde notio concipitur, quæ nonnumquam difficillime e mente expelli valet.

Ex his omnibus sequitur quomodo magister formam catecheticam in docendo adhibere aptissime possit :

Videlicet post optimam præparationem tum remotam

(1) Ibid., p. 552, 3° sub c).

tum proximam, de quibus supra diximus (1), magister brevi quadam, attentionem allicienti, et intellectui adaptata oratione continua dicit pueris de quanam re agatur in quæstione et responsione explicandis; simulque explicat ea quæ putat in quæstione aut responsione esse pueris difficilia; et exponit quid de eadem re sit credendum, quomodo res sit intelligenda, et quare.

Statim post brevem illam allocutionem incipit plures ex ordine pueros interrogare pluribus quæstionibus, frequenter repetitis, bene ordinatis, magnaque varietate mutatis, ut noscat utrum pueri intellexerint et præsertim ut ipsimet pueri attendendo et reflectendo notiones novas et clariores acquirant.

Hujus duplicis exercitii exempla ad singulas ferme quæstiones nostri catechismi apud Sieuw inveniet catechista.

Ad hæc autem ambo præstanda pluribus uti poterit magister processibus, de quibus in sequenti dicemus articulo.

V. J. C.

(Sequetur.)

(1) Ibid., p. 314, secundum prærequisitum.

SS^mi D^ni nostri Leonis divina Providentia Papæ XIII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

de prohibitione et censura librorum

—

LEO EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Officiorum ac munerum, quæ diligentissime sanctissimeque servari in hoc apostolico fastigio oportet, hoc caput atque hæc summa est, assidue vigilare atque omni ope contendere, ut integritas fidei morumque christianorum ne quid detrimenti capiat. Idque, si unquam alias, maxime est necessarium hoc tempore, cum, effrenatis licentia ingeniis ac moribus, omnis fere doctrina, quam servator hominum Jesus Christus tuendam Ecclesiæ suæ ad salutem generis humani permisit, in quotidianum vocatur certamen atque discrimen. Quo in certamine variæ profecto atque innumerabiles sunt inimicorum calliditates artesque nocendi : sed cum primis est plena periculorum intemperantia scribendi, disseminandique in vulgus quæ prave scripta sunt. Nihil enim cogitari potest perniciosius ad inquinandos animos per contemptum religionis perque illecebras multas peccandi. Quamobrem tanti metuens mali, et incolumitatis fidei ac morum custos et vindex Ecclesia, maturrime intellexit, remedia contra ejusmodi pestem esse sumenda : ob eamque rem id perpetuo studuit, ut homines, quoad in se esset, pravorum librorum lectione, hoc est pessimo veneno, prohiberet. Vehemens hac in re studium beati Pauli viderunt proxima originibus tempora : similique ratione perspexit sanctorum Patrum vigilantiam, jussa episcoporum, Conciliorum decreta, omnis consequens ætas.

Præcipue vero monumenta litterarum testantur, quanta

cura diligentiaque in eo evigilaverint romani Pontifices, ne hæreticorum scripta, malo publico, impune serperent. Plena est exemplorum vetustas. Anastasius I scripta Origenis perniciosiora, Innocentius I Pelagii, Leo magnus Manichæorum opera omnia, gravi edicto damnavere. Cognitæ eadem de re sunt litteræ *decretales* de recipiendis et non recipiendis libris, quas Gelasius opportune dedit. Similiter, decursu ætatum, Monotheletarum, Abælardi, Marsilii Patavini, Wicleffi et Hussii pestilentes libros, sententia apostolicæ Sedis confixit.

Sæculo autem decimo quinto, comperta arte nova libraria, non modo in prave scripta animadversum est, quæ lucem aspexissent, sed etiam ne qua ejus generis posthac ederentur, caveri cœptum. Atque hanc providentiam non levis aliqua causa, sed omnino tutela honestatis ac salutis publicæ per illud tempus postulabat: propterea quod artem per se optimam, maximarum utilitatum parentem, christianæ gentium humanitati propagandæ natam, in instrumentum ingens ruinarum nimis multi celeriter deflexerant. Magnum prave scriptorum malum, ipsa vulgandi celeritate majus erat ac velocius effectum. Itaque saluberrimo consilio cum Alexander VI, tum Leo X decessores Nostri, certas tulere leges, utique congruentes iis temporibus ac moribus, quæ officinatores librarios in officio continerent.

Mox graviore exorto turbine, multo vigilantius ac fortius oportuit malarum hæreseon prohibere contagia. Idcirco idem Leo X, posteaque Clemens VII gravissime sanxerunt, ne cui legere, neu retinere, Lutheri libros fas esset. Cum vero pro illius ævi infelicitate crevisset præter modum atque in omnes partes pervasisset perniciosorum librorum impura colluvies, ampliore ac præsentiore remedio opus esse videbatur. Quod quidem remedium opportune primus adhibuit Paulus IV decessor Noster, videlicet elencho proposito scriptorum et librorum, a quorum usu cavere fideles oporteret. Non ita multo post Tridentinæ Synodi Patres gliscentem scribendi legendique licentiam novo consilio coercendam curaverunt. Eorum quippe voluntate jussuque lecti ad id præsules et theologi non solum augendo perpoliendoque Indici, quem Paulus IV ediderat, dedere operam, sed Regulas etiam conscripsere, in editione, lectione, usuque librorum servan-

das; quibus Regulis Pius IV apostolicæ auctoritatis robur adjecit.

Verum salutis publicæ ratio, quæ Regulas Tridentinas initio genuerat, novari aliquid in eis, labentibus ætatibus, eadem jussit. Quamobrem romani Pontifices nominatimque Clemens VIII, Alexander VII, Benedictus XIV, gnari temporum et memores prudentiæ, plura decrevere, quæ ad eas explicandas atque accommodandas tempori valuerunt.

Quæ res præclare confirmant, præcipuas romanorum Pontificum curas in eo fuisse perpetuo positas, ut opinionum errores morumque corruptelam, geminam hanc civitatum labem ac ruinam, pravis libris gigni ac disseminari solitam, a civili hominum societate defenderent. Neque fructus fefellit operam, quam diu in rebus publicis administrandis rationi imperandi ac prohibendi lex æterna præfuit, rectoresque civitatum cum potestate sacra in unum consensere.

Quæ postea consecuta sunt, nemo nescit. Videlicet cum adjuncta rerum atque hominum sensim mutavisset dies, fecit id Ecclesia prudenter more suo, quod, perspecta natura temporum, magis expedire atque utile esse hominum saluti videretur. Plures Regularum Indicis præscriptiones, quæ excidisse opportunitate pristina videbantur, vel decreto ipsa sustulit, vel more usuque alicubi invalescente antiquari benigne simul ac provide sivit. Recentiore memoria, datis ad Archiepiscopos Episcoposque e principatu pontificio litteris, Pius IX Regulam X magna ex parte mitigavit. Præterea, propinquo jam Concilio magno Vaticano, doctis viris, ad argumenta paranda delectis, id negotium dedit, ut expenderent atque æstimarent Regulas Indicis universas, judiciumque ferrent, quid de iis facto opus esset. Illi commutandas, consentientibus sententiis, judicavere. Idem se et sentire et petere a Concilio plurimi ex Patribus aperte profitebantur. Episcoporum Galliæ extant hac de re litteræ, quarum sententia est, necesse esse et sine cunctatione faciendum, ut *illæ Regulæ et universa res Indicis novo prorsus modo nostræ ætati melius attemperato et observatu faciliori instauraretur*. Idem eo tempore judicium fuit Episcoporum Germaniæ, plane petentium, ut *Regulæ Indicis... recenti revisioni et redactioni submittantur*.

Quibus Episcopi concinunt ex Italia aliisque e regionibus complures.

Qui quidem omnes, si temporum, si institutorum civilium, si morum popularium habeatur ratio, sane æqua postulant et cum materna Ecclesiæ sanctæ caritate convenientia. Etenim in tam celeri ingeniorum cursu, nullus est scientiarum campus, in quo non litteræ licentius excurrant: inde pestilentissimorum librorum quotidiana culluvies. Quod vero gravius est, in tam grandi malo non modo connivent, sed magnam licentiam dant leges publicæ. Hinc ex una parte, suspensi religione animi plurimorum: ex altera, quidlibet legendi impunita copia.

Hisce igitur incommodis medendum rati, duo facienda duximus, ex quibus norma agendi in hoc genere certa et perspicua omnibus suppetat. Videlicet librorum improbatæ lectionis diligentissime recognosci Indicem; subinde, maturum cum fuerit, ita recognitum vulgari jussimus. Præterea ad ipsas Regulas mentem adjecimus, easque decrevimus, incolumi earum natura, efficere aliquanto molliores, ita plane ut iis obtemperare, dummodo quis ingenio malo non sit, grave arduumque esse non possit. In quo non modo exempla sequimur decessorum Nostrorum, sed maternum Ecclesiæ studium imitamur: quæ quidem nihil tam expetit, quam se impertire benignam, sanandosque ex se natos ita semper curavit, curat, ut eorum infirmitati amanter studioseque parcat.

Itaque matura deliberatione, adhibitisque S. R. E. Cardinalibus e sacro Consilio libris notandis, edere *Decreta Generalia* statuimus, quæ infra scripta, unaque cum hac Constitutione conjuncta sunt: quibus idem sacrum Consilium posthac utatur unice, quibusque catholici homines toto orbe religiose pareant. Ea vim legis habere sola volumus, abrogatis *Regulis* sacrosanctæ Tridentinæ synodi jussu editis, *Observationibus, Instructione, Decretis, Monitis,* et quovis alio decessorum Nostrorum hac de re statuto jussuque, una excepta Constitutione Benedicti XIV *Sollicita et provida,* quam, sicut adhuc viguit, ita in posterum vigere integram volumus.

DECRETA GENERALIA

DE PROHIBITIONE ET CENSURA LIBRORUM

—

TITULUS I.

DE PROHIBITIONE LIBRORUM.

Caput I.

De prohibitis apostatarum, hæreticorum, schismaticorum, aliorumque scriptorum libris.

1. Libri omnes, quos ante annum MDC aut Summi Pontifices, aut Concilia œcumenica damnarunt, et qui in novo Indice non recensentur, eodem modo damnati habeantur, sicut olim damnati fuerunt : iis exceptis, qui per hæc Decreta Generalia permittuntur.

2. Libri apostatarum, hæreticorum, schismaticorum et quorumcumque scriptorum hæresim vel schisma propugnantes, aut ipsa religionis fundamenta utcumque evertentes, omnino prohibentur.

3. Item prohibentur acatholicorum libri, qui ex professo de religione tractant, nisi constet nihil in eis contra fidem catholicam contineri.

4. Libri eorundem auctorum, qui ex professo de religione non tractant, sed obiter tantum fidei veritates attingunt, jure ecclesiastico prohibiti non habeantur, donec speciali decreto proscripti haud fuerint.

Caput II.

De Editionibus textus originalis et versionum non vulgarium Sacræ Scripturæ.

5. Editiones textus originalis et antiquarum versionum catholicarum Sacræ Scripturæ, etiam Ecclesiæ Orientalis, ab acatholicis quibuscumque publicatæ, etsi fideliter et integre editæ appareant, iis dumtaxat, qui studiis theologicis vel biblicis dant operam, dummodo tamen non impugnentur in

prolegomenis aut adnotationibus catholicæ fidei dogmata, permittuntur.

6. Eadem ratione, et sub iisdem conditionibus, permittuntur aliæ versiones Sacrorum Bibliorum sive latina, sive alia lingua non vulgari ab acatholicis editæ.

Caput III.

De Versionibus vernaculis Sacræ Scripturæ.

7. Cum experimento manifestum sit, si Sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem, detrimenti, quam utilitatis oriri; Versiones omnes in lingua vernacula, etiam a viris catholicis confectæ, omnino prohibentur, nisi fuerint ab Apostolica Sede approbatæ, aut editæ sub vigilantia Episcoporum cum adnotationibus desumptis ex Sanctis Ecclesiæ Patribus, atque ex doctis catholicisque scriptoribus.

8. Interdicuntur versiones omnes Sacrorum Bibliorum, quavis vulgari lingua ab acatholicis quibuscumque confectæ, atque illæ præsertim, quæ per Societates Biblicas, a Romanis Pontificibus non semel damnatas, divulgantur, cum in iis saluberrimæ Ecclesiæ leges de divinis libris edendis funditus posthabeantur.

Hæ nihilominus versiones iis, qui studiis theologicis vel biblicis dant operam permittuntur: iis servatis, quæ supra (n. 5) statuta sunt.

Caput IV.

De Libris obscenis.

9. Libri, qui res lascivas seu obscenas ex professo tractant, narrant, aut docent, cum non solum fidei, sed et morum, qui hujusmodi librorum lectione facile corrumpi solent, ratio habenda sit, omnino prohibentur.

10. Libri auctorum sive antiquorum, sive recentiorum, quos classicos vocant, si hac ipsa turpitudinis labe infecti sunt, propter sermonis elegantiam et proprietatem, iis tantum permittuntur, quos officii aut magisterii ratio excusat: nulla tamen ratione pueris vel adolescentibus, nisi solerti cura expurgati, tradendi aut prælegendi erunt.

Caput V.

De quibusdam specialis argumenti libris.

11. Damnantur libri, in quibus Deo, aut Beatæ Virgini Mariæ, vel Sanctis, aut Catholicæ Ecclesiæ ejusque Cultui, vel Sacramentis, aut Apostolicæ Sedi detrahitur. Eidem reprobationis judicio subjacent ea opera, in quibus inspirationis Sacræ Scripturæ conceptus pervertitur, aut ejus extensio nimis coarctatur. Prohibentur quoque libri, qui data opera Ecclesiasticam Hierarchiam, aut statum clericalem vel religiosum probris afficiunt.

12. Nefas esto libros edere, legere aut retinere in quibus sortilegia, divinatio, magia, evocatio spirituum, aliæque hujus generis superstitiones docentur, vel commendantur.

13. Libri aut scripta, quæ narrant novas apparitiones, revelationes, visiones, prophetias, miracula, vel quæ novas inducunt devotiones, etiam sub prætextu quod sint privatæ, si publicentur absque legitima Superiorum Ecclesiæ licentia, proscribuntur.

14. Prohibentur pariter libri, qui duellum, suicidium, vel divortium licita statuunt, qui de sectis massonicis, vel aliis ejusdem generis societatibus agunt, easque utiles et non perniciosas Ecclesiæ et civili societati esse contendunt, et qui errores ab Apostolica Sede proscriptos tuentur.

Caput VI.

De Sacris Imaginibus et Indulgentiis.

15. Imagines quomodocumque impressæ Domini Nostri Jesu Christi, Beatæ Mariæ Virginis, Angelorum atque Sanctorum, vel aliorum Servorum Dei ab Ecclesiæ sensu et decretis difformes, omnino vetantur. Novæ vero, sive preces habeant adnexas, sive absque illis edantur, sine Ecclesiasticæ potestatis licentia non publicentur.

16. Universis interdicitur indulgentias apocryphas, et a Sancta Sede Apostolica proscriptas vel revocatas quomodocumque divulgare. Quæ divulgatæ jam fuerint, de manibus fidelium auferantur.

17. Indulgentiarum libri omnes, summaria, libelli, folia etc., in quibus earum concessiones continentur, non publicentur absque competentis auctoritatis licentia.

Caput VII.

De libris liturgicis et precatoriis.

18. In authenticis editionibus Missalis, Breviarii, Ritualis, Cæremonialis Episcoporum, Pontificalis romani, aliorumque librorum liturgicorum a Sancta Sede Apostolica approbatorum nemo quidquam immutare præsumat : si secus factum fuerit, hæ novæ editiones prohibentur.

19. Litaniæ omnes, præter antiquissimas et communes, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus ac Ritualibus continentur, et præter Litanias de Beata Virgine, quæ in sacra Æde Lauretana decantari solent, et litanias Sanctissimi Nominis Jesu jam a Sancta Sede approbatas, non edantur sine revisione et approbatione Ordinarii.

20. Libros, aut libellos precum, devotionis, vel doctrinæ institutionisque religiosæ, moralis, asceticæ, mysticæ, aliosque hujusmodi, quamvis ad fovendam populi christiani pietatem conducere videantur, nemo præter legitimæ auctoritatis licentiam publicet : secus prohibiti habeantur,

Caput VIII.

De Diariis, foliis et libellis periodicis.

21. Diaria, folia et libelli periodici, qui religionem aut bonos mores data opera impetunt, non solum naturali, sed etiam ecclesiastico jure proscripti habeantur.

Curent autem Ordinarii, ubi opus sit, de hujusmodi lectionis periculo et damno fideles opportune monere.

22. Nemo e catholicis, præsertim e viris ecclesiasticis, in hujusmodi diariis, vel foliis, vel libellis periodicis, quidquam, nisi suadente justa et rationabili causa, publicet.

Caput IX.

De facultate legendi et retinendi libros prohibitos.

23. Libros sive specialibus, sive hisce Generalibus Decretis proscriptos, ii tantum legere et retinere poterunt, qui a Sede Apostolica. aut ab illis, quibus vices suas delegavit, opportunas fuerint consecuti facultates.

24. Concedendis licentiis legendi et retinendi libros

quoscumque prohibitos Romani Pontifices Sacram Indicis Congregationem præposuere. Eadem nihilominus potestate gaudent, tum Suprema Sancti Officii Congregatio, tum Sacra Congregatio de Propaganda Fide pro regionibus suo regimini subjectis. Pro Urbe tantum, hæc facultas competit etiam Sacri Palatii Apostolici Magistro.

25. Episcopi aliique Prælati jurisdictione quasi episcopali pollentes, pro singularibus libris, atque in casibus tantum urgentibus, licentiam concedere valeant. Quod si iidem generalem a Sede Apostolica impetraverint facultatem, ut fidelibus libros proscriptos legendi retinendique licentiam impertiri valeant, eam nonnisi cum delectu et ex justa et rationabili causa concedant.

26. Omnes qui facultatem apostolicam consecuti sunt legendi et retinendi libros prohibitos, nequeunt ideo legere et retinere libros quoslibet, aut ephemerides ab Ordinariis locorum proscriptas, nisi eis in apostolico indulto expressa facta fuerit potestas legendi et retinendi libros a quibuscumque damnatos. Meminerint insuper qui licentiam legendi libros prohibitos obtinuerunt, gravi se præcepto teneri hujusmodi libros ita custodire, ut ad aliorum manus non perveniant.

Caput X.

De denunciatione pravorum librorum.

27. Quamvis catholicorum omnium sit, maxime eorum, qui doctrina prævalent, perniciosos libros Episcopis, aut Apostolicæ Sedi denunciare ; id tamen speciali titulo pertinet ad Nuntios, Delegatos Apostolicos, locorum Ordinarios, atque Rectores Universitatum doctrinæ laude florentium.

28. Expedit ut in pravorum librorum denunciatione non solum libri titulus indicetur, sed etiam, quoad fieri potest, causæ exponantur ob quas liber censura dignus existimatur. Iis autem ad quos denunciatio deferitur, sanctum erit, denunciantium nomina secreta servare.

29. Ordinarii, etiam tamquam Delegati Sedis Apostolicæ, libros, aliaque scripta noxia in sua Dioecesi edita vel diffusa proscribere, et e manibus fidelium auferre studeant. Ad Apostolicum judicium ea deferant opera vel scripta, quæ

subtilius examen exigunt, vel in quibus ad salutarem effectum consequendum, supremæ auctoritatis sententia requiri videatur.

TITULUS II.

DE CENSURA LIBRORUM.

Caput I.

De Prælatis librorum censuræ præpositis.

30. Penes quos potestas sit sacrorum bibliorum editiones et versiones adprobare vel permittere ex iis liquet, quæ supra (n. 7) statuta sunt.

31. Libros ab Apostolica Sede proscriptos nemo audeat iterum in lucem edere: quod si ex gravi et rationabili causa, singularis aliqua exceptio hac in re admittenda videatur, id nunquam fiet, nisi obtenta prius sacræ Indicis Congregationis licentia, servatisque conditionibus ab ea præscriptis.

32. Quæ ad causas Beatificationum et Canonizationum Servorum Dei utcumque pertinent, absque beneplacito Congregationis Sacris Ritibus tuendis præpositæ publicari nequeunt.

33. Idem dicendum de Collectionibus Decretorum singularum Romanarum Congregationum: hæ nimirum Collectiones edi nequeant, nisi obtenta prius licentia, et servatis conditionibus a moderatoribus uniuscujusque Congregationis præscriptis.

34. Vicarii et Missionarii Apostolici Decreta sacræ Congregationis Propagandæ Fidei præpositæ de libris edendis fideliter servent.

35. Approbatio librorum, quorum censura præsentium Decretorum vi Apostolicæ Sedi vel Romanis Congregationibus non reservatur, pertinet ad Ordinarium loci in quo publici juris fiunt.

36. Regulares, præter Episcopi licentiam, meminerint teneri se, sacri Concilii Tridentini decreto, operis in lucem edendi facultatem a Prælato, cui subjacent, obtinere. Utraque autem concessio in principio vel in fine operis imprimatur.

37. Si Auctor Romæ degens librum non in Urbe, sed

alibi imprimere velit, præter approbationem Cardinalis Urbis Vicarii et Magistri Sacri Palatii Apostolici, alia non requiritur.

Caput II.

De censorum officio in prævio librorum examine.

38. Curent Episcopi, quorum muneris est facultatem libros imprimendi concedere, ut eis examinandis spectatæ pietatis et doctrinæ viros adhibeant, de quorum fide et integritate sibi polliceri queant, nihil eos gratiæ daturos, nihil odio, sed omni humano affectu posthabito, Dei dumtaxat gloriam spectaturos et fidelis populi utilitatem.

39. De variis opinionibus atque sententiis (juxta Benedicti XIV præceptum) animo a præjudiciis omnibus vacuo, judicandum sibi esse censores sciant. Itaque nationis, familiæ, scholæ, instituti affectum excutiant, studia partium seponant. Ecclesiæ sanctæ dogmata, et communem Catholicorum doctrinam, quæ Conciliorum generalium decretis, Romanorum Pontificum Constitutionibus, atque Doctorum consensu continentur, unice præ oculis habeant.

40. Absoluto examine, si nihil publicationi libri obstare videbitur, Ordinarius, in scriptis et omnino gratis, illius publicandi licentiam, in principio vel in fine operis imprimendam, auctori concedat.

Caput III.

De libris prævia censuræ subjiciendis.

41. Omnes fideles tenentur præviæ censuræ ecclesiasticæ eos saltem subjicere libros, qui divinas Scripturas, Sacram Theologiam, Historiam ecclesiasticam, Jus Canonicum, Theologiam naturalem, Ethicen, aliasve hujusmodi religiosas aut morales disciplinas respiciunt, ac generaliter scripta omnia, in quibus religionis et morum honestatis specialiter intersit.

42. Viri e clero seculari ne libros quidem, qui de artibus scientiisque mere naturalibus tractant, inconsultis suis Ordinariis publicent, ut obsequentis animi erga illos exemplum præbeant.

Iidem prohibentur quominus, absque prævia Ordinariorum venia, diaria vel folia periodica moderanda suscipiant.

Caput IV.

De Typographis et Editoribus librorum.

43. Nullus liber censuræ ecclesiasticæ subjectus excudatur, nisi in principio nomen et cognomen tum auctoris, tum editoris præferat, locum insuper et annum impressionis atque editionis. Quod si aliquo in casu, justas ob causas, nomen auctoris tacendum videatur, id permittendi penes Ordinarium potestas sit.

44. Noverint Typographi et Editores librorum novas ejusdem operis approbati editiones, novam approbationem exigere, hanc insuper textui originali tributam, ejus in aliud idioma versioni non suffragari.

45. Libri ab Apostolica Sede damnati, ubique gentium prohibiti censeantur, et in quodcumque vertantur idioma.

46. Quicumque librorum venditores, præcipue qui catholico nomine gloriantur, libros de obscenis ex professo tractantes neque vendant, neque commodent, neque retineant: ceteros prohibitos venales non habeant, nisi a Sacra Indicis Congregatione veniam per Ordinarium impetraverint, nec cuiquam vendant nisi prudenter existimare possint, ab emptore legitime peti.

Caput V.

De pœnis in Decretorum Generalium transgressores statutis.

47. Omnes et singuli scienter legentes, sine auctoritate Sedis Apostolicæ, libros apostatarum et hæreticorum hæresim propugnantes, nec non libros cujusvis auctoris per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos, eosdemque libros retinentes, imprimentes et quomodolibet defendentes, excommunicationem ipso facto incurrunt, Romano Pontifici speciali modo reservatam.

48. Qui sine Ordinarii approbatione Sacrarum Scripturarum libros, vel earundem adnotationes vel commentarios imprimunt, aut imprimi faciunt, incidunt ipso facto in excommunicationem nemini reservatam.

49. Qui vero cetera transgressi fuerint, quæ his Decretis Generalibus præcipiuntúr, pro diversa reatus gravitate serio ab Episcopo moneantur; et, si opportunum videbitur, canonicis etiam pœnis coerceantur.

Præsentes vero litteras et quæcumque in ipsis habentur nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis sive intentionis Nostræ vitio aliove quovis defectu notari vel impugnari posse; sed semper validas et suo robore fore et esse, atque ab omnibus cujusvis gradus et præeminentiæ inviolabiliter in judicio et extra observari debere, decernimus: irritum quoque et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate vel prætextu, scienter vel ignoranter contigerit attentari declarantes, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Volumus autem ut harum litterarum exemplis, etiam impressis, manu tamen Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides quæ Nostræ voluntatis significationi his præsentibus ostensis haberetur.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostræ constitutionis, ordinationis, limitationis, derogationis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. — Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo nonagesimo sexto, (1) VIII. Kal. Februarias, Pontificatus Nostri decimo nono.

A. Card. MACCHI

A. Panici Subdatarius

Visa — De Curia I. De Aquila e Vicecomitibus

Loco ✝ Plumbi

Reg. in Secret. Brevium.

I. Cugnonius

(1) Ita juxta computum apud Cancellariam Apostolicam pro expeditione *Bullarum* usitatum, incipiendo annum a die Incarnationis Dni seu 25 Martii. — Verùm juxta computum nostrum usualem hujus constitutionis dies est 24 Januarii 1897.

Ex S. Congregat. Indulgentiarum

DECRETUM URBIS ET ORBIS

ex audientia Sanctissimi die 2 Februarii 1897

Jam diu apud Christifideles præsertim Italos ea in more est piarum laudum formula, cujus initium, *Dio sia benedetto :* qui religionis actus, præter quam per se optimus, etiam opportune valet, quemadmodum initio institutus fuit, ad honorem compensandum divini Nominis rerumque sanctissimarum, tam multis quotidie impiis vocibus passim violatum. Proximis autem temporibus inductum est multis locis, Episcoporum concessu vel jussu, ut ea ipsa formula recitetur publice in ecclesia, sive ad benedictionem cum Venerabili Sacramento impertitam, sive post divini sacrificii celebrationem. Hujusmodi increbrescentem consuetudinem SS^mus^ Dominus Noster Leo PP. XIII, non semel, data occasione, probavit et commendavit. Nuper vero, quo illam vehementius commendaret eoque amplius foveret, constituit, tum eidem formulæ laudem interserere in sacratissimum Cor Jesu, tum augere munera sacræ indulgentiæ, quibus ea donata est a Decessoribus suis sa. me. Pio VII et Pio IX. Alter enim die 23 Julii 1801 concessit « indulgentiam unius anni pro « qualibet vice laudes eas corde saltem contrito ac devote « recitantibus. » Alter vero, die 22 Martii 1847, « eam ipsam « indulgentiam animabus quoque in purgatorio detentis « applicabilem esse declaravit » ; tum etiam eodem anno, die 8 Augusti, indulsit « ut omnes utriusque sexus Christi- « fideles semel saltem in die dictas laudes per integrum « mensem recitantes, indulgentiam plenariam, una tantum « cujuslibet mensis die, uniuscujusque arbitrio eligenda, « dummodo vere pœnitentes confessi ac sacra Communione « refecti fuerint, et aliquam ecclesiam seu publicum orato- « rium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta « mentem Sanctitatis Suæ pias ad Deum preces effuderint, « lucrari possint et valeant ; facta insuper potestate ipsam « etiam plenariam indulgentiam fidelibus pariter defunctis « applicandi. »

Itaque SS^mus^ Dominus Noster, quod spectat ad contextum formulæ earumdem laudum, statuit ut laudi quarto loco positæ, scilicet *Benedetto il Nome di Gesù,* hæc subjungatur, *Benedetto il suo sacratissimo Cuore.* Quod vero ad indulgentiam attinet, benigne tribuit ut, confirmatis indulgentiis partiali et plenaria supra commemoratis, *duplicetur ipsa indulgentia partialis, quoties eædem laudes publice devoteque* (quocumque idiomate expressæ sint) *recitentur vel post divini sacrificii celebrationem vel ad benedictionem cum Venerabili Sacramento ;* quæ item indulgentia cedere in suffragium possit animabus piis purgantibus. — Præsenti perpetuis futuris temporibus valituro, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romæ ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiis et SS. Reliquiis præpositæ die 2 Februarii 1897.

Fr. HIERONYMUS M^A^ Card. GOTTI Præfectus.
A. Archiep. Nicopolitan. Secretarius.

Hic subjicitur integra laudum formula, de qua supra, in commodum eorum quibus non satis ea sit cognita :

God zij gebenedijd. — Gebenedijd zijn heilige Naam. — Gebenedijd zij Jesus-Christus waarachtig God en waarachtig Mensch. — Gebenedijd de Naam van Jesus. — Gebenedijd zijn Allerheiligste Hert. — Gebenedijd zij Jesus in het Allerheiligste Sacrament des Autaars. — Gebenedijd de verhevene Moeder Gods, de Allerheiligste Maagd Maria. — Gebenedijd hare heilige en Onbevlekte Ontvangenis. — Gebenedijd de Naam van Maria, Maagd en Moeder. — Gebenedijd zij God in zijne Engelen en zijne Heiligen.

—

Dieu soit béni. — Béni soit son Saint Nom. — Béni soit Jésus-Christ, vrai Dieu et vrai Homme. — Béni soit le Nom de Jésus. — Béni soit son Sacré-Cœur. — Béni soit Jésus dans le Très Saint Sacrement de l'Autel. — Bénie soit l'auguste Mère de Dieu, la Très Sainte Vierge Marie. — Bénie soit sa Sainte et Immaculée Conception. — Béni soit le Nom de Marie Vierge et Mère. — Béni soit Dieu dans ses Anges et dans ses Saints.

Imprimatur
Brugis, 11 Februarii 1897.
† G. J. Episc. Brugen.

De recitatione « Angelus Domini » et « Regina cœli ».

1° Ad lucrandas indulgentias recitationi orationis « Angelus Domini » et antiphonæ « Regina cœli » adnexas (quas vide ap. Ampl. D. A. Deschrevel, *Floriregium,* p. 3, nota), extra dubium erat, precationem « Angelus Domini » recitandam esse *flexis genibus* diebus hebdomadæ usque ad sabbati meridiem inclusive, eam vero *stando* dicendam esse inde a vesperis sabbati usque ad finem diei dominicæ. Quomodo autem sabbatis quadragesimæ meridie agendum esset, disputabatur: unde a S. C. Indulg. postulatum fuit : « an in sabbatis « quadragesimæ, in quibus vesperæ anticipantur ante meri- « diem, oratio « Angelus Domini » ipso in meridie recitari « debeat *stando,* ut recitatur antiphona finalis vesperarum, « an potius *flexis genibus,* ad indulgentias lucrandas ? »

2° Præterea loco orationis « Angelus Domini » recitanda est stando antiphona « Regina cœli » toto tempore paschali. Hoc autem juxta *Raccolta* authentica (ed. 1886) incipit a cantu *Alleluia* in missa sabbati ante festum SS. Trinitatis. Sed quid recitandum est ad meridiem hujus sabbati ? Unde quæsitum fuit : « an juxta normas præscriptas a sylloge authentica « orationum et piorum exercitiorum edita a S. C. Indulg. « anno 1886, decreto diei 21 Maii, ad lucrandas indulgentias, « sabbato infra octavam Pentecostes recitanda sit, meridie, « *oratio « Angelus Domini » vel antiphona « Regina cœli ?* »

Die 20 Maii 1896 SS. D. N. Leo Papa XIII benigne declaravit : « in sabbatis quadragesimæ orationem « Angelus « Domini » meridie recitandam esse *stando ;* sabbato vero « infra octavam Pentecostes, meridie recitandam esse anti- « phonam « *Regina cœli* ». (cfr. decretum ap. *Analecta ecclesiastica* 1896, p. 390.)

C. C.

Consultationes

I

Ex Archidiœcesi Mechliniensi sequens transmittitur consultatio : An inspectis Rituali et Missali, simul ac n° 354 statutorum diœcesis Mechliniensis licet Parocho,

missam *de Requie* non valenti cantare, absolutionem post missam ab alio cantatam facere, ut per præsentiam suam aliquid ad solemnitatem functionis conferat et familiæ defuncti desiderio satisfaciat ?

R. Rubricæ Missalis et Ritualis Romani explicite significant absolutionem fieri à sacerdote qui missam celebravit et idem docet Cæremoniale Episcoporum pro casu quo hæc absolutio non fiat ab Episcopo. Ita in Missali, *Rit. celebrandi Missam,* Tit. XIII, nº 4 legitur : « Finita missa, si facienda sit absolutio, *celebrans* retrahit se ad cornu Epistolæ, ubi exuitur casula.. accipit pluviale nigrum » etc. et describitur ritus à celebrante persolvendus. — Rit. Rom., Tit. VII, cap. 3 *Exequiarum ordo* dicit nº 7 : « Finita missa, sacerdos, *deposita casula seu planeta et manipulo,* accipit pluviale nigri coloris... absolute dicit sequentem orationem *Non intres* etc. » ; et cap. 5. *De officio faciendo in exequiis absente corpore defuncti :* « Post missam *celebrans* deponit manipulum et planetam, accipit pluviale nigri coloris etc. » — Cæremoniale Episcoporum libro II, cap. 12, ubi agitur de missa solemni pro defunctis, cui Episcopus assistit, nº 6 habet : « Si vero Episcopus absolvere ipse noluerit vel hujuscemodi missæ non intersit, *celebrans* finita missa faciet omnia prout in cap. XXXVII hujus libri II. » In hoc autem capite citato, *De anniversario omnium Episcoporum quotannis in Cathedrali faciendo,* legitur : « Si Episcopus hujuscemodi missæ præsens non erit, vel absolvere nequiverit, *Celebrans,* finita missa, accedit ad cornu Epistolæ altaris, ubi in plano deposita planeta et manipulo, accipiet pluviale nigrum etc. »

Absolutio ergo juxta rubricas à celebrante missam facienda est, nisi eam Episcopus voluerit peragere. Exstat etiam decretum S. R. C. *in Briocen.* 12 Aug. 1854, quæ hanc rubricarum intelligentiam magis confirmat. Petitur « utrum post missam in die obitus alius sacerdos à celebrante diversus accedere possit ad absolutionem peragendam » et respondetur « negative »

— Anno tamen sequenti 1855, decreto 21 Julii iterum interrogata S. C. prò eadem diœcesi Briocen. « utrum quartus sacerdos *(diversus a primo qui deduxit funus, a secundo qui præfuit officio defunctorum et a tertio qui cantavit missam)* post missam ab alio sacerdote celebratam, induere possit stolam et pluviale ad faciendam absolutionem ad feretrum, si corpus deducendam sit ad tumulum »... respondit : « *congruum* esse ut absolutio ad feretrum fiat ab ipso sacerdote, qui missam celebravit, non ab alio diverso. » Proposito postea dubio circa sensum illarum duarum declarationum iterum respondit *in Baionen.* 25 sept. 1875 : « *Congruum* est ut absolutio fiat ab ipso celebrante juxta decretum *in Briocen.* 21 Julii 1855, nisi adsit Episcopus juxta alias decreta. »

Si nunc doctrinam auctorum inspiciamus, plures etiam post responsiones S. Congregationis simpliciter docent absolutionem faciendam esse à celebrante missam, ita De Conny, *Cérémonial Romain, l. 2, ch. 2, art. 1 in nota ;* De Herdt, *Sacræ liturgiæ praxis, tom. 3, n. 149* et *264 ;* Coppin, *Sacræ liturgiæ compendium, p. IV, n. 170,* et *Ephemerides liturgicæ* (Romæ editæ), quæ in ultimo fasciculo (januarii 1897) p. 45, carpendo doctrinam operis Erker « *Enchiridion liturgicum* » (nº 260), ita habent : « Verba « *congruum est* ut absolutio fiat ab ipso celebrante, nisi adsit Episcopus » sunt excerpta ex alio decreto, quod Enchiridion citat. Nihilominus notum sit, aliis decretis perpensis, non esse tantum congruum, sed præceptum, ut absolutio fiat a celebrante, nisi adsit Episcopus. »

Alii econtra scriptores liturgici insistentes verbo *congruum,* quo usa sunt posteriora decreta, putant S. Congregationem non ita rigorose exigere ut idem sit celebrans et absolvens. Inter illos quidam simpliciter admittunt hoc *tantum* congruum esse pro quocumque casu sine distinctione, ita, præter Erker jam cit., Schober, *De Cœr. missæ,* append. IV, cap. 6, nº 6 et

Cær. miss. solemn., art. VI, cap. 3, n. 3; Aertnys, *Comp. Liturg. Sacræ, P. II, Sect. IV, cap. 6;* Juxta alios vero, licite fieri potest absolutio a sacerdote diverso a celebrante in exequiis post quas corpus deducendum est ad sepulturam et de quibus in specie agunt decreta. Cum scilicet sacerdos, qui hanc ultimam cæremoniam explet, possit juxta ipsos esse diversus à celebrante missam, concedunt ipsum incipere posse functionem ab absolutione, data saltem rationabili aliqua causa. Ita opus periodicum *Revue Théologique* anni 1859, p. 159 in hunc sensum interpretatur decisiones datas *in Briocen.*, ipsumque sequi videtur Bouvry *tom. 2, p. IV, sect. IV Appendix de exequiis;* Ita etiam Bourbon, *Petit cérémonial paroissial nº 611;* Lerosey *Cérémonial Romain, sect. VII, chap. I, art. II, § 2;* Levavasseur, *Cérémonial selon le rite Romain, p. VII, sect. I, ch. IV., art. IV in nota.* Generatim tamen illi auctores addunt congrue vel convenientius absolutionem fieri a celebrante.

Inspectis ergo verbis posteriorum decretorum et doctrina plurium auctorum, opinamur hanc secundam sententiam licite in praxim deduci. Cum tamen statuta diœcesis Mechliniensis nº 354 præscribant: « In quibuslibet missis pro defunctis, si facienda sit absolutio, una tantummodo fiat, expleto sacro et quidem ab ipso celebrante, ad formam Missalis vel Ritualis Romani, » certe difficilius hæc opinio practice admitti poterit in Archidiœcesi Mechliniensi, nisi constet legitimam auctoritatem ipsum statutum intelligi velle juxta doctrinam a probatis auctoribus traditam, quin velit speciale præceptum imponere, qua in re consuetudo ab eadem auctoritate nota et probata vel saltem tolerata, optima erit interpres.

H. V. D. W.

II

Quotannis quadragesimali tempore per generalem dispensationem conceditur usus carnium, pro omnibus anni diebus excepta fer. VI in Parasceve, officialibus

qui actu inserviunt in rhedis viæ ferreæ *(de bedienden van den ijzerenweg die in dienst zijn op de treinen — les employés du chemin de fer en service sur les trains.)*

Quæritur utrum dicta dispensatione comprehendantur officiales actu pariter inservientes : *a)* in rhedis illarum viarum quæ vocantur *buurtspoorwegen — tramways ; b)* in navi postali *(postboot — malle)* quæ mare trajicit Belgium inter et Angliam.

Respondetur ad I : Affirmative : nam quæ vocantur *tramways* sunt veræ viæ ferreæ.

Ad II. Negative : dispensatio enim est strictæ interpretationis, nec potest ob similitudinem aut identitatem vel imo majoritatem rationis extendi ad personas sensu proprio verborum, quibus usus est dispensator, non comprehensas. Atqui officiales navis postalis (1) certo non veniunt sub denominatione *officialium viæ ferreæ.* Ergo...

H. V. D. B.

III

Nous lisons dans les *Collationes* (II, p. 79 s.) que « la disposition du paragraphe premier de l'article 9, aux termes de laquelle *le président aura, en cas de partage, voix prépondérante,* ne s'applique point *à l'élection des membres du conseil,* qui est réglée par les articles précédents ». Arr. roy. du 12 Mai 1885. Mais, cette disposition n'est-elle pas applicable aux *autres* élections, et notamment à celle des *dignetaires du conseil,* qui est réglée par le même paragraphe ? Voir *Het Vlaamsch Bestuur,* I, 367.

Dans l'espèce proposée par les *Collationes, l. c.,* y a-t-il bien *partage* dans le sens de l'article 9, § 1er ?

Enfin, dans l'hypothèse que le président a voix pré-

(1) His per specialem dispensationem ab Illmo ac Revmo Episcopo Brugensi hoc anno provisum fuit.

pondérante, peut-il user de cette prérogative au vote même qui amène le partage, comme le prétend de Corswarem (*Handboek der kerkfabrieken,* n. 87) ; ou bien doit-il attendre un nouveau scrutin ? Cfr De Brabandere, n. 1013.

R. Il n'est pas aisé de déterminer la juste portée de la disposition finale du § 1er de l'article 9, ni de tracer exactement les limites dans lesquelles le président peut faire usage de la prérogative que cette disposition lui confère.

Nous proposerons l'interprétation que nous paraît la plus plausible, en suivant l'ordre des questions qui nous sont soumises.

1° *Pour quels objets* la voix du président est-elle prépondérante ? Le paragraphe premier de l'article 9, réglant d'abord la nomination des dignitaires du conseil, se continue et se termine, sans alinéa, par cette phrase : «*Le président aura, en cas de partage, voix prépondérante*»; ce qui, d'après l'ensemble apparent du paragraphe, semblerait restreindre la prépondérance de la voix du président au seul cas de cette nomination (1) ; d'autre part cependant, on n'aperçoit rien qui puisse motiver ici l'exclusion de ce que la loi (art. 20 du décret) établit relativement au bureau des marguilliers où la voix du président est prépondérante pour toutes les délibérations ; et la généralité des termes dans lesquels est conçue la disposition de l'article 9, porte à croire que le législateur a voulu accorder une prérogative non moins étendue au président du conseil. De là les interprétations divergentes auxquelles ce texte a donné lieu.

D'après l'opinion la plus commune, que nous adoptons, le président a voix prépondérante dans les *délibérations ordinaires* du conseil ; mais il ne jouit pas de ce privilège

(1) Giron, *Dictionnaire de droit administratif,* V° Fabriques d'église, n. 8; Brixhe, *Manuel raisonné,* V° Scrutin, n. 7.

en matière *d'élections, quelles qu'elles soient.* (1)

Plusieurs partisans de ce système, par exemple, Brixhe, *Dictionnaire,* édité par Lion et Demaret, V° Scrutin et V° Voix prépondérante; Lauwers, *Code de droit civil ecclésiastique,* p. 68 et 93 ; *Het Vlaamsch Bestuur, l. c. ;* de Corswarem, *Handboek der kerkfabrieken,* n. 86, exceptent les élections spéciales du § 1er de l'article 9 ; et divers arrêtés royaux, ceux notamment du 9 Février 1879 (*Monit.* du 21 Février) et du 23 Mai 1881 (*Monit.* du 30 Mai) consacrent formellement cette manière de voir.

Nous ne saurions admettre cette exception ; et voici nos motifs : *a)* nous ne comprenons pas comment le législateur qui, d'après la jurisprudence, a refusé au président le privilége de la prépondérance pour l'élection des *membres du conseil ou du bureau* (2), lui aurait accordé l'exercice de cette prérogative dans l'acte même qui doit lui conférer cette dignité ! Et qu'on ne dise pas que le président, nommé d'abord, pourra user de son droit dans l'élection du secrétaire ; attendu que rien n'oblige le conseil à faire cette double nomination au scrutin individuel. Qu'on ne dise pas non plus que cette prérogative sera excercée par le membre qui, ce jour-la, occupera le siége présidentiel ; car le décret n'exige aucunement la nomination d'un président provisoire (avis du Conseil d'Etat du 9 Juillet 1839), et la question de savoir si celui qui occuperait la place du président jouirait du privilége de la prépondérance

(1) Voir en ce sens, avis du conseil d'Etat de France du 9 Juillet 1839 (*J. B. des fab.,* II, 323 ss.) ; *Mém. Belge,* 1861, p. 452 et an. 1877, p. 206 ; Daris, *Mém.*, an. 1872, p. 248 ; Dieulin, I, p. 59 ; *Journ. belge des fabriques,* I, p. 14 ; Leroy, p. 248.

(2) Les arrêtés royaux, cités dans les *Collationes,* II, p. 80, décident expressément que la disposition du § 1er de l'article 9, aux termes de laquelle *le président aura, en cas de partage, voix prépondérante* ne s'applique point à l'élection des membres du *conseil* ou du *bureau.*

est controversable (1). Cet argument nous semble décisif. *b)* D'ailleurs, le motif principal que l'on invoque pour dénier au président la prérogative de la prépondérance en matière d'élections, à savoir l'indépendance du vote et le secret du scrutin, ce motif qui « a paru péremptoire à tous les auteurs et à la jurisprudence postérieure à la date du 9 Juillet 1839» (Lauwers, *ouv. cité*, p. 93), ne s'applique-t-il pas également, voire même de préférence, à la nomination du président et du secrétaire, qui *doit* se faire « *au scrutin*» (art. 9), tandis que pour les élections des membres du conseil ce mode de voter n'est *pas formellement* prescrit par le decret? (2)

Nous pensons donc que la phrase finale du § 1er de l'article 9 ne comporte pas une disposition spéciale, s'appliquant à la nomination du président et du secrétaire ; mais qu'elle a plutôt pour objet d'indiquer, d'une manière générale, un privilège attaché à la présidence. Comp. Brixhe, V° *Voix prépondérante.*

2° L'art. 9 § 1er dispose que le président aura voix prépondérante *en cas de partage.* Mais, que signifient ces mots ? Les commentateurs du décret ne sont pas d'accord sur le sens et la portée de cette clause. Voici l'opinion qui nous paraît la plus rationnelle et la plus conforme aux principes : il y aura partage dans le sens du décret toutes les fois que les membres présents sont en nombre pair et qu'un nombre de suffrages égal à la moitié de ces membres sera acquis à une des propositions en présence. La prépondérance accordée à la voix du président est un privilège exceptionnel et exorbitant qui doit être restreint aux seuls cas où son exercice est indispensable pour assurer la majorité requise, à une disposition acceptée par la moitié des

(1) de Corswarem, n. 89, défend la négative.

(2) Une circulaire du Gouverneur de Namur, du 15 Mars 1888, porte :. « 1° Le jour de l'élection d'un président et jusqu'à ce qu'il y en ait un réguliérement élu, il n'y pas de voix prépondérante en cas de partage, et il faut tâcher d'arriver à départager les voix. » *Rev. comm.*, T. XXI, p. 289.

membres d'un corps délibérant : c'est uniquement pour ce but que cette prérogative a été conférée par la loi. Ainsi, de l'avis de tous, il y aura partage lorsque, sur six membres présents, trois votent pour et trois contre une proposition ; il y aura également partage, d'après nous, lorsque trois votent dans un sens, que deux autres votent dans un sens contraire et que le sixième s'abstient. Mais, d'autre part, il n'y aura pas partage lorsque sur six membres présents, deux votent dans un sens, deux dans un autre, et que deux s'abstiennent ; ou bien encore lorsque, comme dans l'espèce proposée par les *Collationes,* sur cinq membres présents, quatre partagent leurs voix et que le cinquième s'abstient. Comp. Brixhe, V° *Scrutin ;* Lauwers, p. 68 ; de Corswarem, n. 87.

3° Enfin, *dans quel scrutin et comment* le président exerce-t-il son droit de prépondérance ?

Les auteurs enseignent assez communément que le président n'a voix prépondérante qu'au second vote ; de Corswarem soutient au contraire que la voix du président doit être considérée comme prépondérante dans le vote même qui amène le partage.

Nous croyons qu'il y a lieu de résoudre la question par une distinction : si le vote est *oral,* nous ne voyons aucun motif de procéder à un nouveau scrutin ; aucune disposition légale ne le prescrit, et il est parfaitement inutile. La voix du président comptera donc pour deux dans le vote même qui amène le partage. Procède-t-on par voie de *scrutin secret,* la voix du président ne sera pas prépondérante au premier tour, parce qu'il est légalement impossible de savoir dans quel sens il a voté ; le président exercera son droit de prépondérance au second scrutin, en mettant deux bulletins secrets dans l'urne.

C. V. C.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra, p. 113).

§ II.

Quid possit homo, in præsenti conditione, propriis naturæ viribus, in ordine ad Deum cognoscendum et agnoscendum.

48. Ex præcedente paragrapho jam habemus hoc generale principium : nihil immutatum esse per peccatum in cognitionis natura, modo et ordine, sed in deterius actam esse facilitatem, promptitudinem, claritatem cognitionis, et forte gradum. Unde valde breviter res expediri poterit.

Itaque homo lapsus, excluso speciali defectu corporis et sensuum, suis ipse viribus, absque instructione accepta, facile quidem notionem acquirit rerum sensibilium, etsi minus claram et promptam quam homo integer, quia ex mortalitate sensus perfecte vividi non sunt. Notionem vero rerum suprasensibilium, sensibili operatione perceptarum, difficulter et obscure percipit, quia ascensus jam est, mortalitas autem ab ascensu retrahit. Notionem tandem spiritus et Dei multo difficilius et obscurius adipiscitur, quia est ascensio summa.

Idem omnino valet de cognitione rerum : et sic Deus verus ab hominibus, absque externa instructione, absolute quidem et physice cognoscibilis est, moraliter vero non, ita ut de facto hæc cognitio ita difficilis

generatim non acquiratur. Si tamen homo aliquam habeat Dei cognitionem, nondum ideo Deum agnoscit, quod quidem eo difficilius est quod talis homo sit absque spe, defectu sufficientis cognitionis, et ideo potius a Deo refugiat : videns enim omnes homines mori multisque repleri miseriis, et ignorans illarum causam et finem, non trahitur ad Deum spe melioris conditionis seseque avertit ab idea Dei, nobis summe boni et finis ultimi.

Hæc omnia confirmantur ex historia humani generis, et a fortiori quidem : nam videmus in tota retro antiquitate homines, licet externa aliorum hominum et aliqua forte remota primitivæ revelationis institutione adjutos, et in profanis litteris et artibus peritos, a sensibilibus aggravatos in sensibilibus mansisse ; imo, et inter raros eorum sapientes et philosophos qui Deum verum cognoverunt, vix fuerunt qui Deum agnoverint *(ad Rom., I),* et ne ullus quidem cognovit *creationem* rerum. Ideo in gentilitate non exstitit (cf. oratio S. Pauli ad Athenienses) nec exstat verus Dei cultus. Quodsi tandem quæratur quid dicendum de homine lapso, qui corporali defectu seu læsione cerebri aut sensuum laborat, respondendum est possibilitatem naturalem Deum cognoscendi esse, in ratione impedimenti physici et defectus institutionis, minorem aut nullam.

49. Totam hanc nostram doctrinam breviter comprehendit Concilium provinciale Coloniense anni 1860, Decret. p. I, c. 2, hisce verbis : « Licet Deus rebus creatis homini se aliquo modo revelatione naturali cognoscendum præbeat, hæc tamen naturalis manifestatio non ea est, quæ vel hominis naturæ imbecilli, qualem conspicimus, sufficiat, vel Dei bonitati immensæ plane congruat. Etenim certiore et clariore, quæ ipso Dei sermone fieret, revelatione destituti homines, quamvis suis ipsi viribus e rebus creatis Deum mundi

artificem cognoscere possent, reipsa tamen paucis tantum ejus inesset cognitio, quum, quemadmodum loquitur Doctor Angelicus, a fructu studiosæ inquisitionis, qui est veritatis inventio, alii mentis imbecillitate, rei familiaris necessitate alii, alii socordia impedirentur. Et illi ipsi, quibus mentis acumen viam pandisset planiorem, nonnisi multo post tempore ad accuratiorem veritatum religiosarum cognitionem pervenissent. Difficilius demum fuisset cavere ab erroribus innumeris, qui sensim ipsas labefactassent cognitiones certiores. »

Docet autem Concilium vaticanum, Constit. *Dei Filius,* cap. II : « Eadem sancta mater Ecclesia tenet et docet, Deum, rerum omnium principium et finem, naturali humanæ rationis lumine e rebus creatis certo cognosci posse : invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur (1) ». En possibilitas physica Deum verum certo cognoscendi, viribus solius rationis, absque revelatione supernaturali, in statu præsente humani generis. Post pauca, indicatur impotentia moralis, iisdem positis, seu affirmatur necessitas moralis revelationis. « Huic divinæ revelationi (supernaturali) tribuendum quidem est, ut ea, quæ in rebus divinis humanæ rationi per se impervia non sunt, in præsenti quoque generis humani conditione ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci possint. »

§ III.

Proponuntur quædam quæstiones.

50. In præcedentibus vidimus quid possit miser homo vel potius quid non possit, viribus naturæ lapsæ,

(1) *Ad Rom.*, I, 20.

abstrahendo a revelatione et gratia, in ordine ad Deum cognoscendum et agnoscendum. Quoniam autem reapse contingit hujusmodi hominem ex revelatione nihil audivisse, inter infideles degentem, quærimus num iste relinquatur a Deo absque ulla spe salutis, an vero et quomodo etiam illi Deus optimus provideat, ut ad cognitionem vel et agnitionem Dei perveniat et ulterius ad fidem salutarem, quæ est initium justificationis, aut, si Deum cognoverit vel et agnoverit propriis viribus, ut ulterius ad actus salutares requisitos perducatur ; aliis verbis, quærimus, abstrahendo a facta revelatione supernaturali, de aliis præsidiis, sive externis, sive internis, hisque naturalibus vel supernaturalibus, quibus prædictus homo juvetur ad Deum cognoscendum, et ulterius ad salutem assequendam. Et hæc quidem inquiruntur de homine infideli ad usum rationis perveniente ; similis quæstio est de homine baptizato, qui, inter infideles relictus, ad usum rationis perveniat.

Qua in re, dicendum est primo, quod si homo ille, sive baptizatus sive non, ad usum rationis inter infideles perveniens, contra ductum rationis suamque conscientiam agens, grave peccatum committit, sibi imputare debet, si a Deo relinquatur, quamvis non ideo semper Deus eum relinquat.

Ita, si ad aliquam Dei notitiam perveniens, sese a Deo avertit, vel negligentia gravi ad Deum cognoscendum conamen omittit, vel Deum cognoscens, eumdem agnoscere renuit ; aut nihil de Deo explicite noscens vel cogitans, implicite tamen Deum legislatorem offendit, contra rationis imperium, quo Dei voluntas promulgatur, graviter delinquens.

Inde effatum : *Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam,* quod Scholastici communi sensu interpretantur : Non ponenti obicem per peccatum, Deus etc.

51. Ast plura remanent inquirenda : videlicet,

1° utrum et quomodo homo infidelis (postea de baptizato in infantia) juvetur ad vitandum obicem ; imo 2° abstrahendo a sensu historico effati Scholasticorum, annon forte juvetur ad positive se disponendum ad gratiam Dei ; et in quo consistat illa, quam non denegat Deus, gratia.

Jamvero, ad 1m, nullum dubium est quin Deus optimus, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, adjuvet hujusmodi hominis moralem impotentiam, ut peccati obicem quem ex naturæ viribus physice potest vitare, etiam moraliter possit cum datis auxiliis, pro diversa conditione et adjunctis in quibus degit. Ita, si homo ille bono intellectu præditus rationem rite evolutam habeat, eumdem ad cognitionem Dei imo et agnitionem Deus perducere potest ; sin minus, ne saltem Deum legislatorem obscure et implicite cognitum graviter offendat, præcavere ; et utrumque quidem potest Deus tum externis præsidiis, scilicet oblatis occasionibus opportunis, aut contra remotis periculosis, tum auxiliis internis, sive ordinis mere naturalis, sive etiam gratia, non qua elevante sed qua medicinali, quæ ad substantiam operis adjuvet ut sit moraliter honestum, non ad modum quo fiat entitative supernaturale. Quodsi homo hisce Dei auxiliis cooperetur, certissime tenendum est, ut loquitur S. Thomas (1), Deum vel interna inspiratione ei revelaturum necessaria, vel fidei præconem ad eum directurum, ut ad fidem salutarem eumdem perducat, quod est salutis initium. Rebus ita intellectis, *facienti quod in se est* etc. significat : non ponenti obicem, quamvis nulla sit dispositio positiva, et meritoria de congruo, Deus non denegat gratiam, id est, entitative supernaturalem qua homo se disponat ad fidem stricte dictam salutarem, et quacum

(1) Q. XIV, *de Verit.*, a. 11, ad 1m.

credat, et ulterius dispositus gratiam justificantem accipiat.

52. Sed quæri potest, ad 2^{m}, utrum ante fidem stricte dictam quæ Deo positive revelanti adhibetur, eamque integre sumptam cum præviis credulitatis affectu, oratione, ac judicio credibilitatis supernaturalibus, Deus nullam det gratiam elevantem, ita ut fides sic integre sumpta sit prima gratia, an vero Deus etiam ante illam fidem, scilicet infidelibus quæ revelationem supernaturalem plane ignorant, concedat gratias entitative supernaturales; et in specie quidem ad hoc ut homo Deum supernaturaliter agnoscat fide late dicta, ex testimonio creaturarum Deum manifestantium, quemadmodum supra descripsimus; qua agnitione supernaturali præstita, ulterius adjuvetur ad Deum diligendum super omnia, ita ut absque fide propria dicta, absque revelatione et prædicatione, homo ille ad justificationem pervenire possit.

In tota hac inquisitione nostra, dicendum est cum Hugone a S. Charo (1): « In talibus judicia Dei abyssus multa », præter enim id quod jam diximus, Deum omnes velle salvos fieri, et neminem nisi sua culpa perire, pauca certo novimus circa Dei providentiam supernaturalem et distributionem gratiæ.

In præsenti autem quæstione, tenet celeber theologus Martinez de Ripalda (2), in ordine nunc existente, de facto, ex positiva Dei voluntate, non dari ullum auxilium nisi gratiam entitative supernaturalem, eamque dari a Deo quoties homo adnititur ad actum honestum, ita ut omnes actus, etiam infidelium, reapse sint vel mali vel supernaturales.

Quæ quidem opinio nulla reprehensione digna est, quin tamen argumentis omnino validis probetur. In

(1) Schol. *ad Rom.* II, 12.
(2) *De Ente supernaturali*, disp. XX.

hac sententia sæpius memoratum effatum intelligitur : facienti quod in se est ex gratia supernaturali sufficiente adeoque disponenti se in modum meriti de congruo, Deus non denegat ulteriores gratias, ipsamque gratiam justificantem.

53. Quod autem quæsitum speciale attinet de fide late dicta, idem Ripalda, vi doctrinæ suæ generalis, supra enuntiatæ, tenet hominem infidelem, quando viribus naturæ adnititur Deum agnoscere, eo ipso gratia entitative supernaturali sufficiente præveniri, ita ut agnitio Dei sit supernaturalis. Ulterius vero, cum hujusmodi agnitio sit meritoria de congruo, hanc viam facilem agnoscit Ripalda, ut infidelis per ulteriores gratias perveniat ad dilectionem Dei supernaturalem super omnia, et justificationem, quin necesse sit eum adduci ad fidem stricte dictam, adeoque ad cognitionem revelationis (1). Hanc tamen doctrinam de sufficientia hujusmodi fidei supernaturalis late dictæ ad justificationem, disputando non tamen asserendo audet proponere, ut sæpius repetit locis in nota citatis, et concludit citatam disp. XX his verbis : « Forte non deerunt qui superiori doctrinæ libere audeant assentiri. Nihilominus ego in re tam gravi omnino non audeo. Puto equidem si legem et libitum Dei excludamus, ex natura rei in præsenti etiam ordine providentiæ potuisse gentiles ex cognitione supernaturali, quæ non sit ex fide stricta, Deum super omnia diligere, et justificationem obtinere. Cæterum quia communis theologorum assensus videtur intelligere testimonia Pauli (2) et Tridentini (3), de necessitate strictæ fidei in re exhibitæ ad consequendam justificationem, dicendum est, ex lege voluntaria Dei nunquam dari auxilium, saltem efficax ad dilectionem et

(1) *De Ente supernat.*, disp. XX, præs. sect. XII, XXII et XXIII ; item disp. LXIII, sect. IV et V ; et *de Fide*, disp. XVII, præs. sect. X-XIV.

(2) *Ad Hebr.*, XI, 1 et sqq.

(3) Sess. VII, cap. 7.

conversionem supernaturalem in Deum absque prævia instructione fidei strictæ. »

Præterea ante oculos habenda nunc est Prop. XXIII inter damnatas ab Innocentio XI, die 2 Martii 1679, *Fides late dicta ex testimonio creaturarum similive motivo ad justificationem sufficit,* de qua vid. Viva, qui tamen n. IX ubi falsitatem propositionis probare vult ratione a priori, non recte ratiocinatur, ponendo fidem stricte dictam solam esse posse liberam et meritoriam de congruo, cum fides late dicta utpote evidens, ait, non sit libera. Ex supradictis de cognitione et agnitione Dei, manifestum est agnitionem Dei a voluntate pendere etsi cognitio existentiæ Dei sit omnino certa et scientifice demonstretur.

Notare etiam potuisset Viva, ubi n. III bene ostendit hanc thesim proscriptam non debere tribui doctissimo Ripalda, utpote qui eam asserendo non defendit, ob alias quoque rationes non omnino certo attingi doctrinam quam disputando idem Ripalda profert. Nam damnabilis jam est propositio illa, tum ob nimiam generalitatem, quasi sufficeret fides late dicta etiam illis qui revelationem noverint, tum quia nimis absoluta est, ut enim et ipse Ripalda advertit, esto fides stricte dicta sit necessaria, potest tamen esse necessaria non in re, sed aut in re aut in voto, ut baptismus ; jamvero thesis damnata nullatenus necessariam asserit, cum dicat late dictam absolute sufficere. Et hæc quidem animadversio de fide supernaturali late dicta, quæ votum fidei stricte dictæ contineat, non est spernenda, præsertim in casu, quem finiendo has quæstiones, proponemus doctioribus, potiore quidem jure quam Ripalda, ut quæ dicemus, vel suffragio confirment vel judicio corrigant, sicut ille ait, vel saltem suam sententiam proferant, cum nusquam invenerimus hujusmodi casum expositum.

54. Agitur de homine qui, infans baptizatus, inter

infideles vel in silva relictus adolescit, quin quidquam de Deo ejusque revelatione audiat.

Homo iste justus est, instructus habitibus infusis fidei, spei ac charitatis, cum reliquis virtutibus ac donis supernaturalibus. Fac igitur hujusmodi eo tempore quo ad usum rationis sufficientem pervenit ut capax sit peccati gravis committendi, in ultimo vitæ termino constitui. Quid dicendum? An Deus ipsi revelabit sese immediate, aut præconem fidei mittet, ut actum fidei stricte dictæ eliciat? An sine actibus virtutum theologicarum salvabitur? An saltem sine actu fidei stricte dictæ, per agnitionem Dei supernaturalem ex parte principii per testimonium creaturarum, ad actus spei ac charitatis theologicæ eliciendos perveniet?

Hæc ultima quæstio simili modo exurgit in alia hypothesi. Fac enim istum hominem ad usum rationis pervenire, ita ut capax sit peccati gravis committendi, et porro vitam protrahere : cum justus sit, omnibusque virtutibus ac donis supernaturalibus instructus, non tantum quasi remote est in ordine supernaturali, sicut infidelis non baptizatus, sed actu et effectu ; nihil ergo obstat quin, juxta systema Ripaldæ, heic sermo non fiat de auxiliis ordinis mere naturalis, nec de gratia medicinali, sed omnes gratiæ huic homini dentur entitative supernaturales, quibus et peccata gravia vitet et actus non modo honestos sed et supernaturales ponat, qui et meritorii esse possint. An igitur rursum huic homini, si contra conscientiam graviter non delinquat, Deus, statim ac ad agnitionem Dei ex creaturis adnititur, sese revelabit aut fidei præconem mittet? An vero agnitio illa supernaturalis ex parte principii sufficit? Facile quidem eadem concipitur conjuncta cum desiderio Deum melius cognoscendi, imo lumen a Deo ipso inquirendi, ita ut votum fidei stricte dictæ continere videatur. Imo quæri potest an non habitu fidei, aut saltem aliquo dono annexo, intellectus v. g.,

Dei agnitio elici posset. Hæc omnia relinquimus disputationi theologorum, quorum nullum novimus, qui hunc specialem casum attigerit ; interim remittimus ad Ripaldam, ut supra, præsertim disp. XX, sect. 22, n. 117, et disp. LXI, n. 9 coll. 5.

55. Quantas tibi, misericordissime Deus, debemus gratias, qui ab infantia omnibus tuis donis naturæ ac gratiæ cumulatissime donati, ab usu rationis te cognovimus, in te credidimus, ad perfectiorem tui notitiam ac amorem per sanctam Ecclesiam, ope parentum, sacerdotum, magistrorum piorum, omni modo ac ratione, suavissima tua in nos indignos providentia fuimus evecti. Novimus te, et tam parum te amavimus. Et nihilominus elegisti nos ut alios tuas infinitas perfectiones doceremus tuamque aliis ingereremus dilectionem ; dedisti nobis per totam vitam perfectius inquirere te, ut majori dilectione tui et merito in hac vita, majorem in æterna tui visione beatitudinem consequi possemus. Utinam nobis, qui sero tuam in nos bonitatem intelleximus, deinceps saltem, nosse te consummata justitia sit, et scire justitiam et virtutem tuam, radix immortalitatis.

(Continuabitur).

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Maii

I

An et quare licitum fuit matrimonium Salomonis cum filia Pharaonis ? III Reg. III, 1. Cf. XI, 1, 2.

II

Demonstra protoparentes immediate a Deo creatos esse, totumque genus humanum ex Adamo originem ducere.

III

Determina quantitatem seu speciem theologicam injustæ diffamationis proximi per actus internos, scilicet judicium, opinionem, suspicionem, dubitationem.

IV

Determina qualitatem seu speciem moralem injustæ diffamationis proximi per actus externos.

V

Determina quantitatem et qualitatem injustæ inhonorationis proximi.

VI

Les fondateurs ont-ils le droit de déterminer à leur gré le taux des honoraires que le célébrant pourra percevoir à l'occasion de l'exonération des services fondés ? Justifiez votre réponse.

Responsa

ad quæstiones in conferentiis mensis Februarii 1897 propositas

—

I

Q. Compone II Reg. XXIV, 14: *Melius est ut incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ ejus sunt) quam in manus hominum,* cum Hebr. X, 31: *Horrendum est incidere in manus Dei viventis;* necnon cum Daniel XIII, 23: *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.*

R. « David considerat Deum punientem in hoc sæculo, ut Patrem; Apostolus autem, ut severum judicem. Loquitur enim de impœnitentibus.

Rursum: David hîc facit comparationem inter diversa mala pœnæ; Susanna autem (apud Dan.) tanquam minus malum elegit malum pœnæ, pro malo culpæ. Sic enim subjungit: *Quam peccare in conspectu Domini* » Estius.

G. V. D. P.

II

Q. Ostende bonorum communitatem, de qua Act. Ap. II, 44, 45; IV, 32, 34, 35, prorsus differre a bonorum communismo atque collectivismo socialistico.

R. Præterquam quod ista bonorum communitas nequaquam includebat liberum, ut aiunt, amorem, veneremque promiscuam, sed restricta erat ad sola

bona temporalia, sive mobilia sive immobilia, sequentia statui possunt discrimina :

1. Bonorum communitas, de qua Act. II, IV, erat omnino *spontanea* ac *libera,* ut liquet ex Act. V, 4 : *Nonne manens tibi manebat, et venumdatum in tua erat potestate?* h. e. « Prædium illud si mansisset invenditum, nonne pleno dominio manebat tuum ? et postquam divenditum fuit, nonne divenditi pretium tuum fuit totum, ut de eo pro libitu statuere potuisses ? — Significatur ergo Ananiam, *nemine compellente,* prædium suum divendisse, illiusque pretium Deo consecrasse » Beelen.

Contrà, communismum aut collectivismum suum socialistæ proponunt tamquam prorsus *obligatorium,* adeoque omnibus opportuno tempore imponendum. Audacter enim proclamant bona temporalia esse ex jure naturæ communia communitate *positiva,* privatamque bonorum possessionem illegitime inter homines inductam esse ac porro injuste obtinere : omnes enim homines, utpote æquales, æquale jus habere ad communia sive integræ familiæ humanæ sive totius civitatis aut regionis suæ bona. Vesanam istam doctrinam confutatam vide *Collat. Brug.,* T. I, p. 597 et T. II, p. 21.

Tantum igitur datur discrimen inter novellæ Ecclesiæ communitatem et communismum collectivismumque hodiernum, quanta inter juris possidendi agnitionem ejusdemque negationem.

2. Communitas bonorum de qua Act. Ap. orta est ex contemptu divitiarum atque abundantia liberalitatis charitatisque fraternæ, qua ditiores bona propria in gratiam pauperum in commune profundebant. Namque, ut legitur Act. IV, 32, 34 : *Multitudinis credentium erat cor unum, et anima una ;* unde : *nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia... Neque enim quisquam egens erat inter illos...*

Communitatis vero socialisticæ stimulus alius revera

non foret quam bonorum temporalium cupiditas atque amor sui, quo pauperes incitati bonis alienis in commune ditari fruique anhelarent.

Jam vero, vigente hinc quidem amore sui, illinc vero charitate fraterna, fatendum est hanc, non illum sufficere posse ut quisque pro sua communitate necessarium, arduum nempe continuumque impendat laborem. Unde ablato stimulo proprietatis privatæ, inductoque communismo aut collectivismo, indubitate sequeretur egestas communis, cum « ademptis ingenio singulorum sollertiæque stimulis, ipsi divitiarum fontes necessario exarescerent : eaque, quam fingunt cogitatione, æquabilitas, aliud revera non esset nisi omnium æque misera atque ignobilis, nullo discrimine, conditio » Encycl. *Rerum novarum.* Cf. *Collat. Brug.,* T. I, p. 600.

Præsagire autem futurum, ut hujus sæculi filii socialistæ totum aliquando genus humanum ad tantum attollant socialitatis fraternitatisque spiritum, ut plerique homines sponte ac libenter quosvis exantlare non dubitent communitati humanæ necessarios labores, tantumdem est ac somniare mundanam concupiscentiam oculorum aliquando christianâ longe majoris, fortioris atque communioris charitatis fraternæ matrem exstituram esse. Profecto « quæ christianam charitatem suppleant, totam se ad alienas porrigentem utilitates, artes humanæ nullæ reperientur. Ecclesiæ solius est illa virtus, quia nisi a sacratissimo Jesu Christi corde ducitur, nulla est uspiam : vagatur autem a Christo longius, quicumque ab Ecclesia discesserit » Encycl. *Rer. novar.*

3. Bona de quibus Act., concredebantur Apostolis seu *præpositis Ecclesiæ,* in usum communem ad eorum arbitrium distribuenda (ut patet ex II, 45 ; IV, 35), et hac quidem lege ut quisque in posterum sui juris maneret, atque arbitrio suo laboraret, nemo vero jam Apostolorum *servus* evaderet.

Contra, socialismus « proprietati privatæ substituere intendit proprietatem *status* (sive reipublicæ universalis, sive gubernii singularum regionum) qui solus agrorum, fodinarum, officinarum omniumque laboris instrumentorum dominium tenens, necessarios labores et officia inter cives distribuat, laborantibus invigilet, laborem singulorum remuneret... At ita incideremus in tyrannidem, in *duram et universalem servitutem,* quam cives diu non tolerarent, quia et naturalia individui familiæque jura læderet, et cum prætensa libertate et æqualitate communismi nullatenus conveniret » *Collat. Brug.,* T. I, pp. 600 et 603.

4. Communitas bonorum de qua Act., erat a) *localis,* ut quæ non alibi quam in ecclesia Hierosolymitana obtinuisse legitur ; b) *particularis,* ut quæ in certa tantum hominum categoria, nimirum in multitudine credentium et cor unum animamque unam habentium exstitisse refertur Act. II, 44 ; IV. 32 ; c) *restricta* in ipsa ecclesia Hierosolymitana, ut probabile non sit *omnes* omnino istius ecclesiæ fideles bona sua prorsus *omnia* fecisse communia (Vide Estium, Beelen, etc.) ; d) *temporalis* et *caduca,* etiam Hierosolymis, ubi mutatis extraordinariis, quæ eam induxerant, adjunctis, statim et ipsa cessavit.

Communistæ vero et collectivistæ bonorum communitatem imponere volunt ubique et omnibus sine discrimine hominibus, quoad omnia, tum productionis instrumenta, tum bona producta (communistæ), aut saltem quoad omnia producendi media (collectivistæ), idque ad modum perpetuæ stabilisque conditionis : quod sane prorsus impossibile est, somniumque delirantium, cum manifestum sit proprietatem privatam, in præsenti ordine humanæ naturæ lapsæ, multiplici ex capite esse moraliter necessariam. Vide *Collat. Brug.,* T. I, p. 600.

G. V. D. P.

III

Q. Indicato vero sensu uniuscujusque partis propositionis sequentis, ipsam ex Sª Scriptura demonstra : Angelorum virtus finita et limitata est, et speciatim Angeli non cognoverunt naturaliter et cum certitudine futura libera, secreta cordium et mysteria gratiæ.

R. Quadruplex est pars propositionis. In prima parte affirmatur virtutem angelicam finitam et limitatam esse; in secunda ipsos non novisse naturaliter et cum certitudine futura libera ; in tertia ipsos eodem modo ignorare secreta cordium, et in quarta pariter ipsos latere mysteria gratiæ.

1° Ad primam partem. *Virtus Angelorum est finita et limitata.* Hæc pars, per se clara, explicatione non indiget ; nec demonstranda occurrit quum sequatur evidenter ex hoc quod Angeli sint creaturæ proindeque naturæ finitæ (1). A posteriori vero hanc limitationem novimus quum aliqui angeli peccaverint, eoque intellectus sui ac voluntatis limitationem prodiderint.

2° Ad secundam partem. *Angeli non noverunt naturaliter et cum certitudine futura libera.* Hæc propositio juxta fere omnes est *de fide.*

a) *Sensus propositionis.* α) In propositione non negatur cognitio angelorum *omnium* futurorum. Duplex enim est genus futurorum, scilicet futura necessaria, quæ nempe producuntur a causis naturalibus necessariis, et quorum cognitionem Angelos habere non modo non negamus sed affirmamus ; et futura libera, quæ pendent scilicet a libero arbitrio vel tanquam a causa vel tanquam ab applicante causam aliquam naturalem ad effectum. β) In propositione non negatur possibilitas pro angelis noscendi futura libera *supernaturaliter,* per Dei revelationem scilicet, quod absurdum esset ; nec

(1) Cf *Collationes* supra p. 128 et 129.

etiam negatur apud ipsos cognitio horum futurorum *conjecturalis,* immo quandoque *valde probabilis,* « quia, de his aliqua futura conjiciuntur ex consuetudinibus et complexionibus hominum » (1); sed unice negatur ipsos hæc cognovisse *naturaliter* et *cum vera certitudine.* Si ergo interdum dæmones quædam talia prænuntiant, id non faciunt quia naturaliter certo illa cognoscunt; sed quia vel, Deo ita disponente, ea discunt ab Angelis bonis (qui ea noverunt in divino Verbo, aut per peculiarem revelationem) uti Augustinus notavit (lib. 2 ad Simplic., q. 3, et lib. 2. super Gen. ad litt., cap. 17); — vel quia ea cognoscunt ex revelationibus factis aliquibus sanctis, quas vel audiunt vel scriptas animadvertunt, cum sciant omnia quæ usquam geruntur, ut notat Tertullianus (in Apolog., cap. 22); — vel qui ea prædicunt quæ ipsi facere constituerunt, ut notat idem Augustinus (lib de Div. Dæmon. c. 5; et lib. 2 sup. Gen. ad litt., cap. 17); — vel denique quia illa per probabilem conjecturam assequuntur multo melius quam solent homines, ut notat Augustinus (eodem lib. cap. 6). Vide fusam explicationem ap. S^um^ Thom. Summa c. gentes, cap. 154.

b) *Probatio propositionis.* Propositio probatur α) Ex Is. XLI, 23 : *Annuntiate, quæ ventura sunt in futurum et sciemus quia Dii estis vos;* ex Is. XLVI, 9, 10 *Recordamini,* (ait Deus), *prioris sæculi quoniam ego sum Deus, et non est ultra Deus, nec est similis mei : annuntians ab exordio novissimum et ab initio quæ nondum facta sunt;* et ex Dan. II, 28, qui, postquam dixerit nec magos, nec ariolos nec aruspices posse indicare quæ futura sunt, addit: *Sed est Deus in cœlo revelans mysteria, qui indicavit tibi, Rex Nabuchodonosor, quæ ventura sunt in novissimis temporibus.* Ex quibus ita argumentatur : In omnibus istis locis præcognitio futurorum a Deo *solo* dicitur haberi et esse quasi character proprius divinitatis.

(1) S. Thom. *de Veritate,* q. 8, cap. 12.

Ergo, naturaliter et cum certitudine saltem, non habent Angeli præcognitionem futurorum liberorum.

β) Ex Matth. XXIV, 25, Joann. II, 22 et XIV, 29. In his locis Christus Dominus utitur prædictione futurorum ut fidem apostolorum in divinitatem suam conciliet. Ita etiam S. Paulus ad Rom. I, 1, 2, Evangelium esse a Deo inde probat quod fuerit ante promissum per prophetas. Aliis verbis prædictio futurorum ibi datur ut signum sufficiens ad probandam cum certitudine revelationem divinam. Jamvero si alius ac Deus futura cognoscere posset signum sufficiens non esset. Ergo solus Deus ea novit, Angeli non noverunt.

3° Ad tertiam partem. *Angeli non noverunt naturaliter et cum certitudine secreta cordium.* Hæc propositio juxta Suarezium est *de fide.*

a) *Sensus propositionis.* Sub nomine *secretorum cordium* intelliguntur communiter operationes liberæ partis rationalis (id est sive intellectus sive voluntatis) nullo modo exterius manifestatæ. Notandum tamen est actus internos nostros Angelis manifestari non tantummodo per actum quemdam externum sed etiam, ut communiter docent theologi, per hoc solum quod ad Angelos diriguntur, seu per hoc solum quod quis *vult* eos ipsis manifestare. Sicut enim hoc modo videntur Angeli cognoscere cogitationes aliorum angelorum, ita etiam nostras. Hæc secreta cordium novisse possunt Angeli sive supernaturaliter per revelationem, sive conjectualiter. Ita scribit S. Thomas *de Malo,* q. 16, a. 8. « Sicut Augustinus dicit (lib. 12 de Gen. ad litt.; et in libr. de « Divin. Dæmonum c. 5) compertum est certis indiciis, « quod Dæmones cogitationes hominum aliqualiter « cognoscunt : quas quidem contingit dupliciter cog- « noscere. Uno modo secundum quod videntur in « seipsis, sicut aliquis homo proprias cogitationes « cognoscit. Alio modo per aliqua corporalia signa, « quod maxime manifestum est, quum ex interioribus

« cogitationibus homo ducitur in aliquam passionem.
« Quæ si fuerit vehemens, etiam in exteriori apparentia
« habet aliquod indicium, per quod potest a grossiori-
« bus deprehendi, sicut timentes pallescunt, verecun-
« dati autem erubescunt, ut Philosophus dicit (in 4.
« Ethic.). Sed etiamsi sit levior passio, deprehendi potest
« a subtilibus medicis per cordis immutationem, quæ
« ex pulsu percipitur. Hujusmodi autem exteriora et
« signa corporalia, multo magis Dæmon cognoscere
« potest quam quicumque homo. Et ideo certum est
« quod Dæmones aliquas cogitationes hominum cog-
« noscere possunt secundum modum prædictum. »

b) *Probatio propositionis.* In S. Scriptura :

α) Nullibi nisi de Deo dicitur aliquis cognoscere secreta cordium.

β) Cogitationes intimæ cordis vocantur simpliciter « *abscondita* » « *occulta* ». Vide Ps. XLIII, 22.

γ) Deus *propria appellatione* insignitur ut « *discretor cogitationum* » et « *intentionum cordis* » (Hebr. IV, 12) ; ut « *qui scrutatur corda* » (Rom. VIII, 27) ; ut « *scrutans corda et renes* » (Ps. VII, 12 et Apoc II, 23) ; ut ille qui « *omnia corda scrutatur... et universas mentium cogitationes intelligit* » (1 Par. XXVIII, 9.

δ) Immo diserte affirmatur *Deum solum* cognoscere secreta illa. Ita 2 Par. VI, 30 « *Tu solus nosti corda filiorum hominum* » ; ita etiam 3 Reg. VIII, 39 et Jer. XVII, 9, 10.

ε) Tandem Hebr. IV, 12 ; 1 Cor. XIV, 24 ; Matth. IX, 4 et XII, 25 cognitio horum secretorum datur ut argumentum certum divinitatis.

Ex quibus omnibus sequitur ad hanc cognitionem requiri vim infinitam, Deum solum hanc habere, proindeque Angelos ea carere.

4° Ad quartam partem. *Angeli certo et naturaliter non noverunt mysteria gratia.*

a) *Sensus propositionis.* Mysteria gratiæ vocantur mys-

teria quæ pertinent ad ordinem gratiæ, id est, ad ordinem supernaturalem. Sensus autem propositionis est Angelos horum mysteriorum nec *possibilitatem* nec *existentiam, certo, naturalibus* suis viribus, cognoscere, (quamvis Scotus hoc pro parte saltem neget); et supposita facta Angelis revelatione circa horum mysteriorum existentiam, ipsos tamen *naturaliter* illorum *essentiam* cognoscere non valere.

Ad cognitionem vero *supernaturalem* Angelorum cum S. Thoma, S. Th. p. 1, q. 57, a. 5, in o. dicendum : « Est autem et alia Angelorum cognitio, quæ eos beatos « facit (id est supernaturalis, per visionem beatificam) « qua vident Verbum et res in Verbo ; et hac quidem « visione cognoscunt mysteria gratiæ, non quidem « omnia, nec æqualiter omnes, sed secundum quod « Deus voluerit eis revelare, secundum illud Apostoli « (I Cor. II, 10) : *Nobis autem revelavit Deus per « Spiritum suum ;* ita tamen quod superiores Angeli « perspicacius divinam sapientiam contemplantes, plura « mysteria et altiora in ipsa Dei visione cognoscunt, « quæ inferioribus manifestant, eos illuminando ; et « horum etiam mysteriorum quædam a principio suæ « creationis cognoverunt, quædam vero postmodum, « secundum quod eorum officiis congruit, edocentur. »

b) *Probatio propositionis*. Ad probationem ex S. Scriptura hujus propositionis quod attinet solummodo ex 1 Cor. II, 9-11 argumentantur auctores. Ita autem ibi habetur : « Quod oculus non vidit, nec auris audivit, « nec in cor hominis ascendit quæ præparavit Deus iis « qui diligunt illum ; nobis autem revelavit Deus per « Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam « *profunda Dei*. Quis enim hominum scit quæ sunt « hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est ? *Ita et « quæ Dei sunt, nemo cognovit nisi Spiritus Dei.* »

Postquam ergo Apostolus dixit neminem novisse mysteria gloriæ, quæ Deus præparat diligentibus

ipsum, addit hæc tamen nobis revelata fuisse a Spiritu Dei, huncque Spiritum hæc omnia novisse, quia omnia scrutatur, etiam *profunda Dei*. Post hæc addit Apostolus rationem generalem cur nemo cognoverit ea et cur Spiritus Dei ea noverit, scilicet: Hæc sunt Dei. Jamvero nemo potest novisse quæ Dei sunt nisi Spiritus Dei.

Quibus dictis ita instituitur argumentum.

Juxta Apostolum nemo potest novisse ea quæ Dei sunt, nisi solus Deus.

Atqui mysteria gratiæ apprime sunt Dei.

Ergo nemo potest ea novisse, nisi solus Deus.

Probatur minor. Mysteria gratiæ sunt, uti diximus, mysteria ordinis supernaturalis. Atqui ea quæ sunt ordinis supernaturalis ita Deo propria sunt, ita sunt Dei, ut nullatenus ad ullam naturam creatam pertineant, omnem enim naturam creatam superant utpote quæ sunt *supernaturalia*. Ergo mysteria gratiæ apprime sunt Dei.

V. J. C.

IV

An hæredes tuta conscientia petere possunt donationum sive legatorum reductionem ad portionem disponibilem ?

R. 1° *Profanæ donationis,* sive profani legati, reductionem ad portionem disponibilem hæredes, per se loquendo, juste et licite petunt. — Paucis redditur ratio a) ipsius assertionis b) limitationis adjectæ.

a) Statuta legis nostræ circa portionem legitimam et disponibilem, quamvis libertatem donandi ac testandi nimis coarctare videantur, ex communiore saltem sententia theologorum non censentur injusta : dummodo limitentur secundum rationabilem mentem legislatoris, sanam interpretationem auctorum, atque generalia juris principia. Cf. Ill. ac Rev. Waffelaert, *de justit.* I, n. 315, 320 ; Marres, *de justit.* l. I, n. 336.

Quo posito, hæredes sine dubio in conscientia uti possunt præsidio legis.

b) Additur : per se loquendo ; quia ex statim dictis certo injuste applicaretur lex, quando impediret impletionem alicujus præcepti jure naturali aut divino impositi. Hujus restrictionis casus frequentior est : si donator, sive testator, occultavit specie donationis, sive legati, solutionem debiti, quo ex contractu vel delicto in conscientia tenebatur. Tunc enim non adest revera donatio, nec proin de ejus justa reductione sermo moveri potest ; sed adest debiti solutio, ad quam ipse hæres, vi hæreditatis acceptæ, tenetur. Nec refert istud debitum non posse forsan in foro externo probari, dummodo in conscientia existat. Attamen oportet ut hæredes conscii sint veræ indolis hujusce donationis, nec credere tenentur donatario aut legatario asserenti, quin probet, se aliquam donationem aut aliquod legatum accepisse titulo solutionis vel restitutionis. Evidenter excludimus hic etiam fraudes subinde ab hæredibus adhibitas ad portionem disponibilem restringendam.

2° Quinimo *piæ donationis,* sive pii legati, reductio ad portionem disponibilem, satis probabiliter, ex consensu Ecclesiæ, ab hæredibus juste petitur ; dummodo iterum non sciant donationem fuisse reapse restitutionem factam ob læsionem vel Ecclesiæ, vel alicujus penitus ignoti, nec fraudem ullam adhibeant.

Circa hanc quæstionem, sub jure civili veteri, Theologi in duas partes discedunt. Alii dicunt parentes in favorem causæ piæ licite lædere portionem legitimam filiorum lege civili constitutam, dummodo maneat filiis sustentatio ipso naturæ jure debita : quia lex civilis nequit præjudicare causæ piæ. Hanc sententiam fusissime propugnat Cardenas, *Crisis theol.* p. I, tr. 2, n. 53-245. Alii vero hoc negant : quia videtur Ecclesia consentire ut illæsa serventur jura filiorum (et quorum-

cumque hæredum necessariorum) ad portionem legitimam, secuta mentem S. Augustini (serm. 355, olim 49 de div., n. 5, quem locum refert Decretum, c. fin. 17, q. 4) : « Quicumque vult exhæredato filio hæredem facere Ecclesiam, quærat alterum qui suscipiat, non Augustinum : imo Deo propitio neminem inveniat. » Hanc sententiam in primis tuentur Gutierrez, lib. 3 pract. quæst. 61, et Sanchez, de Matr. l. 6, d. 36, n. 6-7. Utramque sententiam censet probabilem S. Alphonsus, lib. 3, n. 740. Verum quidem est plures ex his AA. agere de jure Romano, quod multo majorem portionem disponibilem statuebat quam jus nostrum : ideoque prior sententia, favens donatoris ac testatoris libertati, a fortiori sub jure nostro sua probabilitate gaudet. Opinamur tamen et alteram sententiam mansisse satis probabilem. Etenim a) quum moderna legislatio nostra de reservatione, utut restrictiva, communius censeatur justa : non apparet ratio cogens ut dicta de jure Romano juri nostro non applicentur. b) Inter AA. antiquiores, qui istam sententiam tenent, haud pauci (ut ipsi Sanchez et Gutierrez, supra cit., cum aliis apud eos) loquuntur de jure Castellano, quod magis adhuc quam jus modernum Gallicum portionem disponibilem restringebat : nempe ad *quintam* partem si descendentes, ad *tertiam* partem si solum ascendentes manebant. c) Non pauci AA. moderni huic sententiæ favent. Ita, inter recentissimos, Allegre, *Code civil commenté* (édit. 1894), a. 913 : « Nous pensons que, sauf les solutions pratiques différentes imposées quelquefois par les circonstances, les héritiers peuvent en principe, demander la réduction des legs pieux, comme des legs profanes, pourvu que cette réduction n'ait pas lieu dans les limites de la portion disponible, et pourvu qu'il n'intervienne ni fraude ni mensonge. » Pariter Génicot, Theol. Mor. I, n. 668 : Hæredes necessarii qui dispositiones pias, tamquam juribus suis nocivas,

coram tribunalibus aggrediuntur, certe peccant contra justitiam et per se ad restitutionem tenentur si fraudes adhibent. Quodsi reapse eorum pars legitima læsa est, non videntur peccare dum eam justis mediis reclamant... » Alii quidem auctores contradicunt, sed aliunde deveniunt ad eamdem fere practicam conclusionem. Ita Marres, *de Justit.* l. 1, n. 341 (2ª ed.) : « Lex civilis etiam de legitima hæreditatis portione servanda ferri nequit in præjudicium *causæ piæ* absque *consensu Ecclesiæ,* cujus jurisdictioni eæ causæ pro *foro conscientiæ* subjectæ sunt. Nihilominus propter *bonam fidem* plerumque excusandi sunt hæredes necessarii, tum qui rem causæ piæ in præjudicium suæ portionis legitimæ legatam tradere renuunt, tum qui a rege petunt ut ejusmodi donatio infirmetur ; imo plerumque, dummodo *malo dolo* non usi fuerint, ne monendi quidem videntur ne postea *mala fide* teneant, quæ *bona fide* adepti sunt. »

Conferentiæ quædam non satis distinxerunt quæstionem propositam, de reductione donationis aut legati ob læsam portionem legitimam seu reservationem hæredum necessariorum, ab alia quæstione affini, de alicujus piæ dispositionis reductione quam a Gubernio interdum petunt et obtinent hæredes non necessarii, quia nempe liberalitas æstimatur immodica, inspectis facultatibus testatoris, qualitate, numero et facultatibus hæredum. De hac autem re lege Ill. ac Rev. Waffelaert, *de Just.* I, n. 559, 2º, ubi notatur : « dictam reductionem non esse petendam absque auctoritate Ordinarii. »

O. E. D.

V

An valet promissio non revocandi testamentum ?

R. 1º *In causa profana* promissio non revocandi seu non mutandi testamentum, quamvis acceptata atque

etiam mutua, a jure nostro habetur omnino irrita, adeo ut neque in conscientia obligationem pariat. Quum enim ob bonum commune legislator voluerit omnibus servare jus revocandi testamentum, nequit aliquis contra legem se hoc jure spoliare.

2° *In causa pia* a) promissio non revocandi testamentum, *homini* facta et ab eo acceptata, ex jure canonico valida habetur. Plerumque ex hac promissione oritur tantum obligatio fidelitatis, ideoque levis, quæ tollitur accedente justa revocandæ voluntatis causa ; interdum aderit gravis obligatio justitiæ. Cf. Resp. VI mensis præced. b) Promissio non revocandi testamentum *Deo* facta, rationem voti habet et parit obligationem religionis, ex genere suo gravem : quæ tamen, supposita justa causa, ab habente potestatem per dispensationem tolli potest.

O. E. D.

VI

Q. A qui incombe l'obligation de pourvoir aux réparations du presbytère et de l'église ?

Avant d'aborder l'examen de cette importante question, il ne sera pas inutile de donner quelques notions sur la nature des réparations que peuvent exiger les bâtiments.

La loi distingue trois espèces de réparations : les réparations *locatives,* les réparations usufructuaires ou *d'entretien*, et les *grosses* réparations. « Les réparations *locatives* ou de menu entretien dont le locataire est tenu, s'il n'y a pas clause contraire, sont celles désignées comme telles par l'usage des lieux, et, entre autres, les réparations à faire aux âtres, contre-cœurs, chambranles et tablettes des cheminées ; au récrépiment du bas des murailles des appartements et autres lieux d'habitation à la hauteur d'un mètre ; aux pavés et aux

carreaux des chambres, lorsqu'il y en a seulement quelques-uns de cassés ; aux vitres, à moins qu'elles ne soient cassées par la grêle ou autres accidents extraordinaires et de force majeure, dont le locataire ne peut être tenu ; aux portes, croisées, planches de cloison ou de fermeture de boutiques, gonds, targettes et serrures » (Art. 1754 du Code civil). En général, « ce sont les menues réparations qui ont coutume de provenir de la faute des locataires ou de leurs gens, et ne proviennent pas de la vétusté ou de la mauvaise qualité des parties dégradées » (Pothier, *Traité de louage,* n° 220).

« Les *grosses* réparations sont celles des gros murs et des voûtes, le rétablissement des poutres et des couvertures *entières ;* celui des digues et des murs de soutènement aussi *en entier* » (art. 606 du Code civil). Les réparations usufructuaires ou *d'entretien* proprement dites sont toutes celles qui ne rentrent pas dans les catégories précédentes, et qui concernent l'entretien complet de l'immeuble. Telles sont, par exemple, le rétablissement *partiel* des couvertures, des murs de soutènement et de clôture ; le repavage des cours, le badigeonnage des édifices, etc.

R. I. L'obligation ou le soin *de veiller* à ce que toutes les réparations soient bien et promptement faites, incombe aux marguilliers et spécialement au trésorier de la fabrique. Ils sont tenus de visiter les bâtiments avec des gens de l'art, au commencement du printemps et de l'automne, à l'effet de constater les dégradations survenues et les travaux à effectuer. Art. 41 du décret du 30 Décembre 1809.

Il n'est pas nécessaire d'insister sur cette obligation des marguilliers ; nous en avons démontré l'importance et déterminé la portée dans les *Collationes,* I, p. 130 ss. et II, p. 92.

II. L'obligation *de pourvoir aux frais* des réparations,

de quelque nature qu'elles soient, incombe, en première ligne, à la fabrique d'église, et subsidiairement à la commune. Il n'y a d'exception à cette règle que pour les réparations *locatives* du *presbytère,* qui sont à la charge personnelle du curé, de ses héritiers ou ayants droit.

Cette thèse exige quelques éclaircissements.

1° L'obligation du curé de pourvoir aux réparations locatives du presbytère est inscrite en tous termes dans la loi (art. 44 du décret de 1809 et art. 21 du 6 Novembre 1813). Le curé est également tenu des dégradations survenues par sa faute (art. 1732 du Code civil et art. 44 du décret de 1809). Il est à remarquer d'autre part que les réparations réputées locatives ne sont pas à la charge du curé, lorsqu'elles ne sont occasionnées que par vétusté ou force majeure (art. 1755 c. c.) ou que les dégradations proviennent de la mauvaise qualité des parties dégradées. Voir *ci-dessus,* et circ. min. du 15 Mai 1885.

2° L'obligation de la fabrique de pourvoir aux réparations *locatives et d'entretien de l'église* ainsi qu'aux réparations *d'entretien du presbytère* est également certaine. La loi est formelle (art. 37, 4° combiné avec l'art. 92, 1° du décret) ; aussi la doctrine quasi-unanime (1) et la jurisprudence s'accordent pour dire que toutes les réparations d'entretien des édifices religieux constituent une charge principale de la fabrique. La commune n'est tenue que subsidiairement, et ne doit intervenir dans les dépenses qu'en cas d'insuffisance constatée des ressources fabriciennes.

---

(1) Daris, *Mém. belge,* an. 1871, p. 438 ; Versluysen, *Handboek der kerkfabrieken,* p. 67, Brixhe, V° Presbytère ; le *Mém. belge,* an. 1885. mettent les réparations d'entretien des *presbytères* (pas des églises) à la charge du propriétaire ; — d'autres, p. ex., Affre, *Traité de l'administration temporelle des paroisses,* édit. de Liége, p. 111 ; Vouriot, *Manuel des conseils de fabrique,* p 77 ; Tielemans, *Répertoire,* V° Cure et curé, p. 398, n. 3, enseignent que ces mêmes réparations incombent directement à la commune (art. 21 du décret du 6 Novembre 1813).

3° La question de savoir si la même règle s'applique aux *grosses* réparations de l'église et du presbytère est vivement controversée. Il existe sur ce point dans la législation une certaine incohérence, qui a donné lieu à plusieurs interprétations divergentes, surtout en ce qui concerne les grosses réparations du presbytère.

D'après certains jurisconsultes, les grosses réparations incombent directement au propriétaire des édifices, par application des principes généraux du Code civil. Ces réparations sont à la charge exclusive de la commune, quand celle-ci est propriétaire de l'église ou du presbytère ; sinon, elles incombent en premier lieu à la fabrique, et la commune ne doit intervenir que pour suppléer à l'insuffisance des revenus de la fabrique (1).

D'autres enseignent que les grosses réparations constituent en tous cas une obligation principale de la commune (2).

D'autres enfin, plus nombreux, professent l'opinion que les grosses réparations, comme les réparations d'entretien, tant du presbytère que de l'église, doivent être supportées en première ligne par la fabrique, qu'elle soit ou non propriétaire des édifices (3).

---

(1) Daris, *l. c.* ; Versluysen, *l. c. Mém. belge*, an. 1884, p. 573, et an. 1885, *l. c.* ; Brixhe, *l. c.* ; Delcour, *Traité de l'administration des fabriques*, n. 177bis, tiennent cette opinion en ce qui concerne les grosses réparations du *presbytère*. Ils mettent les grosses réparations de *l'église* à la charge principale de la *fabrique*, qu'elle soit propriétaire ou non. Voir *ci-dessous*.

(2) Voir en ce sens Carré, *Traité du gouvernement des paroisses*, n. 372 ; Affre, *ouv. cité*, p. 111 et 115 ; Vouriot, *l. c.* — Tielemans, *l. c.*, et l'annotateur belge de Mgr Affre, *ouv. cité*, p. 118 (a), adoptent ce système pour les grosses réparations du *presbytère*.

(3) Citons notamment Prompsault, V° *Réparations*, 5° ; Gaudry, *Traité de la législation des cultes*, p. 532 et 625 ; le *Mém. belge*, T. I, 740 et T. IV, 634 ; *Journal belge des conseils de fabrique*, I, p. 43 ; *Revue des fabriques*, an, 1893, p. 16 ss. ; Lauwers, *Code de droit civil ecclésiastique*, p. 5, 286, 513 ss. ; De Fooz, *Le droit administratif belge*, T. IV, p. 538 ss. ; Lentz, *Des dons et legs*, etc., T. I, p. 268 ; *Het vlaamsch Bestuur*, T. I, p. 115 ; Leroy, *Instructions pratiques*, etc., p. 95 et 98 ; Van Messem, *Revue*

Nous adoptons ce système parce qu'il est le mieux fondé en texte et le plus conforme à l'ensemble des dispositions du décret de 1809. La combinaison des articles 37, 43 et 46 avec les articles 92 et 94 ne nous semble laisser aucun doute à cet égard. C'est là d'ailleurs le système qui a été admis par l'autorité administrative et par les tribunaux (1).

Observations pratiques.

1° Bien que la fabrique d'église soit tenue, en ordre principal, de subvenir aux réparations des édifices consacrés au culte, elle ne doit ni ne peut consacrer à cet objet que ses *revenus libres* et les *fonds disponibles* qui lui restent après avoir acquitté la dépense ordinaire arrêtée par le budget conformément à l'article 46 du décret (art. 37, 43, 46 et 94). Elle ne peut donc y affecter les biens ou capitaux qui font partie de sa dotation, qu'ils soient ou non grevés de charges religieuses ; et il importe de ne pas perdre de vue que l'autorisation d'effectuer certains travaux à l'église ou au presbytère n'implique aucunement celle d'aliéner des titres de rente ou des immeubles en vue de pourvoir au payement de la dépense.

2° Lorsqu'il est démontré que les ressources de la fabrique et celles de la commune sont insuffisantes pour subvenir à la dépense totale des réparations, la

catholique, an. 1883, p. 167 ss. ; Moulart, *Des fabriques d'églises*, 8me édit., p. 504 et 507 ; de Corswarem, *Handboek der kerkfabrieken*, n° 440 ; Giron, *Le droit administratif*, n° 1115, et *Dictionnaire*, V° Fabriques d'église, n° 58 ; De Brabandere, *Comp. jur. can.*, 5me édit., nos 1081 et 1084.

(1) Voir circul. minist. du 4 Juin 1881, du 10 Mai 1882 et du 16 Avril 1884 ; dépêche minist. du 25 Mai 1886 au Gouverneur de la Flandre Occidentale ; arrêtés royaux du 15 Décembre 1894 (*Monit.*, p. 4096) et du 12 Octobre 1896 (*Monit.*, p. 4415) ; arrêts de la Cour de Cassation du 20 Juillet 1843, de la Cour de Liége du 30 Mars 1881 (*Pasic.*, II, 224), et de la Cour de Bruxelles du 12 Février 1887 (*Pasic.*, II, 126).

province et l'Etat peuvent y suppléer au moyen de subsides, pris sur les fonds portés à cet effet dans leurs budgets. Mais il est de jurisprudence qu'ils n'interviennent que quand la commune l'a fait. Ils contribuent régulièrement aux réparations importantes pour un tiers de la depense les deux ensemble.

3° En règle générale, alors même qu'il doit être fait face au découvert des ressources fabriciennes, il appartient à la fabrique de provoquer, de régler, et de diriger les travaux de réparations. C'est elle, en effet, qui est chargée par la loi de veiller à l'entretien et à la conservation des édifices religieux (art. 1, 37 et 41 du décret); et l'allocation d'une subvention pour une entreprise n'autorise pas à s'en emparer et à la diriger à son gré. Ce principe servira à apprécier le droit que pourraient revendiquer les autorités communales, d'intervenir ou de s'immiscer dans ces sortes d'actes.

4° La fabrique ne doit jamais entreprendre des travaux de quelque importance, soit à l'église, soit au presbytère, sans avoir soumis au préalable les projets à l'autorité diocésaine (1) ; et quand il s'agit d'un presbytère appartenant à la commune, elle devra toujours procéder avec la plus grande circonspection et ne pas s'aventurer dans des dépenses qui, dans certaines circonstances, ne seraient d'aucune utilité pour la paroisse. On ne doit pas oublier que, d'après la jurisprudence, les administrations communales peuvent disposer à leur gré des presbytères qui leur appartiennent, pourvu que ce ne soient pas des presbytères de fondation, sauf à allouer aux curés une indemnité de logement (2).

C. V. C.

---

(1) Trid., *Sess. VII*, cap. 8. *De ref.* ; Stat. diœc. Brugen , edit. 1890, p. 179 ; circ. min. franç. du 15 Novembre 1850.

(2) Arrêtés royaux des 11 Avril et 18 Octobre 1881, et du 10 Avril 1890; arrêts de la Cour de Bruxelles du 6 Janvier 1881 (*Pasic.*, II, 148) et de la Cour de Liége du 20 Juillet 1881 (*Pasic.*, II, 324).

Evangelia dominicarum

DOM. II POST PASCHA.

Jesus bonus pastor. Jo. X, 11-16.

Te dien tijde zei Jesus tot de Phariseërs : 11. Ik ben de goede herder. De goede herder geeft zijn leven voor zijne schapen. 12. Maar die een huurling en geen herder is, wien de schapen niet toebehooren, hij ziet den wolf komen, en verlaat de schapen en vlucht ; en de wolf rooft en verstrooit de schapen. 13. En de huurling vlucht, omdat hij een huurling is, en geene zorg en heeft voor de schapen. 14. Ik ben de goede herder ; en ik ken de mijne en de mijne kennen mij, 15. gelijk de Vader mij kent en ik den Vader ken ; en ik geve mijn leven voor mijne schapen. 16. Ik heb nog andere schapen, die van deze kooi niet en zijn : deze moet ik ook toebrengen, en zij zullen naar mijne stem hooren ; en het zal ééne kudde worden en één herder.

Notationes

11. *Ego sum pastor bonus.* « Superioris dicti, *Ego veni ut vitam habeant*, quasi rationem reddens, ait : *Ego sum pastor bonus,* ὁ ποιμὴν ὁ καλος, q. d. singularis ille pastor, olim promissus (cf. Ezech. XXXIV, 23), absolutissimum veri pastoris typum referens et explens : uno verbo *pastor magnus ovium* (Heb. XIII, 20), et *princeps pastorum* (I Petri V, 4). Quod ut demonstret, docet primum quid sit boni pastoris proprium, quantumque ab eo discrepet pastor mercenarius.

Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis, q. d. Qui vere pastor est et oves diligit, is vitam suam in

discrimen adducere non veretur, si opus fuerit, ad illas defendendas et servandas. Cf. I Reg. XVII, 34-36.

12. *Mercenarius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit : et lupus rapit, et dispergit oves :* 13. *mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de ovibus.* Illud, quod proxime dixit, boni pastoris insigne, opposita mercenarii nota illustrat. Mercenarius vero, ait, qui nempe non est pastor nec oves habet proprias, sed custos est tantum mercede conductus, si lupum viderit irruentem, gregem deserit et fuga sibi consulit : interea lupus oves, quas potest, rapit devorandas, ceterasque huc illuc dispergit. Mercenarius autem ideo fugit, quia mercede ac quæstu ducitur, et cura non est illi de ovium salute. — Metaphora dempta, is intelligitur mercenarius qui in animarum regimine, quod suscipit, non tam ovibus earumque saluti quam sibi suisque commodis prospicit ; qui propterea, lucro cessante aut periculo imminente, oves relinquit ; quin etiam, potius quam ipse detrimenti quid capiat, illas in pessima abduci et æternum perire sinit. Cujusmodi mercenariis Ezechiel propheta divinam vindictam egregie denunciat. XXXIV » Liagre.

« Quis autem vere sit mercenarius censendus, paucis verbis bene expressit August. : Sunt, inquit, quidam Ecclesiæ præpositi, de quibus Paulus Apostolus (ad Phil. II) dicit : *Sua quærentes, non quæ Jesu Christi :* Quid est, sua quærentes ? Non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur a præposito, et propter hæc servitur Deo, quisquis est talis, mercenarius est, inter filios se non computet. Hæc ille. Fugit autem mercenarius, et dimittit oves, adveniente lupo, non solum quando corporaliter oves relinquit, sed etiam quando per timorem alicujus periculi silet,

nec se lupo opponit. Lupus est, qui vel prava doctrina oves corrumpere studet, vel malis exemplis eas quantum in se corrumpit, vel sævitia et persecutione insurgit in oves » Jans. Gand.

14. *Ego sum,* non fur, non latro, non mercenarius, sed *pastor bonus ;* quod duplici argumento declarat, scil. affectiva cognitione ovium, et vitæ suæ profusione: *Et cognosco oves meas,* « id est, quia singularum conditionem distinctissime novi, non sterili cognitione, sed ut eis subveniam : est enim hæc cognitio æternæ electionis ac dilectionis, juxta quam dicit alibi, *Ego scio quos elegerim:* et Apostolus, *Novit Dominus qui sunt ejus.* — *Et cognoscunt me meæ,* tamquam Pastorem et Salvatorem suum: infirmæ quidem ut medicum; proficientes ut ductorem; tentatæ ut adjutorem; valentes ut nutritorem. Quam cognitionem pastoris sui, ut oves habeant dicit Ambr. lib. 3 de Virginib. : Si vulnus curare desideras, medicus est ; si febribus æstuas, fons est ; si gravaris iniquitate, justitia est; si auxilio indiges, virtus est; si mortem times, vita est; si Cælum desideras, via est; si tenebras fugis, lux est; si cibum quæris, alimentum est. Ut autem declaret quam sit affectuosa illa mutua Pastoris et ovium cognitio, explicat hoc adjecta similitudine, et quasi per parenthesin interposita » Jans. Ip.

15. *Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem* « *Ego,* inquit, *cognosco meas, sicut novit me Pater, et meæ me cognoscunt, sicut ego Patrem :* sic enim conferenda sunt membra; ubi adverbium *sicut* similitudinem notat, non æqualitatem. Quemadmodum ergo, inquit, Deus Pater novit me Filium suum, ita ut gratissimum habeat, diligat, curet, omnis generis donis ac perfectionibus ornet ac cumulet, nec deserat umquam, sed perpetuo servet : sic ego pastor novi oves meas electas, ita ut diligam, liberem, defendam, custodiam, servem, et plurimis beneficiis tum spiritalibus tum corporalibus

afficiam. Rursus, quemadmodum novi Deum Patrem meum ita ut recognoscam eum a quo omnia habeo, ac redamem, voluntatem ejus curem, honorem ipsius per omnia spectem, et nomen celebrem : ita oves meæ noverunt me pastorem et salvatorem suum, ita ut diligant me vicissim, revereantur, colant, et jussa atque exempla mea sequantur... Hujusmodi ergo mutua et affectuosa cognitio Jesu pastoris et ovium electarum inter se, arguit certe Jesum esse pastorem bonum, qui et oves suas impense amet, summo cum benefaciendi studio, et vicissim ab illis merito redametur: qua parte omnino dissimilis est mercenario, cui oves non sunt curæ. — *Et animam meam pono.* Alterum quo declarat se esse pastorem bonum, dissimilem mercenario, quod tamen ex priore consequitur, quòd cognitas oves amet. *Majorem enim hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis,* infra 15. v. 13. *Animam,* id est, vitam *meam pono*, deponam, paratus sum ponere ac mori, brevique ponam ac moriar, quam possum retinere immortalem. — *Pro ovibus meis,* pro salute ovium mearum, ut liberem eas e tyrannide ac servitute Diaboli. Mercenarius, quando videt lupum venientem ad rapiendum oves, fugit, ne vitæ periculum incurrat, si lupo resistat : ego sic affectus animo sum, ut ultro vitam brevi sim profusurus, ad eripiendas oves meas e faucibus tartarei lupi, Diaboli scilicet, et in libertatem asserendas, et moriturus pro ovibus, non justis jam et piis (*omnes enim quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit,* Isa, 53, v. 6) : sed, quod longe ampliùs, pro impiis adhuc et inimicis, Rom. 5. v. 6. et seqq. Quare ego modis omnibus bonus pastor sum » Luc. Brug.

16. *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili : et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile, et unus pastor.* « Sententia hæc est interjecta. Christus scilicet, ne quisquam existimet illis tantum

numero paucis, qui hucusque ex Judæis in ipsum crediderant, ea congruere quæ de ovibus suis dixerat, obiter sed aperte declarat esse, extra Synagogam *(quæ non sunt ex hoc ovili)*, hoc est inter gentes, destinatas et promissas sibi oves, quas ipse brevi, quemadmodum divinitus erat decretum (cf. Act. XIII, 46. 47), per apostolos suos ad fidem vocaturus sit : quas fideles repertas in suam Ecclesiam adducturus sit, ut fiat grex unus (μια ποιμνη), ex Judæis et Gentilibus collectus, cujus etiam unus sit pastor : primarius quidem et invisibilis, Christus ; visibilis autem ejusque in terris vicarius, Romanus pontifex, legitimus Petri successor.

Apposite Brugensis : « Vocat *suas oves* per anticipationem, quæ, licet necdum essent, certo tamen futuræ erant. » Eo, quod de gentibus dicit, *vocem meam audient*, Judæorum pervicaciam oblique notat et carpit. — Præclarum hic habetur vaticinium eventu egregie comprobatum, de vocatione Gentium ad fidem et salutem Messianam ; necnon de futura *unitate* populi christiani: qui licet per universum orbem, variis etiam ætatibus variisque moribus, diffusus, unus perpetuo futurus sit, fide scilicet, religione, sacrificio et sacramentis, sub *uno* pastore supremo. » Liagre.

Conclusio.

Ex dictis facile colligi potest quam necessaria sit, qualisque esse debeat mutua Pastorum atque ovium cognitio. Conferatur etiam Ezechiel *de pastoribus Israel* et de *suscitando pastore uno* (Cap. XXXIV), necnon I Petri V, 2-4 « *Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum : neque turpis lucri gratia, sed voluntarie : neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam* » ; denique gravissimum monitum

S. Pauli ad Hebræos XIII, 17 « *Obedite præpositis vestris, et subjacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes : hoc enim non expedit vobis.*

G. V. D. P.

Dissertationes

I

Circa Matth. I, 19 : *Voluit occulte dimittere eam.*

Nuper in *Nouvelle revue théologique... sous la direction des Pères Rédemptoristes, Février 1896,* prodiit, auctore A. Berthe, nova miráque opinio circa rationem cur S. Joseph dimittere voluerit Mariam sponsam seu conjugem suam. Censet laudatus Auctor rationem hanc fuisse, non quòd sese prægnantis consortio Virginis judicaret indignum (ut volunt Basilius et alii nonnulli), neque quòd suspicaretur eam adulteratam aut oppressam (ut censent Chrysostomus, Augustinus, et plerique omnes), sed quòd timeret vir justus ne *post partum* aut mentiri aut diffamare cogeretur innoxiam. « Tout en étant persuadé, ait, de la parfaite innocence de la Vierge, il ne pouvait s'empêcher de voir que bientôt elle deviendrait mère, ni de réfléchir à la situation qui lui serait faite relativement à la mère et à l'enfant, s'il restait près de Marie *usque ad partum.* A ce moment, il se verrait inévitablement entouré de parents et d'amis qui viendraient le féliciter au sujet du nouveau-né, dont

on lui attribuerait la paternité ; il devrait porter l'enfant au temple et l'inscrire comme étant son propre enfant sur les tablettes généalogiques de la famille de David. Le fils de Marie devrait l'appeler son père. Aucune de ses prévisions ne pouvait manquer de se réaliser. Entraîner ses parents, ses amis, la postérité, dans une erreur capitale et irréparable, ou se déclarer étranger à cette naissance : telle est l'alternative qui se présentait à lui comme une double impasse. « Si je me tais, disait-il, par amour et par respect pour mon épouse, j'affirme un odieux mensonge, je réclame la paternité d'un enfant qui n'est pas le mien ; je ne puis ni souiller ma conscience ni commettre un acte que toute âme honnête qualifierait de déshonorant ! La conscience et l'honneur m'obligent donc de parler. Mais si je parle, Marie est perdue ; cette créature angélique, qu'il m'est impossible de suspecter, que je regarde comme la plus pure et la plus sainte des femmes, je la livre comme adultère aux horreurs de l'infamie et aux rigueurs d'une loi inexorable ; puis-je me rendre coupable d'une pareille injustice ? Je ne puis donc me taire sans manquer à l'honneur, ni parler sans manquer à la justice. »

Placé dans cette situation sans issue, l'homme de Dieu consulta la prudence, sa seule conseillère, et lui demanda ce qu'il avait à faire pour ne transgresser aucun devoir. Et la prudence lui répondit que, pour sauver la justice et l'honneur, il ne lui restait d'autre moyen que de quitter sa très sainte épouse. C'était se sacrifier lui-même, c'était briser son cœur ; mais l'homme juste n'hésite pas, même devant le martyre, quand il s'agit du devoir. Joseph, c'est l'homme vraiment juste, dit Saint Matthieu : *cum esset justus ;* il voulut quitter Marie, pour ne pas la livrer à l'infâmie : *cum nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam.* Et confirmant d'un mot l'explication que nous donnons de ce texte, saint Bernard ajoute : c'est avec raison

qu'on appelle juste celui qui, pour ne pas mentir ou diffamer son épouse, préféra l'abandonner : *Merito ergo vir justus, ne aut mentiri aut diffamare cogeretur innoxiam, voluit dimittere eam* ».

Quominus autem hæc sententia nobis probetur, obstant sequentia :

1. Nemo Veterum locum hunc sic interpretatus est.

Quod spectat verba ex Divo Bernardo supra allegata, observanda sunt quatuor :

a) Auctor non indicat undenam verba illa desumpserit. Diu quæsivimus, eaque tandem invenimus in *homil. II, Super missus est.*

b) Perperam refert adverbium *merito* ad *vir justus,* cum manifeste referendum sit ad : *voluit dimittere eam.*

c) Infideliter citat Bernardum, omittendo adverbium maximi momenti. Scripsit enim Bernardus : voluit *occulte* dimittere eam ; non vero : voluit dimittere eam. Et re quidem vera :

d) Distinguit S. Bernardus inter rationem cur S. Joseph voluerit *dimittere* Mariam, et rationem cur *occulte,* et non palam. « *Quare voluit dimittere eam ? Quia prægnantis sese consortio Virginis judicabat indignum... Sed quare occultè et non palam ? Ne videlicet divortii causa inquireretur, exigeretur ratio. Quid enim vir justus responderet populo duræ cervicis, populo non credenti et contradicenti ? Si diceret quod sentiebat, quod de illius puritate comprobaverat, nonne mox increduli et crudeles Judæi subsannarent illum, lapidarent illam ?*

« *Quando namque veritati crederent tacenti in utero, quam postea contempserunt clamantem in templo ? Quid facerent necdum apparenti, cui postmodum impias manus injecerunt, etiam miraculis coruscanti ? Merito ergo vir justus, ne aut mentiri aut diffamare cogeretur innoxiam, voluit occulte dimittere eam.* »

Voluit igitur S. Joseph *occulte dimittere* eam, *ne divortii causa inquireretur,* et ante quidem partum, *Jesu adhuc tacente in utero, necdum apparente ;* nequaquam

vero voluit eam dimittere ne post partum mentiri aut diffamare cogeretur innoxiam.

Itaque Auctori nostro patrocinari videtur Bernardus truncatus, nullatenus vero Bernardus integer. Hic porro, post propositam hanc priorem, non suam, sed Patrum, ut ait, sententiam, alteram subjungit multo probabiliorem, atque laudati Auctoris opinioni æque contrariam : « *Sin vero aliter quis sentiat,* inquit, *et Joseph sicut hominem dubitasse contendat, sed quia justus erat noluisse quidem habitare cum ea propter suspicionem, nec tamen quia pius erat traducere voluisse suspectam, et ideo voluerit occulte dimittere eam : breviter respondeo etiam sic dubitationem illam Joseph fuisse necessariam, quæ divino meruit certificari oraculo. Sic quippe scriptum est : Hæc autem eo cogitante... de Spiritu Sancto est.* »

2. Sensu verborum obvio ac naturali, S. Joseph voluit Virginem prægnantem *hic et nunc occulte dimittere,* quia noluit eam *hîc et nunc traducere* seu infamare. Ipsum vero de futura necessitate aut mentiendi aut innoxiam diffamandi tunc sollicitum fuisse, innuit in contextu nihil, suspicatus est Veterum nemo.

3. Verba Angeli : *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam : Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est...* eò spectant ut, indicatâ causâ supernaturali graviditatis B. M. Virginis, adeoque remotâ omni suspicione adulterii, S. Joseph non timeret accipere Mariam conjugem suam, non vero ut instrueretur quomodo cum ea usque ad partum manere posset, quin aut mentiri aut innoxiam diffamare cogeretur. Sic enim exponenda sunt : « Tu quidem metuis eam tibi adjungere, quod cum concepisse eam, et tamen non ex te scias, ex alio viro per adulterium concepisse putes : verùm ego tibi affirmo ejus conceptum, sicut non est ex te, ita nec ex alio esse viro, sed de Spiritu sancto, qui ut uxoris castitatem non temeravit, ita longe sanctiorem reddidit, ut merito ob tantam uxoris tuæ

dignitatem gaudere debeas... » Jans. Gand. Non verò sic : « Ne crains pas de rester avec Marie, ton épouse ; son Fils, c'est le Fils de Dieu, *mais tu peux aussi l'appeler ton Fils, parce que le Père des cieux t'a constitué son représentant sur la terre...* » Hæc ultima verba : *mais tu peux aussi l'appeler ton Fils...* pandunt quidem mentem sui auctoris, Angeli vero sententiam minime referunt.

4. Ex iisdem verbis Angeli : *Noli timere...,* nequaquam sequitur Jesum *vere* putari dicique potuisse filium Joseph. Jam vero constat Jesum in tabulis genealogicis inscriptum fuisse tanquam filium Joseph, talemque vulgo putatum dictumque fuisse. An igitur S. Joseph, post partum Jesu, tacendo mentitus est ? Nam etiam post Angeli declarationem sic ratiocinari debuit : « Si je me tais, par amour et par respect pour mon épouse, j'affirme un odieux mensonge, je réclame la paternité d'un enfant qui n'est pas le mien... » *Ad hominem* arguimus. Nodum igitur præsentis difficultatis non solvit laudati Auctoris explanatio.

5. Verborum : *Cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam* expositio maxime obvia naturalisque hæc est : « *Cum esset justus,* studiosus virtutum cultor, *et nollet eam traducere,* infamare, in jus trahere, *voluit occulte dimittere eam. Dimittere,* quia justus erat, *occultè,* quia traducere nolebat ; *dimittere,* ut conscientiæ suæ satisfaceret ; *occulte,* ut uxoris famæ consuleret ; *dimittere* denique, ne adulteram fovens criminis particeps fieret, et adulterini partûs stultus obsequutor ; *occulte,* ne in progeniem suam crudelis, et in puellæ, moribus hactenus inculpatissimis, pro ætate ac sexu fragilitatem durus esset. Volvebat enim secum ipse animo suo, numquam se ejusmodi comperisse virginis mores, in quos caderet adulterii suspicio ; sed vincebant probitatis opinionem indubitata conceptus indicia » Luc. Brug. Interpretatio vero laudati auctoris minime naturalis, sed longissime quæsita est.

6. Tandem idem Auctor parum sibi constat. Hæc enim tria profitetur :

a) Saint Joseph ignorait complètement le mystère de l'Incarnation. Il n'avait été, sous ce rapport, favorisé jusque-là d'aucune révélation ; et comme il était le plus humble des hommes, jamais il ne lui vint à l'esprit qu'il pût être l'époux de la Vierge qui, d'après Isaïe, devait enfanter le Sauveur.

b) Jamais Joseph ne suspecta son épouse, ni ne cessa de croire, même un seul instant, à sa parfaite sainteté.

c) Cependant, tout en étant persuadé de la parfaite innocence de la Vierge, il ne pouvait s'empêcher de voir que bientôt elle deviendrait, mère.

Jam vero

a) Si Joseph indubitata conceptus indicia videbat, mysteriumque Incarnationis omnino ignorabat, quid prohibet quominus suspicari potuerit Mariam, quam non ex se concepisse certo noverat, seductam aut oppressam fuisse ? Quid aliud suspicari potuit vir humillimus, utpote qui ne momento quidem cogitavit, quod in ea natum erat, fortasse de Spiritu sancto esse ?

Obstare dicit Auctor erroneam hanc suspicionem minuere et obscurare meritum S. Joseph, ac B. Virginis honori nonnihil detrahere.

At contra, Veteres inde ansam arripiunt, tum ad extollendum meritum S. Joseph, tum ad confirmandam bonam famam B. Virginis :

« Et sane, ait Jans. Gand., raræ cujusdam et prodigiosæ justitiæ et bonitatis erat, cum sponsæ tumentem uterum, et indubitata conceptus signa videret, nec expostulare cum uxore, nec queri apud affines, nec zelotypia discruciari, nec in jus ire et ad pœnam rapere, sed suos æstus apud semet premere, tantumque in animo suo de secreto divortio cogitare ».—« Josephum, ait Jans. Gand., ob id Deus fluctuare secum, ac de virginis pudicitia dubitare permisit, quò sic angelicæ

confirmationi locus fieret, ac per illius dubitationem omnis a mentibus nostris dubitatio tolleretur ». Simili modo « permisit Deus S. Thomam dubitare de resurrectione Christi, ut ipse, tangens Christi vulnera, fieret testis irrefragabilis resurrectionis ejusdem » a Lapide.

b) Si Joseph ne momento quidem dubitavit de perfecta innocentia et sanctitate Virginis, qua bonitate, qua charitate, qua justitia dimittere potuit sponsam aut uxorem innoxiam ? Quid cogitaturi erant parentes et noti de sponsa aut uxore gravida, a viro tam justo tamque mansueto dimissa ? An non suspicaturi erant eam repudiatam esse propter aliquam fœditatem, fortasse propter adulterium ? An hoc erat prudenter et amanter consulere honori, famæ, solatio Virginis innocentissimæ ? An Joseph sive ante partum, sive post partum, aut tacendo mentiturus erat, aut loquendo diffamaturus innoxiam ? An onus alterutrum faciendi conjecturus erat in ipsam Virginem, utut dilectam ?

In quodcumque igitur latus sese vertat laudatus Auctor, contradictionis aculeum sentire cogitur.

His omnibus æquâ lance libratis, judicet sagax Lector utrum nova hæc explicatio revera sit « *tout à fait satisfaisante* », qualis Auctori suo videtur, an vero sententiæ Veterum quam supra probavimus longe postponenda. Sane merito solemne habent Interpretes catholici, ut « *nemo bibens vetus, statim velit novum : dicit enim : Vetus melius est* » Luc. V, 39.

Veterum sententiam probabiliorem dilucide sic exponit Jans. Gand. « Significatur tantam fuisse justitiam Joseph (ut justitia generalis est virtus) ut duo vellet, nempe et consulere sibi, ne cohabitando adulteræ videretur favere crimini, et consulere conjugi, ne vituperaret eam, et pœnæ legis obnoxiam faceret, atque ideo medium elegisse, ut sc. occulte dimitteret eam. Porro modus dimittendi occulte fuisset non per exilium,

ut opinatur Tostatus, sed per libellum repudii ei secreto datum. Neque enim necesse erat eum publice dare, neque causas repudii in eo explicare ».

Sententiam vero S. Basilii, juxta quam S. Joseph B. Virginem dimittere voluit eò quòd prægnantis sese consortio Virginis judicaret indignum, merito rejicit R. P. Berthe, utpote cui verba Angeli : Noli timere accipere Mariam conjugem tuam : *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est,* refragantur aperte.

G. V. D. P.

II

DE SS. CORDIS PROMISSIONIBUS.

—

Bibliographia. *Vie et œuvres de la Bienh. Marg. Mar. ; publication du monastère de la Visit. de Paray-le-Monial.* 2 vol. Fere unice continet documenta — 1am editionem 1867 citabimus.— *Courte biographie et lettres inédite de la B. M.-M.* Toulouse, 1890 — *Promesses de N. S. J. C.* (R. P. Franciosi). Montreuil-sur-Mer 1893, 35 pp. Est collectio textuum authenticorum in quibus exhibentur promissa Christi Domini.

L. Leroy. *De SS. Corde Jesu ejusque cultu tractatus philosophicus historicus dogmaticus et asceticus.* Leodii 1882. p. 100 sq., 330 sq. — J. Nix S. J. *Cultus SS. Cordis Jesu sacerdotibus præcipue et theologiæ studiosis propositus.* Frib. 1889. p. 63 sq., 140 sq. — J. B. Terrien S. J. *La dévotion au S. Cœur de J. d'après les documents authentiques et la théologie.* Paris 1893 p. 359 sq. — *Le Messager du Cœur de Jésus : la grande promesse.* H. Ramière, (t. XLIII, p. 182); *ce que donne le S. Cœur,* P. Suau (t. LXVII p. 695; t. LXVIII, p. 53.) — R. P. Frecenon : *Les promesses du S. Cœur.* Abbeville, 300 pp. (pietate magis quam theologica aut historica substantia notandum). — Vitæ B. M. M. conscriptæ a variis auctoribus ex. gr. R. P. Croiset, Ill. J Languet et E. Bougaud, etc. — P. Pouplard S. J. *Un mot sur les visions, révélations et prophéties,* Paris, 1896.

Quo impensius, Ecclesiæ votis annuentes, pietatem in SS. Cor Jesu foveant, verbi divini præcones, præmia a Christo Domino sui Cordis cultoribus promissa, haud raro nec infelici conamine fidelibus proponere solent. Quibus non ingratum fore duximus de

harum promissionum tum (A) authentia, tum (B) sensu in genere, tum (C) in specie de ultima perseverantiæ promissione (cf. *Collat.* I, p. 150) paulo accuratius instituere examen.

A. De promissionum authentia

1. *De fontibus.* — Pollicitationes, quæ SS^i Cordis dicuntur, authentice hauriuntur ex scriptis Beatæ Margaritæ-Mariæ Alacoque, cui amantissimus Salvator eas diversis temporibus revelare dignatus est. Quum autem in his scriptis nec omnes simul, nec digesto ordine sed variis in locis, longiori contextu dispersæ invenirentur, fuerunt postea, ad fidelium usum et latiorem diffusionem, in unum collectæ, breviori sermone conceptæ et redactæ in compendium quod multorum manibus teritur et cujus lectio communior sic sonat :

1. Je leur donnerai toutes les grâces nécessaires dans leur état ;
2. Je mettrai la paix dans leurs familles ;
3. Je les consolerai dans toutes leurs peines ;
4. Je serai leur refuge assuré pendant la vie et surtout à la mort ;
5. Je répandrai d'abondantes bénédictions sur toutes leurs entreprises ;
6. Les pécheurs trouveront dans mon Cœur la source et l'océan infini de la miséricorde ;
7. Les âmes tièdes deviendront ferventes ;
8. Les âmes ferventes s'élèveront rapidement à une grande perfection ;
9. Je bénirai même les maisons où l'image du Sacré-Cœur sera exposée et honorée ;
10. Je donnerai aux prêtres le talent de toucher les cœurs les plus endurcis ;
11. Les personnes qui propageront cette dévotion auront leur nom écrit dans mon Cœur et il n'en sera jamais effacé ;

12. L'amour tout-puissant de mon Cœur accordera à tous ceux qui communieront les premiers vendredis, neuf mois de suite, la grâce de la persévérance finale.

Ut hujus symboli sensus intimior perspiciatur, recurrendum esse patet ad textus primigenios, quorum unus alterve exempli causa hic subjicitur :

« Alors il m'a confirmé que le plaisir qu'il prend d'être aimé, connu et honoré de ses créatures est si grand, que, si je ne me trompe, il m'a promis que tous ceux qui lui auront été dévoués et consacrés ne périront jamais ; et que, comme il est la source de toutes bénédictions, il les répandra avec abondance dans tous les lieux où sera posée et honorée l'image de son divin cœur ; qu'il réunira les familles divisées, et protègera et assistera celles qui seraient en quelque nécessité et qui s'adresseront à lui avec confiance ; qu'il répandra la suave onction de son ardente charité sur toutes les communautés qui l'honoreront et se mettront sous sa spéciale protection ; qu'il en détournera les coups de la divine justice pour les remettre en grâce lorsqu'elles en seront déchues... » (*Vie et œuvres,* II, p. 68. — Cf. p. 64.)

« C'est proprement dans ce Sacré Cœur qu'elles trouveront un lieu de refuge pendant toute leur vie et principalement à l'heure de la mort... Mon divin Maître m'a fait connaître que ceux qui travaillent au salut des âmes travailleront avec succès et sauront l'art de toucher les cœurs les plus endurcis, s'ils ont une tendre dévotion à son Sacré Cœur et s'ils travaillent à l'inspirer et à l'établir partout. » (Lettre à son Directeur dans *l'Abrégé de la vie de la sœur M.-M. Alacoque* par R. P. Croiset ; ch. XII.)

II. *De revelationibus B^a M.-M. factis in genere.* — Quum hujusmodi revelationes, quæ privatæ dicuntur, ad fidei depositum non pertineant, nec ut veritates cum revelatis connexæ infallibili magisterio definiantur, neque catholica fide neque ecclesiastica (cf. *Collat.* I, p. 228) credendæ sunt. Possunt tamen et, saltem ab

eo cui vel pro quo fiunt, debent credi fide divina *privata,* si evidentia adsint motiva credibilitatis. « Quod pertinet ad Ecclesiæ judicium, quo hujusmodi revelationes privatæ aliquando approbantur, illud non eo spectat ut revelationes proponantur fidelibus fide divina credendæ, sed ut declaretur a) in iis nihil esse quod fidei catholicæ, bonis moribus et disciplinæ christianæ adversetur; b) sufficientia esse indicia veritatis, ut hujusmodi revelationes fide humana, pie et prudenter ac sine superstitione credi et ad ædificationem a fidelibus legi possint. » (FRANZELIN, *De Traditione* thes. 22, corol.).

Qua in re prudentes sequamur consilium Em. Card. Parocchi, qui revelationem aliquam B^æ M.-M. factam perpendens, in memoriam revocat verba S. Pauli : *omnia probate, quod bonum est tenete* (1 Thess. V, 21), et a duplici excessu cavendum censet, nimiæ nempe credulitatis, qua sine ratione solida cuncta admittuntur, et severitatis nimiæ, qua indiscriminatim omnia, neglecto examine, cum despectu rejiciuntur (1).

Historiam et scripta B^æ M.-M. legentem suaviter recreant supernæ revelationes assiduumque commercium cœleste, quo Christus Jesus animam illam sibi desponsatam visitavit et ad sanctitatem eximiam perduxit. Hæc autem omnia perlustranti de candidæ monialis veracitate ne levissima quidem occurret suspicio ; de mulieris vero scientia certa, ex spontanea et sæpe justa diffidentia erga revelationes fæminarum, dubium forsan aliquod oriri posset. Licet enim diabolicis artibus non fuerit decepta (2), quæret quis utrum phantasia et sensibilitate sibi ipsi illusa, proprios sensus

(1) *Annales Romaines,* 1896, col. 174.

(2) Vide opinionem matris Greyfié et R. P. De la Colombière, *Vie et œuvres,* I, p. 129-130 ; II, 346. — Christus ipse docet B^m M.-M. signa quibus discernatur quid in his rebus a Deo, non vero a dæmone aut a natura procedat (Ibid. I, 49, 145 ; II, 343, 363). Hæc autem signa passim in vita B^æ M.-M. occurrunt.

et cogitationes aliquoties non habuerit pro revelationibus sibi a Christo Domino factis.

Sed obstat imprimis quod ipsa sanctimonialis conceptus proprios a divinitus sibi immissis revelationibus apte discernit, dicens : « je ne souhaite pas que l'on donne aucune créance à mes pensées ou à ce que je dis qui n'est ni révélation ni vision » (*Vie,* II, p. 107).

Deinde vita sanctissima B^re^ M.-M. his præcipue virtutibus illustratur quibus tutius ab errore immunis servetur et Sponsi Cœlestis donis eximiis digna habeatur. « Mira quippe, ait Pius IX in decreto beatificationis, 19 Augusti 1864, in ipsa elucebat humilitas, singularis et in obtemperando alacritas et in quibusvis molestiis perferendis patientia, accuratissima legum vel minimarum observantia, in afflictando corpore assidua austeritas, nunquam intermissum precationis studium, cui dies noctesque quum instaret, alienato sæpe a sensibus animo, divinæ gratiæ donis uberrimis perfundebatur. »

Quod magis directe ad scopum nostrum confert, revelationes sponte non quærens, mere curiosa nunquam indagans, pluries, sed incassum, spiritui quo regebatur resistere et vias perfectionis ordinarias sequi conata est (1) ; non sola sibi placita audiebat, sed interdum reprehensa, desolatione ac dolore minus perfecte gestorum pœnas luere coacta est (2) ; hæc omnia vel minutissima aut maxime secreta candide manifestabat superiorissæ ac confessario, quorum consiliis semper morem gessit (3) ; tandem ea litteris consignavit, non vane sibi complacens (4), sed Christo et confessario perfecte obediens (5) et reluctante desi-

(1) *Vie* II, p. 314, 320.
(2) *Vie* I, 72, 81, 143 ; II, 323, 330, 336, 363.
(3) *Vie* II, 314, 320.
(4) Scripta sua comburi desiderabat : *Vie* II, 16, 19, 40, 66, 161.
(5) *Vie* I, 48, 239 ; II, 270, 274, 289, 294.

derio quo « in oblivione ac despectu sepiliri » (*Vie,* I, 16) vehementer exoptabat (1).

Nec difficultatem ingerant verba dubitationis quæ passim occurrunt, puta *je crois que, il me semble, si je ne me trompe.* Nam superiorissa, mater Greyfié, monialem sibi subditam hortata fuerat ut de gratiis extraordinariis, nonnisi adjectis hujusmodi formulis, ageret (2). Ceterum eadem pluries memorans, nunc locutione dubitativa utitur, tunc asseveranter affirmat, imo tales locutiones ne tunc quidem omittit, quum maximam præ se fert in narrando certitudinem (3). Tandem ubi vero dubio anceps fluctuare videtur, ipsis verbis liquet illud non oriri ex claritatis objectivæ defectu sed ex animo profundissimæ humilitatis, qua omni gratia indignissimam sese reputabat (4). Unde, quin testimonii valorem minuant, fidem potius adaugent tanta in scribendo modestia tantaque humilitas et obedientia, quas Christus ipse dilectam sui Cordis discipulam docuerat, dicens :

(1) *Vie* II, 67, 162, 294, etc. — Cf. Leroy, op. cit. n. 96.

(2) *Vie et œuvres*, I, p. 130.

(3) Ita loquitur de magna apparitione qua donata fuit in festo S. Joannis Evangelistæ : « Il me l'ouvrit (son cœur) pour la première fois, mais *d'une manière si effective et sensible qu'il ne me laissa aucun lieu d'en douter,* pour les effets que cette grâce produisit en moi, *qui crains pourtant toujours de me tromper en tout ce que je dis se passer en moi.* Et voici *comme il me semble* la chose s'être passée en moi. » (*Vie* II, p. 325). — « La première grâce qu'il *me semble* avoir reçue pour cela, ce fut... le *souvenir et l'impression m'en resteront toute ma vie.* » (*Lettres inédites*, p. 141). De eadem apparitione loquitur sine ulla dubitatione : *Vie*, I, 86. — Scribit feria VI post octavam SS. Sacramenti : « que de grâces de sanctification et de salut ce divin Cœur a répandues sur ses dévôts, à ce jour de sa fête, et *avec quelle ardeur réitère-t-il toutes les promesses qu'il m'a faites en leur faveur de ne les point laisser périr !* » (*Vie* p. 200). Cf. *Vie*, II, 280.

(4) « Ne me trompé-je point ? Je sais que Dieu se plaît quelquefois à faire ses libéralités à ceux qui le méritent le moins ; mais enfin *mes imperfections me donnent grand sujet de craindre* que tout ceci ne soit vanité et illusion. » (*Vie*, II, 279). « J'espère aussi que vous me direz votre sentiment, sic scribit directori R. P. Rolin, car je ne sais que penser lorsque je considère d'un côté tant de grâces et de l'autre une vie si peu conforme à de si grands bienfaits. » (*Vie*, II, p. 271).

« Je t'ai choisie comme un abîme d'indignité et d'ignorance pour l'accomplissement de ce dessein, afin que tout soit fait par moi » (*Vie,* I, 74) (1). « Mais écoute, ma fille, ne crois pas légèrement à tout esprit, ne t'y fie pas ; car Satan enrage de te décevoir ; c'est pourquoi ne fais rien sans l'approbation de ceux qui te conduisent, afin qu'ayant l'autorité de l'obéissance, il ne te puisse tromper : car il n'a point de pouvoir sur les obéissants » (*Vie,* II, 328) (2).

III. *De revelationibus majoribus.* — Inter plures, quibus B^a M.-M. divinitus donata est, apparitiones ac revelationes, omnium suffragio eminent tres vel quatuor, quæ ideo *revelationes majores* nuncupari solent, quia clarius sese Christus manifestare et totam cultus sui Cordis œconomiam declarare dignatus est (3). De illis agit s. m. Pius IX dum scribit in solemni decreto beatificationis Margaritæ-Mariæ, die 19 Augusti 1864 :

« Ad tam salutarem ac debitum pietatis cultum (SS. Cordis) instituendum lateque inter homines propagandum, *eligere Servator Noster dignatus est Venerabilem Famulam suam Margaritam Mariam Alacoque...* quæ quidem et innocentia vitæ et assidua virtutum omnium exercitatione, *tanto officio ac munere, divina adjuvante gratia, se dignam probavit...* »

« Ante augustissimum Eucharistiæ Sacramentum eidem ferventius oranti *significatum est a Christo Domino gratissimum sibi fore si cultus institueretur Sacratissimi sui Cordis,* humanum erga genus charitatis igne flagrantis, ac *velle se hujus rei curam ipsi demandatam.* »

Quin illud decretum plus æquo extendamus, concludere licet : *a)* missionem B^a M.-M. a Christo collatam ab Ecclesia agnitam ac probatam esse ; *b)* B^m M.-M.

---

(1) Cf. *Vie,* II, 315.

(2) Cf. *Vie,* II, 314, 317, 321, 324, 328, etc.

(3) Cf. *Vie,* I, 74, 77, 86, 93 ; II, 274, 325, 327, 355. — Lercy, op. cit. append. III, p. 330-335. Bougaud. *Hist. de la B. M.-M.* chap. IX.

munere sibi demandato digne functam esse ; *c)* majorum revelationum genuinitatem agnitam fuisse, saltem quoad manifestationem cultus SS. Cordis instituendi et officii Bæ M.-M. divinitus collati (1).

IV. *De promissis.* — Non eo ipso, ut patet, in globo probantur omnes revelationes promissionesque eidem beatæ moniali factæ. Ad sola autem promissa generalia quibus Redemptor personis in Cor suum devotis præmia pollicitus est, quæstionem coarctantes, de horum authentia pressius inquirendum nobis est.

1° Contendunt nonnulli horum genuinitatem extra dubium positam esse, quia omnia scripta Bæ M.-M., in processu beatificationis, duplici examini subjecta et approbata fuerunt notatim decreto S. C. Rit. sub die 26 Sept. 1827. Sed tali judicio exhibetur tantum testimonium authenticum in scriptis nihil repertum fuisse, sive contra fidem aut mores, sive contra scribentis sanctitatem heroicam. Inde tamen deducitur veritatis indicium eo validius, quod a scriptis Bæ M.-M. exulant non solum theologice falsa sed etiam illa mira, inutilia et incongrua quæ in spuriis revelationibus occurrere solent (2).

2° Quid de hisce promissis positive sentiat Ecclesia, eruitur ex aliis documentis, quæ licet rem non dirimant, haud spernenda tamen gaudent auctoritate. Pontifex enim gloriose regnans cuidam revelationi Bæ M.-M. factæ innititur ut omnium animos ad spem in faustiora tempora erigat (3) ; in litteris autem apostolicis, quibus SS. Cordis festum evehit ad ritum duplicis primæ classis, sic scribit : « magnorum facta

(1) Cf. Leroy, p. 103.

(2) Cfr. *La cité mystique* de Marie d'Agréda et revelationes Catharinæ Emmerich, de quibus agitur apud *Analecta Juris Pontificii*, an. 1862, 1863, 1867, et ap. *Revue des sciences ecclésiastiques*, t. LXI ; 541 ss.

(3) Allocutio 11 Nov. 1893, op. *Messager du S. Cœur*, (1893) t. LXIV p. 674.

præmiorum promissione, eorum spe Jesus omnes ad se invitat atque allicit » (1). Præterea in sacra liturgia agitur de « internis locutionibus » quibus Christus « sponsam suam illustrare instituit », et « inter varias apparitiones », specialis mentio fit de « magnis propositis gratiarum præmiis » (2) et publica tandem oratione deprecatur Ecclesia Christum Dominum « qui investigabiles divitias Cordis sui Beatæ Margaritæ virgini mirabiliter revelavit. » (3)

3° In revelationibus majoribus, Salvator Noster jam generali modo omnigena dona et benedictiones sui Cordis cultoribus abunde pollicitus est. (4) Quæ promissio tam intimo nexu cum cultus revelatione cohæret ut, hac admissa, illa rejici non posse videatur. Quum autem priorem hanc pollicitationem mere evolvant ac specificent promissa postea facta, non est cur horum authentia in dubium revocetur.

4° Bæ M.-M. indubie divinitus commissum est ut SS. Cordis cultum longe lateque inter homines spargeret. Ut autem finem hunc assequeretur, revelatas sibi promissiones in medium proferens, præmiis nomine Jesu propositis, christianos omnes instantia et suavitate mirabili ad Salvatoris sui amorem allicere conata est. Quæ si essent falsa, dicendum videretur, vel Bm M.-M. scienter nomine Jesu in errorem nos induxisse, vel Dominum procuratori suæ media denegasse necessaria quibus legatione sua rite fungeretur. Nemo autem non videt, primum Bæ M.-M. sanctitati heroicæ repugnare, alterum vero cum divina sapientia et bonitate ægerrime componi posse.

Quibus omnibus perpensis, censemus illas promissiones, nedum sint ut ægræ mentis somnia deridendæ,

(1) Litter. Apostol. 28 Junii 1889.
(2) Officii Bæ M.-M., 17 Octob. lect. 5.
(3) Ibid. oratio.
(4) Leroy, op. cit. p. 334.

aptissime potius ad propriam vel aliorum erga SS. Cor Jesu pietatem fovendam, adhiberi posse, dummodo nec fidei veritatibus æquiparentur, nec dubiorum admixtione aut falsa interpretatione a legitimo sensu detorqueantur.

C. C.

(Sequetur).

Jurisprudence administrative

De l'usage des cloches et des clochers des églises

(Voir les *Collationes,* II, 36).

—

Deuxième opinion. Certains jurisconsultes libéraux, jouissant d'ailleurs d'une grande autorité, défendent un système diamétralement opposé à celui que nous venons d'établir ; ils enseignent une théorie qui, en dernière analyse, *revient à octroyer au pouvoir civil, à titre d'autorité, l'usage presque exclusif des cloches.* D'après eux, le législateur de l'an X a voulu que cet usage fut *entièrement réglé* par l'autorité civile. « Appliquées alternativement à deux fins, l'une religieuse, l'autre civile, les cloches sont au nombre des matières mixtes dont le domaine appartient incontestablement au souverain, au magistrat politique »... Elles « n'ont été mises à la disposition du clergé que pour appeler les fidèles au service du culte, et ce encore dans les limites d'un règlement à intervenir entre le chef diocésain et l'autorité civile ». Mesdagh de ter Kiele, *Réquisitoire à l'arrêt de Cassation* du 14 Mai 1883 (*Pasic.,* I, 228). « L'Evêque propose, fait connaître les besoins du culte, et le préfet dispose... L'Evêque ne stipule pas ; il sollicite du pouvoir civil la faveur pour son clergé

de sonner à des heures déterminées. » (*Belgique judiciaire,* 1883, p. 1540). — Pour ce qui concerne l'usage des cloches *pour toute autre cause*, « l'administration communale est souveraine appréciatrice des motifs qui justifient cet emploi ; elle *dispose* des cloches dans l'étendue de sa responsabilité, sous le contrôle de l'autorité supérieure... Au chef de l'administration de chaque cité, et à lui seul appartient le droit *d'ordonner* une sonnerie pour toute autre cause que le service divin ». Mesdagh de ter Kiele, *l. c.* Comp. Vuillefroy, *Traité de l'administration du culte catholique,* Paris, 1842 ; Tielemans et De Brouckere, *Répertoire de l'administration,* V° Cloches ; Giron, *Le droit administratif,* n. 1120 ss., et *Dictionnaire de droit administratif,* V° Cloches, n. 4 ; Béltjens, *La constitution belge revisée,* 1894, p. 287 et p. 557 ; *Belgique judiciaire,* 1883, p. 1537 ss. ; *Pandectes belges,* V° Cloches. — Voyez dans le même sens, l'arrêt de Cassation du 14 Mai 1883 (*Pasic.,* I, 223), et surtout l'arrêt de la Cour de Gand du 21 Mai 1884 (*Pasic.,* II, 235).

Quelque déférence qu'il convienne d'avoir pour une opinion professée par des jurisconsultes aussi graves, nous ne pouvons nous empêcher de mettre sérieusement en doute la valeur des arguments qu'ils présentent à l'appui (1). Pas un seul ne nous paraît solide. Pas un ne résiste à la force d'une discussion calme, et libre de toute préoccupation politique.

En effet, quelles preuves apporte-t-on à l'appui de cette thèse qui constitue le renversement du texte de l'article 48 de la loi du 18 Germinal an X ?

Nous avons soigneusement compulsé ces preuves ; nous les proposerons, autant que possible, dans les

(1) Au reste, la plupart des auteurs cités croient jouir d'une autorité suffisamment grande pour pouvoir affirmer *sans preuves !* Ils se contentent d'enregistrer certaines décisions judiciaires ou de se transcrire mutuellement.

termes mêmes dont les auteurs se sont servis ; nous les examinerons à la lumière de la raison et du droit ; et nous laisserons au lecteur impartial le soin d'en apprécier la valeur.

1° En fait, sous *l'ancien régime*, « l'autorité civile a toujours été en possession du droit d'user des cloches de la paroisse à des fins profanes, et dans nos anciens recueils de lois, il ne manque pas d'ordonnances prescrivant cet usage aussi souvent que l'exigeait la nécessité publique, notamment à l'occasion de quelque désastre fortuit, tel qu'incendie, inondation, invasion de bandes armées, désordres graves, etc., et régulièrement tous les jours pour le couvre-feu et la fermeture des cabarets ». Mesdagh de ter Kiele, *l. c.* Comp. Giron, *Dict. de droit adm.*, V° Cloches, n. 4. « Les cloches, indépendamment de leur utilité comme moyen d'appel aux offices divins, ont de tout temps servi à avertir les citoyens de l'heure réglementaire de la fermeture des cabarets, à porter à leur connaissance les désastres fortuits se produisant dans la commune, comme aussi à leur rappeler les jours et heures des marchés annuels et des réjouissances publiques ». Or, la législation nouvelle, loin d'avoir dérogé sous ce rapport à l'ancien droit, en a plutôt confirmé les principes : les lois de la Révolution française « qui ont consacré l'indépendance du pouvoir civil, fait entrer les églises conservées au culte dans le domaine public communal, donné au clergé l'usage et la jouissance de celles-ci exclusivement pour le service du culte et, enfin, restitué à la commune seule le soin d'assurer la tranquillité publique » (Cour de Gand, 21 Mai 1884), prouvent que l'autorité communale n'a pas été dépouillée du droit de disposer des cloches, pour telles fins qu'elle juge nécessaires. Aussi voyons-nous que, sous les divers régimes qui se sont succédés depuis la Révolution, les cloches ont servi, et servent encore de

nos jours, à annoncer au peuple toutes les grandes solennités que la nation célèbre, etc. Mesdagh de ter Kiele, *l. c.*

R. Nous ne contestons pas que les cloches aient autrefois, comme aujourd'hui, servi exceptionnellement à des fins profanes ; nous ne contestons pas davantage que, dans certains cas, la sonnerie en ait été ordonnée par l'autorité civile ; mais ce que nous contestons absolument, c'est la légitimité des conclusions que l'on déduit de ces faits, à savoir que « bien longtemps avant la Révolution française de 1789, l'autorité civile a *seule* été en possession du *droit* de sonner les cloches pour cause profane », et qu'aujourd'hui « le service des sonneries purement profanes rentre *exclusivement* dans les attributions de la police locale », qui a le droit absolu de disposer des cloches pour *toutes* fins civiles. Cour de Gand, 21 Mai 1884. La tradition historique sur laquelle on se base ne justifie aucunement ces prétentions, comme il appert de l'exposé que nous avons donné de la doctrine et de la législation en vigueur sous l'ancien régime (1). Pour établir le prétendu droit de l'autorité communale, il faudrait prouver que les cas où les magistrats civils ont fait sonner les cloches ne rentrent pas dans le nombre de ceux dans lesquels l'ordre et la sûreté publics étaient intéressés ; que l'usage de sonner les cloches dans certaines autres circonstances ne s'est pas établi avec l'assentiment de l'autorité ecclésiastique ou en vertu d'une simple tolérance ; que certains usages ne sont pas de longs abus que leur durée ne saurait légitimer. Nos adversaires ont le grand tort de poser en règle ce qui ne forme que l'exception; et de déduire, de simples considérations de fait, des conclusions générales de droit. Ceci est particulièrement imprudent lorsqu'il

(1) Voir les *Collationes*, II, p. 38 ss.

s'agit de l'ancien régime sous lequel, à raison de l'union des deux puissances, le pouvoir civil s'immisçait facilement dans les attributions religieuses. Au reste, ne voyons-nous pas que les anciens jurisconsultes, tout en témoignant que, dans certaines circonstances, la sonnerie des cloches était ordonnée ou permise pour des usages profanes, enseignent d'autre part que « *régulièrement* les cloches d'une paroisse ne peuvent sonner que *de l'ordre ou du consentement du curé ?* » Durand de Maillane, *Dictionnaire de droit canonique,* V° Cloches.

Des observations qui précèdent, il résulte que l'argument tiré de l'ancien droit est loin d'être concluant, « à raison... de l'incertitude (tout au moins) qui règne au sujet des *droits* que possédait, antérieurement à la dite loi (du 18 Germinal an X), l'autorité civile quant à l'emploi des cloches pour usages profanes ». Arr. roy. du 8 Juin 1896. Aussi la Cour de Gand ne semble pas avoir eu pleine confiance dans la force de cet argument ; car, après avoir affirmé que « bien longtemps avant la Révolution Française de 1789, l'autorité locale a seule été en possession du droit de sonner les cloches pour cause profane », elle avoue elle-même qu' « il en a *parfois* (?) été autrement et que, notamment dans *certaines provinces* (?), les cloches ne pouvaient, en principe, être employées aux usages profanes que dans les cas de nécessité et seulement du consentement du curé et des paroissiens (Denisart, V° *Cloches*) » ; et elle s'empresse de fournir d'autres preuves empruntées « aux lois de la Révolution française (1). »

2° « L'affectation des cloches à cette destination profane et d'intérêt communal, dit la Cour de Gand, se rattache étroitement à *la mission exclusivement confiée*

(1) Pourquoi ne pas plutôt argumenter des lois de restauration, et notamment de l'art. 48 de la loi du 18 Germinal an X, combiné avec l'art. 1 du Concordat et les articles 14 et 16 de la Constitution belge ?

aux municipalités par la loi des 16-24 Août 1790 (titre XI, art. 3) et celle des 19-22 Juillet 1791 (art. 46) (1), l'une et l'autre publiées en Belgique, au moins quant à leurs dispositions les plus essentielles, *d'assurer le bon ordre et la tranquillité publique dans la commune*... et par suite de disposer à cette fin des objets et moyens d'avertissement consacrés par une coutume constante et dont l'origine remonte à plusieurs siècles ». Arrêt du 21 Mai 1884. Comp. *Belgique judiciaire,* 1884, p. 661 et Mesdagh de ter Kiele, *l. c.*, p. 228.

R. D'abord, comme le fait justement remarquer l'arrêté royal du 8 Juin 1896, de ce raisonnement « se dégage cette conséquence que le droit de l'autorité communale d'employer les cloches des églises est subordonné à la condition que les sonneries aient lieu *en vue des besoins de la police locale* » ; et « dès lors... on doit reconnaître que la dite autorité sort de ses attributions et viole la loi quand elle décide, malgré l'opposition du curé, que les cloches seront sonnées dans un autre but que celui de maintenir le bon ordre et la tranquillité publique dans la commune ». Cette seule observation montre déjà l'insuffisance de l'argu-

(1) La loi des 16-24 Août 1790, titre XI, art. 3, définit en termes généraux les objets de police qu'elle confie à la vigilance et l'autorité des corps municipaux, à savoir : « Le maintien du bon ordre dans les endroits où il se fait de grands rassemblements d'hommes, tels que foires, marchés, réjouissances et cérémonies publiques, spectacles, jeux, cafés, *églises* et autres lieux publics ». (Nous regrettons pour l'honneur de la législation de rencontrer un pareil texte qui place sur le même rang les rassemblements d'hommes, tels que foires, marchés, etc. et ceux des fidèles assemblés pour rendre à Dieu l'hommage qui lui est dû, et lui offrir leur vœux et leurs prières. Les églises méritaient au moins une place à part, et qui ne fût pas entre les cafés et autres lieux publics). La loi des 19-22 Juillet 1791, titre I, art. 46, autorise les corps municipaux à faire des arrêtés contenant les précautions locales sur les objets confiés à leur vigilance par la loi des 16-24 Août 1790. Voir Giron, *Dictionnaire*, V° Police communale, n. 9 et n. 18.

ment invoqué pour justifier la thèse libérale d'après laquelle le bourgmestre peut, sans le concours du curé, disposer des cloches pour *tous* usages civils.

Du reste, la mission confiée à l'autorité communale d'assurer le bon ordre et la tranquillité publique dans la commune, implique-t-elle nécessairement le droit de disposer des cloches des églises en vue de tous les besoins, même *ordinaires*, de la police locale, par exemple, pour annoncer l'heure de la retraite ? Nous ne le pensons pas (1). Le *seul* droit qui résulte pour la commune des dispositions des lois de 1790 et 1791, combinées avec l'article 48 de la loi du 18 Germinal an X qui est postérieure, c'est celui « d'apprécier, selon les circonstances, si le son des cloches peut être une cause de trouble ou d'alarme, en faisant défense de les sonner pour une cause étrangère aux besoins du culte, sans la pérmission de la police locale ». Arrêt de la Cour de Cassation du 14 Mai 1883. Comp. Giron, *Dictionnaire,* V° Cloches, n. 4 ; et l'arrêt de la Cour de Gand du 3 Avril 1883 (*Pasic.*, II, 166).

C. V. C.

(A suivre).

Ex sacra Congregatione Rituum

QUEBECEN.

R^mus^ D^nus^ Nazarius Begin, Archiepiscopus Cyrenensis, Administrator Diœcesis Quebecensis, Sacram Rituum Congregationem pro sequentium dubiorum solutione humiliter rogavit ; nempe :

(1) Nous reviendrons sur ce point lorsque nous traiterons des conséquences et applications pratiques du système que nous défendons.

I. Ex peculiaribus Indultis Diœcesi Quebecensi concessis, solemnitas quorundam festorum de præcepto transfertur in Dominicam proximam sequentem, vel, ea impedita, in Dominicam proximam antecedentem ; atque ita, ut in Ecclesiis, ubi fit officiatura cum cantu, Missa et Vesperæ solemnes de hisce festis, additis Commemorationibus juxta Rubricas, peragantur ; in aliis vero unica Missa lecta celebretur. Hinc quæritur : An subsistat die, qua celebratur Officium transferendæ vel translatæ solemnitatis :

1. prohibitio celebrandi Missam in Oratoriis mere privatis, et Missam exequialem præsente corpore ?

2. obligatio Parochorum Missam applicandi pro populo ?

3. facultas Episcopo concessa conferendi Ordines Sacros diebus festivis de præcepto ?

II. Utrum eædem solemnitates celebrari possint in festis Circumcisionis Domini et Ssmæ Trinitatis, die octava Epiphaniæ, Dominica Passionis et Dominica in Albis, quæ festa quælibet alia, etiam Duplicia primæ classis, excludunt ?

III. An, pluribus occurentibus solemnitatibus transferendis, una vel altera possit ad libitum omitti vel saltem simplificari per Commemorationem sub unica conclusione, cum oratione Dominicæ primæ classis vel festi, aut solemnitatis ritu aut privilegio superioris ?

IV. Utrum in parochiali Ecclesia, cujus titulare festum ipsa die fuit a populo ex devotione celebratum, solemnitas debeat nihilominus die Dominica peragi ?

V.....

VI.....

VII.....

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, omnibus mature perpensis, exquisitoque voto Commissionis Liturgicæ, ita propositis dubiis respondendum censuit, videlicet :

Ad. I. « *Negative quoad 1um. Affirmative quoad 2um et 3um* ».

Ad. II. « *Negative* ».

Ad. III. « *Fiat de solemnitate digniori et minus digna transferatur in proximiorem Dominicam liberam* ».

Ad. IV. « *Affirmative* ».

Ad. V.....

Ad. VI.....
Ad. VII.....
Atque ita rescripsit, Die 6 Martii 1896.

CAJ. Card. ALOISI-MASELLA S. R. C. Præf.
A. Tripepi, Secretarius.

L. † S.

Post editum hoc decretum jam quærebatur utrum resolutiones datæ pro diœcesi Quebecensi æque valerent pro diœcesibus Galliæ et Belgii. In his namque, juxta indultum 9 Aprilis 1802 pro toto Galliarum reipublicæ territorio, prouti tunc existebat, datum, festa Epiphaniæ, Corporis Christi, SS. Apostolorum Petri et Pauli et S. Patroni Principalis loci, quorum feriatio seu obligatio audiendi sacrum et abstinendi ab operibus servilibus in die propria abrogata est, transferuntur quoad solemnitatem in Dominicam sequentem. Plures scriptores opinabantur responsa data pro Quebecensi applicanda esse ubicumque idem indultum transferendi festa fuerit concessum, ideoque etiam in nostra regione quoad quatuor festa enumerata, et deducebant disciplinam antiquam in plurîbus mutari et plura decreta anteriora abrogari, quia in decreto non continetur nova concessio particularis pro Diœcesi Quebecensi, sed fit interpretatio legum quæ translationem solemnitatum regunt (1).

Hæc sententia jam certa evasit per novam declarationem qua respondetur dubio nomine Episcopi Andegavensis proposito et cujus tenor hic sequitur :

Beatissime Pater,

Redactor Calendarii diœcesis Andegavensis, ad pedes Sanctitatis Vestræ provolutus, Sacram Rituum Congregationem, de sui Episcopi licentia, pro sequentis dubii solutione humiliter rogat, nempe :

(1) Cfr. *Ephem. liturg.*, 1896, p. 202 ; *Revue Théol. Française*, 1896, p. 278 et 481, 1897, p. 96.

Die 6 martii 1896, Sacra Rituum Congregatio, sententiam suam elicere dignata est circa varia dubia a R^mo Archiepiscopo Cyrenensi, Administratore Diœcesis Quebecensis proposita. Quum autem in nonnullis Ephemeridibus, quidam viri doctissimi contenderint plures ex his declarationibus nullius roboris esse quoad festa translata in Gallia ex indulto E. Cardinalis Caprara, quæritur :

Utrum responsa super septem dubiis propositis, et specialiter super primo quoad missæ celebrationem in oratoriis mere privatis et missam exequialem præsente corpore, diœceses Galliæ spectent ?

Et Deus...

Andegavi, die 2 augusti 1896.

Ex Secretaria S. Rituum Congregationis die 4 decembris 1896.

Sacra Rituum Congregatio, audito voto Commissionis Liturgicæ, omnibusque rite perpensis, infrascripto dubio respondendum censuit :

Affirmative, quia ubi idem indultum, ibi eadem declaratio.

Atque ita rescripsit hac ipsa die 4 decembris 1896.

PHILIPPUS DI FAVA, *Substitutus.*

Cum igitur S. C. R. rescribat responsa *in Quebecensi* spectare diœceses Galliæ (et consequenter Belgii), quia « ubi idem indultum, ibi eadem declaratio », ex duobus documentis sequitur :

1° Missa exequialis corpore præsente deinceps permittitur in festis Epiphaniæ, SS. Apostolorum Petri et Pauli, Patroni loci, (nisi occurrant in Dominica), et in festo Corporis Christi ; manet autem prohibita in Dominica in qua solemnitas horum festorum celebratur. Per decretum ergo 6 Martii 1896 revocantur plura alia, nominatim *in Namurcen.* 23 Maii 1835 ad dub. 14, q. 6 ; aliud *in Quebecen.* 31 Aug. 1872 et decr. *in S. Deodati* 20 Martii 1880, quibus expresse statuebatur missam exequialem, etiam corpore præsente, prohiberi tum in ipsis diebus festis primæ classis per se de

præcepto, quarum solemnitas ex indulto transfertur in Dominicam, tum in ípsa Dominica in quam transfertur.

2° Obligatio tamen, qua tenentur Parochi, celebrandi pro grege subsistit pro utroque die festi et Dominicæ Solemnitatis.

3° Missa in oratorio privato vetita censenda est in sola Dominica solemnitatis (1), non in die festi nisi hoc incidat in Dominicam.

4° Si Episcopus facultatem habet conferendi ordines *extra tempora* diebus festivis de præcepto, facultas manet pro festis abrogatis quorum solemnitas transfertur.

5° Juxta decretum ad II non amplius solemnitas festi Patroni celebrari potest in festis Circumcisionis et SS. Trinitatîs nèc in die Octâva Epiphaniæ, Dominica Passionis et Dominica in Albis, quia cum officia horum dierum excludunt quæcumque alia festa etiam primæ classis, excludunt quoque missam solemnitatis festi translatæ. Post decretum ergo *in Quebecensi,* admitti jam non potest quod docet De Herdt, tom. II. n° 297, R. 4 de liceitate cantandi missam solemnitatis in Dominicis Passionis, in Albis et Trinitatis, hoc enim expresse nunc prohibetur per decretum ; insuper ratio quam affert « quia hæ Dominicæ in rubricis generalibus tit. VI non excipiuntur » etiam nullius valoris evasit per decretum *in Strigonien.* 3 Julii 1896, ad II (2), quo declaratur missam votivam solemnem de Patrono transferendo *(quoad officium)* decantari non posse in Dominicis Passionis, in Albis et Trinitatis. Pariter rejiciendum est quod idem auctor loco citato docet de simplificanda solemnitate, addendo orationi missæ diei orationem festi translati sub una conclusione, v. gr. in Dominicis prima adventus, prima Quadragesimæ, Passionis, in Albis et Trinitatis ; ex decreto enim *in Quebec.* ad III

(1) Quædam tamen indulta celebrandi in oratoriis privatis pauciores exceptiones ponunt, in casu standum indulto.

(2) Vide Collat. II, p 53.

eruitur solemnitatem, casu quo impedita est per occurrentiam Dominicæ primæ classis, aut festi primæ classis dignioris, aut etiam alterius solemnitatis ritu aut privilegio superioris, ideo omittendam non esse aut, simplificandam sed ulterius transferendam in proximiorem Dominicam liberam. Ita, v. gr., si festum S. Eligii, Patroni loci, occurrat infra hebdomadam ante Dominicam primam adventus (I cl.), solemnitas transferenda est ad Dominicam secundam Adventus, quæ, utpote secundæ classis, hanc solemnitatem admittit.

6° Solemnitas celebranda est in Dominica, etiamsi, prouti in nostra regione fieri solet, ipsum festum ex devotione a populo celebretur. Notari autem debet in Belgio transferri solemnitatem festi Patroni loci, quod olim cum feriatione ex constitutione Urbani VIII celebrandum erat, non vero titularis Ecclesiæ nisi simul sit Patronus loci, et solemnitates transferendas esse in Dominicam sequentem, non autem in Dominica præcedente anticipandas, easque fieri, juxta decretum Card. Caprara 31 junii 1804, per solam missam solemnem vel cantatam festi translati, dum officium tam privatim quam publice (quamvis solemniter fiat) et missæ reliquæ recitari debeant juxta consuetum ordinem de officio occurente in hac Dominica. Quæ ergo in decreto *in Quebecensi* habentur sub I de anticipanda solemnitate et de Vesperis festi translati et sub IV de *Titularis* festi solemnitate peragenda, apud nos applicari non possunt (sicuti plura alia in dubiis V, VI et VII hic omissis), quum illa concedi potuerint Diœcesi Quebecensi, minime vero conceduntur diœcesibus Belgii et consequenter *ubi non idem indultum, ibi non eadem declaratio.*

H. V. D. W.

Consultatio*

An diaconus osculari debet manum celebrantis ad oblationem panis et vini in missa solemni coram SS. Sacramento exposito ?

R. Affirmative. Etenim juxta regulam traditam a Gardellini, *Comment. in Instruct. Clementinam,* § 30, n° 14, quam S. C. R. *in Lucionem.* 12 aug. 1854 docet sequendam et jam communiter auctores liturgici tenent: exposito SS. Sacramento, « omittenda sunt oscula *mere reverentialia* i. e. quæ stricte non pertinent ad ritum missæ solemnis, sed fiunt ob specialem celebrantis reverentiam; qualia sunt oscula præstanda in traditione et receptione cochlearis, thuribuli, aspergilli, birreti. Præstanda autem sunt oscula *ritualia* seu ad ritum missæ solemnis pertinentia ; qualia sunt : a) ex parte celebrantis osculum libri Evangelii a Subdiacono ipsi delati ; b) ex parte Diaconi osculum *manus* celebrantis ante Evangelium cantandum et oscula patenæ, calicis et *manus* celebrantis ad Offertorium et iterum patenæ et *manus* celebrantis in fine Orationis Dominicæ ; c) ex parte Subdiaconi osculum *manus* celebrantis post Epistolam cantatam. » Erker *Enchiridion liturgicum, sect. IV, tract. V, Cap. III, n° 5.*

H. V. D. W.

* Propter materiæ abundantiam, responsa ad plures consultationes in proximum fasciculum remittere cogimur.

Collationes Brugenses

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Junii

I

Proba Act. Ap. XX, 7 « Una autem sabbati, cum convenissemus *ad frangendum panem* », sermonem esse de celebratione Eucharistiæ.

II

Ex S. Scriptura demonstra protoparentes nostros fuisse a Deo ornatos donis supernaturalibus gratiæ et sanctitatis.

III

Explica et vindica distinctionem materiæ furti in *absolute* et *respective* gravem.

IV

Hanc materiam absolute et respective gravem pro nostris locis et temporibus, quantum fieri potest, determina.

V

Quænam materia requiritur ut furta domestica, puta uxoris, filii, famuli, gravia evadant.

VI

Quelle autorisation est requise pour les baux consentis par les fabriques d'église.

Responsa

ad quæstiones in conferentiis mensis Martii 1897 propositas

—

I

Q. An Abisag, de qua III Reg. I, 2-4, fuit vera uxor Davidis, an vero ancilla tantum ? Proba responsum.

R. « Interpretes hac de re in diversa discedunt, cum alii asserant, eam re vera conjugem fuisse David, alii vero e contra contendant, ipsam vel simpliciter ancillam fuisse, vel certe numquam concubinæ, vel uxoris secundi ordinis dignitatem excessisse.

Primi adnotant : *primo,* Scripturam asserere, quod David non cognovit eam, eamque virginem reliquit : potuisset igitur cum ipsa rem habere libertate eadem, qua vir cum uxore sua.

Secundo, cum Adonias eam sibi conjugem exoptasset, Salomon ipsum Regni appetentem ratus est, perinde ac defuncti regis viduam uxorem petens se Regni studiosum esse ostentasset (III Reg. II, 22).

Tertio, voluissetne David, vel semet, vel adolescentulam hanc in criminis vel periculum, vel suspicionem vocare cum ea cubans, nisi uxorem duxisset ?

At Rabbini apud Seldenum Uxor. Hebr. l. 3, c. 19, Tostatus, Estius, aliique nonnulli, eam Davidis uxorem fuisse negant. Eam vero sibi adjunxit, ut ipsi illa inserviret, vel ad summum, ut concubinæ nomine illi præsto esset. Si Regi nupsisset, quo pudore eam sibi conjugem Adonias depoposcisset ? Num ignorabat, lege cautum, ne noverca privigno nuberet (Levit. XVIII, 8: *Turpitudinem uxoris patris tui non discooperies*), et se talia petentem maximas Salomoni ingerere suspiciones, atque se in ipsius indignationis, ac mortis periculum

venturum, quod satis superque ex eventu compertum est? Responderi potest, Adoniam vel ambitione, vel amore excæcatum, ne animum quidem ad legem hanc advertisse, cujus forte vim, atque extensionem minime noverat ; et alioquin arbitrari potuit, Abisag, cum a Patre nequaquam virginitatis flos delibatus fuisset, Legis imperio minime obnoxiam (Ita tenet Kimchi). Denique credidit Salomonem adhuc juvenem, et recens ad solium evectum, nequaquam hoc ipsi negaturum, vel quod inde consequeretur, minime intellecturum. Itaque minimum ambigo, quin Abisag vere Davidis uxor fuerit » Calmet.

Tertium argumentum supra allatum sic amplificat Sanctius « Neque mihi dubium est, quin ea femina sub eà conditione venerit in societatem sinumque Davidis, ut cum illà citra culpam ullam habitare et quamcumque consuetudinem habere potuerit. Alioqui quomodo tuto rex ille, licet effœto, et semimortuo corpore, usque adeo familiarem usum cum virgine speciosa, cujus mille sunt peccandi illecebræ, habere potuisset, per quam diabolus extinctos carbones ardere facit, et libidinis incendia in membris frigidis et penè mortuis effervescere ? »

G. V. D. P.

II

Q. Demonstra Christum sese corporaliter præsentem Saulo conspiciendum præbuisse Act. Ap. IX, 3.

R. Christum sese corporaliter præsentem Saulo conspiciendum præbuisse Act. Ap. IX, 3 eruitur :

1. Ex Act. IX, 17 : Saule frater, Dominus misit me Jesus, *qui apparuit* (ὁ ὀφθεὶς, qui visus est) *tibi in via,* quà veniebas... 27 Barnabas... narravit illis quomodo (Saulus) *in via vidisset Dominum...* Item XXII, 14 : Deus patrum nostrorum præordinavit te, ut... *videres*

justum, et audires vocem ex ore ejus (sane Domini Jesu, ut liquet ex IX, 5). Similiter XXVI, 16 : Ad hoc enim *apparui* (ωφθην, visus sum) *tibi ut...*

Hisce textibus diserte asseritur Jesum Saulo in via (sane ad Damascum, ut e contextu facile colligitur) *visum fuisse,* Saulumque ipsum *vidisse.* Porro visionem istam corporalem externamque fuisse, non vero internam ac imaginariam, patet ex ejusdem effectu. Nam subita ac splendida luce quæ Saulum ejusque comites de cœlo aereo circumfulsit (IX, 3, XXII, 9; XXVI, 13) perterriti ac fere exanimati, Saulus ejusque comites omnes in terram deciderunt (IX, 4; XXVI, 14). Hæc autem copiosa ac sole meridiano splendidior lux (XXII, 6; XXVI, 13) omnino videtur emanasse ex corpore Christi glorioso (cf Matth. XVII, 2), quæ etiam tanto splendore oculos Sauli perstrinxit, ut eum excæcaverit, quemadmodum ipse testatur Act. XXII, 11 : Et *cum non viderem præ claritate luminis illius...* Jam vero, etsi visio imaginaria prosternere valeat ipsum videntem, non tamen potest prosternere omnes ejus socios, nec ipsum videntem excæcare.

« Sed dicat quis : Si Saulus reapse oculis suis corporeis Jesum vidit dum hic ad eum loquebatur, quî fit ut statim post illum sermonem Saulus dicatur *suos aperuisse oculos;* nam si tum demum eos aperuit, clausis oculis huc usque fuerat ; quod si hoc, nec potuit *vidisse* Jesum. Deinceps autem non vidit, quum *postquam aperuisset oculos* dicatur fuisse cæcus ; ergo omnino non vidit.

Ad hæc respondemus : Verba (vs. 8) ανεωγμενων δε των οφθαλμων αυτου ουδενα (ουδεν) εβλεπε non esse reddenda : *cumque aperuisset oculos, neminem (nihil) vidit ;* sic enim Græce scribendum fuisset: ανοιξας δε τους οφθαλμους αυτου. Verum sensus est : *Quamquam aperti (et non clausi) erant ejus oculi, tamen neminem (nihil) vidit.* Ergo tantum abest ut Saulus hîc dicatur clausis jacuisse

oculis dum eum Jesus adloquebatur, ut potius contrarium affirmetur. Itaque apertos in Jesum oculos suos direxit Saulus dum duravit illud eum inter et Jesum colloquium. Factum autem est ut, quem primum statim viderat, mox amplius non videret, caligantibus nempe ejus oculis ob vehementiam illius lucis, quæ a glorioso Jesu corpore irradiabat. Atque ita rem accidisse, Saulus ipse sat perspicue nos docet; nam qui de se dixerat se Jesum vidisse, idem affirmat (Cap. XXII, 10, 11) se sub finem colloquii ob *fulgorem illius lucis* amplius non potuisse videre, et opus habuisse aliquo, qui se ad manum deduceret Damascum. Sauli comites, ut non audierunt vocem Jesu loquentis (Cap. XXII, 9), ita nec viderunt loquentem (Cap. IX, 7), adeoque nec durante illo colloquio perculsi eorum oculi fuère ingenti illa luce, quæ a glorioso Jesu corpore continuo irradiabat; illorum oculis, inquam, ea lux visibilis fuit tantummodo primo statim momento apparitionis; quando nempe unà cum Saulo ad istius fulgorem humi prostrati sunt. Atque hinc intelligitur causa, cur illico exurgere potuerint (infra v. 7), nec læsis oculis, ut Saulus, ab illa visione recesserint » Beelen.

2. Ex I Cor. XV, 8, ubi Paulus se iis annumerat qui corporeis suis oculis Jesum redivivum viderant : *Novissime autem omnium tamquam abortivo visus est et mihi* (ὥφθη κἀμοί); necnon ex I Cor IX, 1, ubi se propter id quod sibi Damascum eunti accidit, verum Apostolum ac resurrectionis Christi testem appellat : *Non sum Apostolus ? Nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi ?*

Apposite S. Thomas p. III, q. 57, art. 6, ad 3 « Et ne quis credat hoc (quod Saulo in via Damascena accidit) factum fuisse, non Christo ibi corporaliter præsente, sed aliqualiter apparente, contrarium apparet per hoc quod ipse Apostolus dicit I ad Cor. XV, ad confirmandam resurrectionis fidem : *Novissime omnium*

tamquam abortivo visus est et mihi. Quæ quidem visio veritatem resurrectionis non probaret, nisi verum Christi corpus visum fuisset ab eo. »

Nec objici potest verba ex I Cor. allata ad aliam visionem, quam nostram, referri : « Non enim respexit his verbis ad illam visionem, quam sibi Jerosolymam reverso, contigisse narrat apud populum Act. XXII, 17; ea enim visio fuit exstatica, ut ibidem ipse fatetur. Neque ad raptum in paradisum, et in tertium cœlum, de quo II Cor. XII, 2. Hic enim raptus utrum in corpore an extra corpus sibi acciderit, nescire se dicit. At I Cor. XV palam se iis annumerat, qui Christum a resurrectione viderunt oculis corporeis. » Estius

3. Tandem ex Act. IX, 7. Nam « quod Lucas de Sauli comitibus dicit, eos nempe *vocem quidem audivisse, neminem autem vidisse,* hunc profecto sensum habet, ut significetur, Jesum a Paulo quidem fuisse conspectum, a ceteris vero non item. Nec est cur quis objiciat, fieri non posse ut, si Saulus Jesum viderit, eumdem pariter non viderint Sauli comites. Nam testatur Daniel (Cap. X, 7) simile quid sibi accidisse : *Vidi,* inquit, *ego Daniel solus visionem ; porro viri, qui erant mecum, non viderunt* » Beelen.

G. V. D. P.

III

Q. Breviter indicato quid sit possessio dæmoniaca, demonstra veros haberi dæmoniacos seu a dæmone possessos.

I. Notió possessionis. Homo viator, cujus vita militia est super terram, multipliciter impugnatur a salutis suæ adversario, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret. Tentat enim hominem dæmon, diversissimisque ac numerosissimis modis insidiando, ipsum ad peccatum allicit ; illum malis temporalibus

vexat, bona ipsius temporalia infestat, ipsiusque corpus non raro affligit, adeo ut nonnunquam illud ingrediatur et possideat.

Ultimus ille impugnationis modus a theologis indiscriminatim *obsessio* et *possessio* vocatur. Quidam tamen, aliis renitentibus (1), *possessionem* proprie dictam contra *obsessionem* distinguunt. Pro ipsis *obsessio* est actio dæmonis hominem ejusque corpus impugnantis, quin tamen diabolus corpus ingrediatur. *Possessio* vero est « actio dæmonis qui corpus hominis intrat, in illo habitat ; et in illud agit, turbando sensus et membra, hominem torquendo variis modis, quandoque etiam insolitas vires ei præbendo. » In possessione ergo dæmon revera præsens est in ipso corpore possessi, ipsum occupat; dominatum in ipsum exercet, et mediante corpore etiam animam infestat. In corpore possessi dæmon est *motor* non tantum membrorum corporis sed etiam facultatum hominis, in quantum hæ facultates in operationibus suis a corpore dependent. Dæmon quidem non unitur substantialiter corpori sicut anima, sed est intra corpus, animæ intime præsens, et respectu animæ agens extrinsecum. Anima, quæ substantialiter unita est corpori, dicitur operari *ab intra* et immanenter. Dæmon vero, quamvis sit causa motuum

(1) Estius v. gr. scribit in 2 Sent., dist. 3, § 11, « Non distinguimus inter *obsessos* et *possessos*, quod quidam faciunt, quasi plus aliquid sit *possessum* esse a dæmone quam *obsessum*. Nam Scriptura quidem neutrum habet vocabulum. Patres autem utrolibet indifferenter utuntur. Iidem vocantur etiam græco vocabulo, *energumeni*, quasi *inoperati*, id est, ab inoperante spiritu acti. » Ratio autem hujus discrepantiæ inter auctores est in diverso modo rem concipiendi. *Obsessio* est actio impugnantis civitatem munitam nondum ingressi. In possessione autem diabolus intra corpus est, non vero intra animam. Hoc modo quidam, attendentes quod diabolus sit intra corpus, nolunt uti voce *obsessionis* sed usurpant vocem *possessionis*, vocem *obsessionis* admittentes pro casu quo diabolus remanet extra corpus, ipsumque obsidet. Alii vero attendentes quod diabolus sit quidem intra corpus sed extra animam, dicunt diabolum ibi animam obsideri, et utuntur voce *obsessionis*.

possessi, non agit immanenter ; quum tamen sit in corpore, dicitur operari *quasi ab intra.*

II. DEMONSTRATIO EXISTENTIÆ POSSESSIONIS. — A. *Exstiterunt veri dæmoniaci tempore Christi :*

1° Primum argumentum. — Certe, ætate Christi, opinio erat Judæorum, tum indoctorum tum doctorum veros haberi dæmoniacos. Atqui Christus Dominus tum dictis suis tum factis hanc opinionem probavit et ratam habuit. Atqui Christus Dominus dictis suis et factis non se accommodavit falsæ opinioni tunc temporis existenti sed suam opinionem prodidit. Ergo Christus Dominus ipse testatus est veros haberi dæmoniacos.

Probantur præmissæ : a) *Probatur major :* Quod hæc fuerit opinio Judæorum tempore Christi, nec Rationalistæ inficiantur, et probatur tum ex eo α) quod turbæ dæmoniacos Christo afferant sanandos, dicendo ipsos a dæmone possessos esse, quod scilicet *spiritus apprehenderit eos* (Luc. IX, 38), et, dæmoniaco liberato, stupentes dicant : Quidnam est hoc, quia ETIAM *spiritibus immundis imperat et* OBEDIUNT EI (Marc. I, 27) ; tum ex eo β) quod Apostoli, regressi ab itinere in quo dæmoniacos liberaverunt, glorientur dicendo quod ETIAM *spiritus subjiciantur eis* (Luc. X, 7) ; tum ex eo γ) quod Pharisæi, dæmoniaco liberato a Christo, nullatenus negent possessionem sed dicant Christum in principe dæmoniorum ejicere dæmones (Matth. IX, 34), atque in Beelzebub principe dæmoniorum (Matth. XII, 24) ; tum ex eo δ) quod nobis testatur *Josephus,* in Archeol., l. VIII, c. 2, plures suo tempore fuisse dæmoniacos, pluresque magos modo quodam, quem a Salomone confectum credebant et quem Josephus describit, dæmoniacos liberare a potestate dæmonis, efficere ut dæmon ab homine egrediatur, et ut diabolus egressus ab homine extrinseca signa det suæ præsentiæ ; tum tandem ex eo ε) quod plurimi Sancti Patres primi sæculi nobis idem testantur ac Josephus, nominatim

S. Justinus in Dial. cum Tryphone, nº 85 ; *S. Irenæus*, l. II, c. 5 ; et *Origenes* in 1. contra Celsum, nº 22. Ergo hæc fuit opinio Judæorum, tempore Christi.

b) *Probatur prima minor :* Christus tum dictis suis tum factis hanc opinionem probavit et ratam habuit. Sane α) Christus dæmones frequenter alloquitur. Jamvero non potest alloqui nisi ens intelligens. Et quidem ita alloquitur ut eos distinguat ab ipso possesso : Præcipio *tibi,* exi ab *eo* (Marc. IX, 24) ; β) dæmonibus præcipit ut exeant ab homine (Marc. IX, 24) ; γ) ipsos interrogat (Luc. VIII, 30) ; δ) ipsos jubet tacere (Marc. I, 34) ; ε) ipsis permittit ut non in abyssum sed in porcorum gregem ingrediantur ; ζ) Pharisæis calumniantibus Christum in principe dæmoniorum ejicere dæmones, non negat Christus se ejicere dæmones sed negat se hoc facere in potestate Satanæ, *quia Satanas non ejicitur a Satana* (qua ratione addita aperte dicit illum qui ejicitur Satanam esse), sed in spiritu Dei, et quia potestatem habet super dæmones et quia *fortem prius alligavit* et quia venit ad destruendum regnum Satanæ (Matth. XII, 24 et seqq. et Marc. III, 22 et seqq.) ; η) et addit illos qui dicunt Christum in potestate Beelzebub ejicere dæmones peccare contra Spiritum sanctum (Matth. XII, 29 et seqq. collatis cum Marc. III, 26 et seqq.) ; θ) Apostolis regredientibus et gloriantibus, quod etiam dæmonia ejecissent, non dicit ipsos non ejecisse dæmones sed tantum ipsos de hoc non debere gloriari (Luc. X, 18) ; ι) tandem illis Apostolis, qui cum omnibus Judæis credebant dæmoniacos revera existere, solemniter confert, præter potestatem curandi infirmos, vim ejiciendi dæmones : *dæmones ejicite* (Matth. X, 18) ; *dæmonia ejicient* (Marc. XVI, 17). Ergo evidenter Christus Dominus opinionem Judæorum tum factis tum dictis confirmavit et ratam habuit.

c) *Probatur secunda minor :* Atqui Christus Dominus non se accommodavit falsæ opinioni tunc temporis existenti sed sui ipsius opinionem prodiit. Hoc quidem opponunt Rationalistæ nostræ demonstrationi, sed prorsus inepte. Nam hac in re nullus esse potest accomodationi locus. Hæc enim limites suos habet. Nimirum hæc tenenda sunt. α) Deus quoad modum significandi conceptus suos, debet se accommodare nobis, cum loquitur nobis ; ratio est quia secus non intelligeretur. β) Deus nequit se accommodare hominibus affirmando esse id quod hominibus id videtur esse, cum id non est. Ratio est quia mentiretur ; Deo autem mendacium metaphysice repugnat. Porro quod explicite Deus nequit affirmare, id neque implicite affirmare potest. Ratio est quia quod implicite affirmatur vere affirmatur, præsertim ab intellectu comprehensivo. γ) Deus non tenetur omnes veritates docere, omnesque errores dedocere. Hinc cum e. g. aliquid apparet objective hominibus alio modo ac res se habeat, potest Deus, de eo loquens nobis illud affirmare tantum sub eo respectu qui nobis apparet, nequit tamen affirmare rem ita reapse se habere. Ratio est quia in primo casu verum affirmat, licet non totum, quod quidem non tenetur ; in altero casu falsum affirmaret. δ) Potest tandem Deus uti metaphoris cum eorum significatio est nota, non cum est ignota, nisi ipse tum indicet. Ratio est quia in primo casu potest intelligi quod vult significare, in alio casu vel intelligeretur nihil, vel falsum, quod ejus quoque auctoritate freti homines crederent.

Jam vero phrases hæ : *dæmones ejicere, dæmonum ejectio* non metaphorice, sed proprie a Judæis et Apostolis accipiebantur : nunquam Christus significavit se eas metaphorice usurpare ; Christus affirmavit rem ipsam et implicite et explicite, quæ his phrasibus ab omnibus intelligebatur : ergo Christus affirmavit dæmones esse eosque corpora hominum possidere ; nullus ergo locus accommodationi.

— Ergo Christus Dominus ipse testatus est dæmoniacos revera existere.

2° Secundum argumentum. — Plures factæ sunt tempore Christi liberationes dæmoniacorum, quarum circumstantiæ tales sunt, ut sententia negans possessionem non possit rationem reddere horum adjunctorum et ut sola sententia affirmans hæc explicare possit. Sic v. gr. a) Luc. IV, 41 narrat quod exibant a multis dæmonia *clamantia,* et *dicentia* quia tu es filius Dei ; b) IV, 34, 35 quod dæmonium exclamavit dicens : *Sine, quid nobis et tibi Jesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio te quis sis, Sanctus Dei ;* c) VIII, 30 (simul ac Matth. VIII, 30) quod dæmonia responderunt Christo interroganti ; d) quod ab ipso petierunt ne imperaret illis in abyssum ire, sed ipsis permitteret ingredi in porcos ; quod revera intraveruntin porcos ; et quod statim totus grex porcorum præcipitem se dedit in mare ; et e) IV, 34, 35, 41 quod Christus ipsis dæmonibus silentium imponit : *Non sinebat ea loqui,* et : *Obmutesce et exi ab eo.* Omnis autem explicatio negantium possessionem prorsus inepta est ad hæc omnia explicanda, sententia e contra affirmans optime explicat eadem omnia. Præsenti argumento ruit complete objectio quæ dicit dæmoniacos fuisse homines speciali quodam morbo affectos. Absonum enim est contendere morbos loqui, clamare, queri Christum venisse ut eos perderet, interrogare, respondere, et ita ab uno corpore dæmoniaci in corpora intrare plurimorum porcorum, qui statim se præcipites dant, et sicut energumeni agunt. Absonum non minus fuisset pro Christo morbum interrogare, ipsique loqui. Adde ad refutationem hujus objectionis in omnibus locis ubi quæstio est in Scriptura de dæmoniacis tum Scripturam ipsam, tum Judæos, tum Apostolos, tum Christum semper apprime distinguere dæmoniacos ab ægrotis quibuscumque.

3° Tertium argumentum. — Scriptura est in sensu obvio explicanda nisi quid obstet in contrarium. Atqui Scriptura simpliciter affirmat dæmoniacos tempore Christi exstitisse quin aliquid obstet quominus hoc in sensu obvio accipiatur. Nam Scriptura ipsa nihil dicit, nihil innuit in contrarium, et ipsa possessio dæmoniaca neque *metaphysice* (nulla enim contradictio inter terminos propositionis : Homo est possessus a dæmone), neque *physice* (nam dæmoni non desunt ad hoc vires physicæ sufficientes), neque *moraliter* (nam nullum ex attributis divinis obstat quominus Deus hoc permittat, nullatenus contraria est posessio fini hominis, immo plurima bona ex ea sequi possunt) impossibilis est. Ergo in sensu obvio sunt sumenda verba Scripturæ possessionem affirmantia.

B. *Exstant dæmoniaci etiam post Christum.*

1° Primum argumentum. — Ipse Christus potestatem dedit Apostolis et successoribus ipsorum ut dæmonia ejiciant, et prædicit ejectionem dæmoniorum fore signum quod illos qui credent sequetur. (Matth. X, 1, et Marc. XVI, 7). Jámvero Christus neque inutilem concedit potestatem neque falsa prædicit.

2° Secundum argumentum. — Plurima exempla Actus Apostolorum referunt (Act. V, 6, 8 ; VIII, 6, 7 ; XVI, 15, 16 ; XIX, 12, 13). Jamvero de iis omnibus eadem dici possunt ac de possessionibus dæmoniacis sub Christo.

3° Tertium argumentum. — S. Justinus M. (Apol. 2, n° 6), S. Irenæus (l. 2 adv. Hær. c. 32, n° 4), S. Cypr. (l. ad Dem. c. 15), Minut. Fel. (Octav. c. 27), Lact. (l. 2, Instit. c. 16), S. Chrys. (Hom. 4 de laud. S. Pauli), S. Hieron. (ep. 46 ad Marcellum, n° 8), Tertuil. (in Apolog. c. 23) et plurimi alii SS. Patres factum possessionis dæmoniacæ exhibent ut punctum omnino extra dubium positum ; immo possessionis diabolicæ existentia, ejusque per Christi invocationem sanatione

frequenter utuntur ad demonstrandam veritatem religionis Christianæ, uti videre est in præclara dissert. P. Hurter : *Dæmon vel invitus testis veritatis religionis christianæ* (SS. Patrum opuscula selecta, fasc. 1., Œniponti, 1868.

4° Quartum argumentum. — Hic fuit ab initio usque nunc sensus Ecclesiæ uti apparet ex institutione ordinis Exorcistarum, ex determinatione ritus sequendi in exorcismo faciendo, ex plurimorum Conciliorum decretis, uti Eliberitani, a° 305, Carthaginensi IV, a° 398, Arausicano I, a° 441, Toletano IX, a° 675. Quibus omnibus addi potest historiographos omnium populorum usque ad nostra tempora facta veræ possessionis dæmonicæ narrare.

V. J. C.

IV

An proxeneta, qui emit infra, vel vendit supra pretium a mandante assignatum, sibi excessum pretii retinere potest ; item, an famuli licite accipiunt a mercatoribus aliquam partem pretii a dominis solvendi ?

R. In hac re principium est : quum proxeneta non suo nomine sed nomine mandantis emat vel vendat, mandans jus habet ut integrum pretium pactum recipiat et nihil supra pactum pretium solvat. Cum quo tamen principio stat 1° ipsum mandantem proxenetæ imprimis justam pro labore mercedem debere (nisi iste gratuitam operam præstare libere velit) et præterea aliquid instar præmii posse relinquere ; 2° alterum contrahentem de suo aliquid proxenetæ concedere posse. — Ex his fere tota ad utramque partem responsio fluit.

Ad primam partem : Negative, per se loquendo (ex præmisso principio) ; per accidens tamen (ex addita duplici restrictione) pretii excessum vel partem excessus retinere poterit. Nempe *a*) si revera ob omnino spe-

cialem et ex contractu indebitam operam seu industriam rem pluris vendidit vel minoris emit. Habet enim jus proxeneta ut præstitus ille labor remuneretur. *b*) Si dominus, assignans pretium rei vendendæ vel emendæ, excessum proxenetæ concedit vel expresse, vel saltem implicite : v. g. non constituendo aliud stipendium proxenetæ qui gratuitam operam non promisit. Non autem sufficit, ad hanc voluntatem præsumendam, ipsa indicatio pretii alicujus determinati. Istud enim indicari solet tamquam pretium infimum aut summum, ne unquam cum damno res vendatur infra, aut ematur supra hoc pretium ; seu ut mandans in omni casu hoc saltem accipiat et nullo casu ultra hoc solvere debeat : quin ideo renuntiet juri suo vendendi pluris aut emendi minoris, si proxeneta cum ordinaria diligentia talem opportunitatem inveniat. *c*) Si proxeneta, diligentia debita jam adhibita, rem quam vendendam accepit ipse sibi ex animo et valide emit, eamque postea cum lucro revendit. Tunc enim qua dominus, non jam qua proxeneta seu mandatarius, rem alteri vendit. Practice tamen ingens periculum est ne proxeneta, ad lucrum faciendum, debitam diligentiam in quærendis emptoribus omittat, aut sibi rem non serio nec suo cum periculo emat. Ideo talem modum agendi consuetudo non probat, quinimo lex nostra (art. 1596 c. c.) sub pœna nullitatis vetat ne quis, mandatum habens res quasdam vendendi, easdem sibi emat. Unde requiritur ut consensus mandantis accedat. *d*) Tandem, pro rebus emendis, si venditor vere aliquid de justo pretio in ipsius proxenetæ gratiam remittit ; aliis verbis : quando totum pretium determinatum impendi debuisset, nisi venditor pretium in gratiam ipsius proxenetæ minuisset. Dices hic non salvari summum principium initio statutum circa naturam venditionis-emptionis per proxenetas. Sed adverte, in casu quem supponimus, actum venditoris haberi duplicem : erga principalem ementem,

integrum pretium vere exigit seu stipulatur; simul vero per modum donationis in favorem proxenetæ partem ejusdem pretii ultro relinquit. Ita pretii imminutionem obtinere solent sartores apud mercatores pannorum, professores musicæ apud venditores instrumentorum musicorum.

Ad alteram partem: 1) Si quædam pretii imminutio conceditur quia multum ab eodem mercatore emunt, hanc partem pretii alias solvendi retinere non possunt famuli: fit enim imminutio in gratiam domini, principalis ementis. Secluditur casus quo dominus consentiret, aut famulus adhiberet industriam vel laborem omnino peculiarem ultra debitum officii sui.

2) Si mercator vere de suo aliquid relinquit famulis ut eos ad suam officinam alliciat, id per modum donationis licite percipiunt. Ita occasione neoanni, strenæ conceduntur famulis proportione mercium per annum emptarum; aut occasione solutionis et pro rata ejusdem, aliquid ipsis relinquitur; aut aliis occasionibus munuscula offeruntur. Attamen famulus, quum ex officio suo cum ordinaria saltem diligentia meliori modo res domini sui procurare debeat, non potest eligere mercatorem sibi quidem liberalem, sed præ cæteris merces minus bonas, sive æque bonas majori pretio divendentem. Neque etiam potest, contra voluntatem domini, unum mercatorem pro alio sibi magis favente relinquere. Sed si dominus in hac re famulo liberam potestatem fecit, licite famulus sibi inquirit mercatorem sine damno domini consueta hæc munuscula largientem. Imo licite minatur alicui mercatori se alium aditurum nisi consueta hæc munuscula largiatur. Res tamen periculo non vacat; et consulto diximus *consueta:* nam majora dona, secundum communiter contingentia, sine injusta domini damnificatione non obtinebit, sicut sub 3) nunc dicemus.

3) Injuste agunt famuli (qua cooperatores) qui pecu-

niam a mercatoribus accipiunt, quando apparet mercatores, mutando pretium, pondus, qualitatem mercium, dominis injuste subtrahere id quod famulis concedunt. Imo injuste agunt famuli (et mercatores iis cooperantes) qui majus pretium, licet non ultra summum, domino indicant, connivente mercatore, ut sibi, citra consensum domini, aliquid retineant. Cfr. Ill. ac Rev. Waffelaert, *de just.* I, n. 660 ; Marres, *de just.* II, n. 279-289 ; Berardi, *Praxis conf.* (1ª ed.) n. 484.

O. E. D.

V

Declara obligationem oriundam ex ludo, spectato foro tum externo, tum interno.

R. I. In foro externo sub jure nostro : *a)* Nulla actio conceditur pro exigendis debitis ex ludo. C. c. art. 1965. *b)* Ab hac regula excipiuntur ludi qui ad corporis peritiam et exercitationem referuntur, ut tractatio armorum, cursus, equitatio, ludus pilaris. Art. 1966, al. 1. Nihilominus penes judicem est petitionem rejicere, si petita pecuniæ summa apparet immodica. Ibid. al. 2. *c)* Victus repetere nequit quæcumque voluntarie solvit, dummodo victor dolum aut fraudem non adhibuerit. Art. 1967.

II. In foro interno : quum hæ dispositiones juris nostri nonnisi actionem in foro externo spectent, ludus in conscientia obligationem parit, quando omnes conditiones ad validitatem sive justitiam ludi requisitæ vere adfuerunt. Porro ad justitiam ludorum per modum contractus onerosi initorum requirunt Theologi : 1° Ut ludentium consensus sit liber. 2° Ut de pecunia quam exponunt juste disponere possint. 3° Ut servent ludi leges ex conventione vel consuetudine statutas. 4° Ut inter ludentes servetur æqualitas, spectatis simul tum

conditionibus ludi, tum rebus expositis, tum (in ludo non mere aleatorio) ludentium peritia. Agitur de peritia certo et notabiliter majore, et excluditur casus quo uterque inæqualitatem peritiæ ignorat, aut minus peritus sciens ac volens in ludum inæqualem consentit. Imo longius progressi quidam AA. aiunt, ludentem suam peritiam occultare quidem non posse, sed ultro profiteri non debere ; et minus peritum, cum quolibet sine præmissa inquisitione ludentem, præsumendum esse in hoc periculum consentire. Quod videtur satis probabile.

O. E. D.

VI

Un bienfaiteur a, par testament, disposé comme suit:

1° Je veux que dans l'année qui suivra mon décès, il soit célébré, dans l'église de N., cent messes chantées pour le repos de mon âme ;

2° Je donne au bureau de bienfaisance de N. une somme de 10,000 francs, à charge de faire célébrer tous les premiers vendredis du mois et à perpétuité, une messe solennelle en l'honneur du S. Cœur de Jésus.

La fabrique de l'église de N. a-t-elle qualité pour accepter les dispositions ci-dessus ? Et pourquoi ?

R. 1° La fabrique de l'église de N. n'a pas qualité pour accepter la disposition ordonnant la célébration des cent messes chantées. En principe, les dispositions par lesquelles le testateur exprime la volonté qu'à son décès il soit célébré un certain nombre de messes *une fois dites,* avec ou sans désignation de l'église dans laquelle elles devront être célébrées, ne constituent pas des *fondations* dans le sens de la loi (art. 73 des Organiques ; et 26, 29 et 31 du décret de 1809) ; ce qui caractérise en effet les fondations proprement dites, c'est la *pérennité* des services ou des charges. Les dispositions de cette nature ne doivent donc pas être considérées comme des legs faits à la fabrique d'église,

mais comme de simples charges d'hérédité imposées par le testateur à ceux qui receuilleront sa succession. En conséquence, elles ne nécessitent aucune acceptation de la part de la fabrique, ni aucune autorisation de la part du gouvernement ; et le tarif approuvé pour les fondations ne leur est pas applicable. L'exécution de semblables clauses est laissée aux soins des héritiers ou des légataires et ne relève que de leur conscience ; toutefois l'exécuteur testamentaire a qualité pour poursuivre, au besoin par les voies judiciaires, l'exonération des services institués, et réclamer, s'il y a lieu, la remise de la somme que le testateur aurait affectée à cette destination (arrêt de la Cour de Bruxelles du 14 Mars 1888 ; *Pasicr.*, II, 352).

Certains jurisconsultes, par exemple Laurent, *Principes de droit civil,* T. XI, n° 535, et Lentz, *Des dons et legs en faveur des établissements publics,* T. I, n° 226, défendent un système tout opposé. D'après eux, *toute* disposition testamentaire prescrivant la célébration de services religieux, qu'il s'agisse d'une véritable fondation, c'est-à-dire de services répétés tous les ans soit à perpétuité, soit pendant un temps considérable, ou de messes une fois dites, que l'église ait été désignée ou non par le disposant, doit être considérée comme un legs au profit du culte et devant, à ce titre, être receuilli par la fabrique d'église. Ce système a été appliqué, mais avec un léger tempérament, par le ministre de la justice M. Bara, dans sa circulaire du 14 Mars 1882 (1), et par le tribunal d'Anvers, dans son

(1) Aux termes de cette circulaire, les dispositions ordonnant la célébration d'un certain nombre de messes une fois dites, soit dans une église déterminée, soit sans désignation d'église, doivent être considérées comme des legs au profit du culte, legs qui doivent être receuillis par la fabrique et nécessitent l'intervention de l'autorité administrative. Toutefois, en vue de concilier les usages reçus en cette matière avec les principes qui la régissent, l'on peut, sans inconvénient, abandonner aux intéressés le soin de faire acquitter *les services religieux qui ne dépasseraient*

jugement du 4 Mars 1884 (*Pasicr.* 1888, III, 323).

La *Revue de l'administration,* an. 1895, p. 309 ss. et Orban, *Droit administratif notarial,* Liége 1895, n. 519, pensent aussi qu'il y a legs en faveur de la fabrique lorsque le disposant a déterminé l'église dans laquelle les messes doivent être exonérées.

Cependant la plupart des auteurs et la jurisprudence sont favorables à la doctrine que nous professons. Voir *Journ. belge des cons. de fab.,* T. IV, p. 7 ; Lauwers, *Code de droit civil ecclésiastique,* p. 181 ; Moulart, *Des fabriques d'églises,* 8me édit., p. 126 ; De Brabandere, *Comp. jur. can.,* 5me édit., n. 1040 et 1106 ; de Corswarem, *Uitlegging der wetten en decreten over de kerkfabrieken,* n. 158 ; *Het Vlaamsch Bestuur,* I, p. 5 ss.; *Revue des fabriques d'églises,* an. 1894, p. 34 ; — Avis du conseil d'Etat de France du 17 Octobre 1838, du 19 Novembre et du 1 Décembre 1879 ; circul. minist. franç. du 27 Septembre 1884; — Circulaire du ministre de la justice M. Woeste, du 17 Juillet 1884 (1) ; lettre circulaire de Mgr l'Evèqne de Bruges, du 19 Juillet 1884 (*Coll. epist. pastor.,* T. XIV, p. 187) ; circulaire

---

pas le nombre de cinquante et dont l'exonération n'excéderait pas le terme de l'année qui suit le décès du testateur.

Cette limitation arbitraire est la condamnation du système. D'ailleurs M. Bara avait, deux années auparavant, décidé que les clauses testamentaires portant institution de messes sans désignation d'église sont *une charge de la succession.* Dépêche ministérielle du 19 Octobre 1880 (*Mém. belge,* 1884, p. 878.

(1) Depuis cette date, l'administration est revenue « à la jurisprudence constamment suivie avant les instructions » de M. Bara, et elle a invariablement appliqué le principe de la circulaire de M. Woeste, à savoir que « les dispositions ordonnant la célébration d'un certain nombre de messes une fois dites ne constituent point des legs au profit du culte, mais de simples charges d'hérédité ne tombant pas sous l'application de l'article 910 du code civil ». Nous n'avons trouvé qu'un seul arrêté royal qui s'écarte de cette règle; c'est celui du 28 Octobre 1896 (*Monit.*, p. 4606), qui autorise le bureau des marguilliers de l'église d'Alveringhem à accepter, et celui de l'église d'Adinkerke à ne pas accepter une disposition de cette nature.

du gouverneur de la Flandre Occidentale, du 1 Sept. 1894, reproduisant une dépêche ministérielle du 12 Mai 1875 ; — Arrêts de la Cour de Gand du 1 Août 1857 (*Pasicr.*, II, 416), et de la Cour de Bruxelles du 22 Mai 1871 (*Pasicr.*, II, 287) et du 14 Mars 1888 (*Pasicr.*, II, 352) ; jugement du tribunal de Gand du 19 Juin 1888 (*Pasicr.*. III, 321).

2° La fabrique de l'église de N. a qualité pour accepter la disposition reprise sous le n° 2, en tant qu'elle impose au bureau de bienfaisance l'obligation de faire célébrer périodiquement et à perpétuité des services religieux.

En effet, toute disposition testamentaire portant institution de services religieux *perpétuels* contient une véritable *fondation* au profit du culte, fondation qui doit être acceptée et administrée par la fabrique d'église, qui représente le culte. Semblable disposition crée un titre pour la fabrique par cela seul que cette administration est chargée du service des fondations pieuses (art. 26 du Déc. de 1809) ; et cette capacité de la fabrique est exclusive : elle est le seul représentant légal de ce service, et son intervention fournit le seul moyen légal d'en assurer l'exécution. Il n'est donc pas nécessaire que la fabrique soit formellement instituée légataire ; dès qu'une libéralité, faite à un établissement de bienfaisance ou à tout autre, est grevée d'une charge pieuse *permanente*, la fabrique a qualité pour accepter cette charge qui constitue un sous-legs au profit du culte. Que l'on n'objecte pas aux fabriques le défaut d'intérêt ; elles sont intéressées en ce sens que le service qu'elles ont pour mission de satisfaire est assuré pour leur intervention.

Si le disposant a désigné l'église dans laquelle les services fondés doivent être exonérés, la dévolution du legs pieux au profit de cette église ne saurait être sujette à contestation. Si le testament est muet sur ce

point, il doit, de l'avis de la plupart des auteurs, être suppléé à la volonté du testateur par la présomption que ce dernier a voulu avantager son église paroissiale, à moins qu'il ne résulte de circonstances spéciales que le disposant a dû avoir en vue une autre église (1). Ici cependant la controverse serait permise ; et, aux termes de la jurisprudence actuellement suivie par le département de la justice, la charge imposée aux héritiers ou légataires de faire célébrer des services religieux, même perpétuels, doit être considérée comme une simple charge d'hérédité, si l'église dans laquelle les services doivent être exonérés n'est *pas suffisamment désignée* (2). Il n'est pas requis toutefois que l'église soit expressement nommée dans la disposition même stipule les services ; il suffit que l'ensemble du testament permette de présumer dans quelle église le testateur a entendu que les offices fussent célébrés ; or, dans l'espèce qui nous occupe, il semble manifeste que le disposant a voulu fonder la messe en l'honneur du S. Cœur dans l'église de N., où les autres services doivent être célébrés et où le bureau de bienfaisance avantagé a son siége. C'est en ce sens que la question a été décidée, dans un cas absolument analogue, par un arrêté royal du 26 Décembre 1891 (*Monit.*, p. 3831).

Il reste une dernière difficulté. Dans le courant des années 1881 à 1884, le gouvernement refusa d'admettre les fondations de services religieux en l'honneur de la Très-Sainte Trinité, du Saint Sacrement, du Sacré Cœur de Jésus, de la Sainte Vierge ou d'autres Saints, sous le prétexte que ces fondations n'intéressent pas le culte paroissial, le seul qui soit reconnu (arr. roy. du

(1) Voir Lauwers, p. 180 ; *Journ. belge des fabriq.*, IV, p. 7 ; Moulart, p. 126 ; Leroy, *Instruct. pratiq.*, p. 153 ; Laurent, *ouv. cité*, T. XI, n. 236 ; Orban, *ouv. cité*, n. 520 ; *Rev. de l'adm.*, 1895, p. 310.

(2) Voir arr. roy. du 17 Août 1885 ; du 5 Juin 1888 ; des 9 Mars, 9 Août et 26 Décembre 1891 ; du 9 Juin 1892, etc.

19 Mai 1881), ou bien « qu'aucune disposition de la loi ne prévoit la fondation de services religieux en l'honneur de Saints ou en faveur de certaines dévotions spéciales » ! (arr. roy. du 22 Janvier 1883). D'après ces principes, les seules fondations permises seraient « celles qui ont pour objet l'institution de prières pour les morts, connues sous le nom d'obits ou anniversaires, et les autres services de même nature, les *requiem,* etc. » — Lentz, *Des dons et legs etc.,* consacre plus de vingt pages à justifier ces étranges théories (T. II, nos 418-410, p. 336 à 350).

Nous croyons superflu de réfuter le système inauguré par M. Bara et défendu par M. Lentz. Les *Pandectes belges,* V° Fabriques d'église, nos 811 ss., et un arrêté royal du 5 Mars 1892 (*Monit.,* p. 810) se sont chargés de le démolir à fond; au surplus la doctrine universellement admise, et consacrée par une pratique constante (interrompue un moment par M. Bara), reconnait que « les fabriques d'église sont habiles à receuillir toutes les libéralités ayant pour objet des services religieux *quelconques,* consistant en messes, obits, saluts ou autres prières *reconnues dans la liturgie canonique* ». *Pandectes, l. c.,* n° 839. Voir dans le même sens le jugement du tribunal de Termonde du 5 Déc. 1891.

En conséquence, le bureau des marguilliers de l'église de N. devra prendra une délibération par laquelle il sollicite l'autorisation d'accepter la susdite disposition, en tant qu'elle le concerne ; et le gouvernement autorisera la fabrique à accepter une rente annuelle et perpétuelle fixée d'après le tarif, que le bureau de bienfaisance devra lui servir pour l'exonération des services religieux institués.

C. V. C.

Evangelia dominicarum

DOM. PENTECOSTES.

—

Te dien tijde zei Jesus tot zijne leerlingen (Jo. XIV, 23-31): 23. Zoo iemand mij liefheeft, hij zal mijn woord bewaren; en mijn Vader zal hem liefhebben, en wij zullen tot hem komen, en woninge bij hem maken. 24. Die mij niet liefheeft, bewaart mijne woorden niet; en het woord, dat gij gehoord hebt, en is 't mijne niet, maar des Vaders, die mij gezonden heeft. 25. Dit heb ik tot u gesproken, bij u verblijvend; 26. maar de Trooster, de Heilige Geest, dien de Vader zenden zal in mijnen naam, die zal u alles leeren, en u alles indachtig maken wat ik u gezeid heb. 27. Vrede laat ik u, mijnen vrede geef ik u: niet zóó gelijk de wereld geeft, geef ik u. Laat uw herte niet ontroerd worden noch vreezen! 28. Gij hebt gehoord, dat ik tot u gezeid heb: Ik ga heen, en kom tot u. Indien gij mij liefhadt, gij zoudt u voorwaar verblijden, omdat ik tot den Vader ga; want de Vader is grooter dan ik. 29. Ook nu heb ik het u gezeid, eer het geschiedt, opdat gij, als het geschied is, moogt gelooven. 30. Ik zal niet veel meer met u spreken, want de vorst dezer wereld komt; aan mij en heeft hij nogtans niets. 31. Maar, opdat de wereld wete dat ik den Vader liefheb, en zóó doe gelijk de Vader mij geboden heeft, — *staat op, laat ons van hier gaan.*

*
* *

Notationes.

23. *Si quis diligit me,* quicumque tandem ille fuerit, *sermonem meum,* mandata mea, *servabit* « id est, opere adimplebit. Probatio enim dilectionis, exhibitio est operis. *Et* quia is qui me diligit, sermonem meum

observabit, ideo vicissim *Pater meus diliget eum,* et in signum dilectionis is simul et ego *ad eum veniemus* et *mansionem,* firmam *apud eum* habitationem *faciemus.* Quibus Dominus significat talem fore sui manifestationem quam supra promisit, qualis est Dei ad homines adventus, et mansio atque manifestatio, nimirum spiritualis, et non corporalis atque visibilis... Notandum autem, tria congruo ordine promitti diligentibus Christum, sic ut posterius semper priori sit majus, ac Dei erga homines benignitatem magis declaret. Primum enim magnum valde est, posse *pertingere ad Patris dilectionem.* Si quis enim regis gratiam promereri potest, etiam si nullum hinc fructum consequatur, tamen non parvam hinc percipit consolationem, nec parvum reputat honorem, quòd ab eo diligatur. At hoc majus est, quòd secundo loco promittitur *adventus Patris simul ac Filii.* Quoniam enim pro statu hujus vitæ ipsi ad Deum ire non possumus, et habitationem facere apud ipsum, pro sua erga homines benignitate dignatur ipse ad nos venire, nosque invisere, quod quantæ sit dignationis, quisque facile advertet si Dei excellentiam cum humana comparet vilitate. Maximum autem omnium est, quòd non solùm promittitur adventus Dei ad homines, sed *ejus etiam apud eos mansio, firmaque habitatio.* Amicus enim amicitiæ causa amicum invisere solet frequenter, sed post breve tempus rursum ab eo discessurus, ac suo abitu plus doloris amico relicturus, quam suo adventu attulit gaudii. Christus vero sic se cum Patre venturum pollicetur, ut etiam mansionem se facturum apud diligentes se promittat, nunquam, scilicet, relicturus eos, cujus præsentia et apud homines mansio non potest non afferre eis securitatem ab omnibus malis, et bonorum omnium abundantiam... Sic autem in præsenti vita apud eos, quantum in se est, firmam facit mansionem, ut et post hanc vitam in suam eos transferat mansionem cœlestem » Jans. Gand.

24. *Si quis non diligit me, sermones meos non servat,* adeoque Pater meus non diliget eum, nec ad eum veniemus, nec mansionem apud eum faciemus. Nam « cum in præcedentibus indicaverit causam ob quam dixerit se manifestandum diligentibus se, nimirum propter observantiam mandatorum suorum : nunc indicat causam quare non sit se manifestaturus mundo, nempe quòd cum non diligat eum, sermonem ejus non servet... Et ut intelligatur quare qui suos servat sermones, a Patre sit diligendus, qui vero non servat, non sit diligendus, adjecit : *et sermonem* (pro et sermo) *quem audistis,* non *est meus* originaliter, *sed ejus qui misit me Patris,* significans non sibi tantum, sed et Patri injuriam inferri ab his qui non observant sua mandata : et contrà non se tantum sed et Patrem honorari ab his qui servant mandata, ac ea de causa hos quidem a Patre diligi, illos vero negligi. Porro cum superiori illa sententia, *si quis diligit me, sermonem meum servabit,* significetur omnem eum qui Christum diligit, sermonem ejus servare, hac jam sententia, *qui non diligit me, sermones meos non servat,* significatur etiam solum eum qui Christum diligit, sermonem ejus servare : ut intelligamus nec dilectionem esse posse sine observatione mandatorum, nec rursum observationem mandatorum Christi esse posse sine dilectione, ut sint inter se convertibilia, diligere Christum, et mandata ejus observare » Jans. Gand. — « Jam observandum, quam necessariam quantique ponderis Christus esse teneat observationem mandatorum, quam extremo vitæ suæ tempore tantopere commendat, totiesque inculcat ac requirit » Luc. Brug.

25. *Hæc locutus sum vobis apud vos manens,* mortali adhuc corpore vobiscum degens. 26. *Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem* post meum discessum *mittet Pater in nomine meo,* « hoc est, loco mei, et mihi vicarium ; aut propter me, qui pro illo mittendo Patrem

rogabo, *ille vos docebit omnia* quæ erunt vobis cognitu necessaria, ita ut clare sitis per eum intellecturi quæ modo in verbis meis non satis potestis assequi, et præter ea etiam alia omnia sitis discituri quæ requirere poteritis, quæque modo propter vestram incapacitatem prætereo. Idem ille etiam *suggeret vobis,* hoc est, in memoriam reducet, *quæcunque* nunc *dixero vobis,* pro dixi vobis (ειπον)... Duo autem dicit Spiritum præstiturum ad intelligentiam pertinentia, nempe et quòd in memoriam esset revocaturus quæ a se jam audierant; et quòd omnia docturus esset, quæ scilicet aut jam in verbis suis non intellexerant, aut ulterius requirere possent... Duo autem hæc et nunc in fidelibus suo modo efficit Spiritus sanctus. Semper enim eos commonefacit sui officii, suggerens quæ ex Christi doctrina accepimus, quæ alioqui facile mentibus nostris elaberentur, et in omnibus occurrentibus dubiis docet quid faciendum, quidve credendum, si modo tamen non prætermittantur ea media per quæ divinitus ordinatum est ut Spiritus suo doceat nunc homines afflatu, oratio scilicet, Scripturarum pia et sedula lectio, et Ecclesiasticæ doctrinæ quæ per concilia et conciones proponitur, auscultatio. Per hæc enim exterioribus percepta sensibus docet interiori suo afflatu Spiritus sanctus, sine quo nihil profuerit aut Scripturas legisse, aut conciones doctorum audisse, ita ut proprie in Spiritum quadret, quod hîc tribuitur, docere omnia, adeo ut nec sibi id tribuerit Dominus quatenus sensibiliter suis loquebatur » Jans. Gand.

27. *Pacem relinquo vobis* « id est, commendo vobis discessurus, tamquam testamentum meum, supremamque voluntatem. Quam pacem clarius explicans, *Pacem,* inquit, *meam,* hoc est, spiritualem, internam, Divinam, quæ includit tria : primò, pacem seu reconciliationem, et amicitiam hominis cum Deo : secundò, pacem seu tranquillitatem hominis in seipso : tertiò, pacem seu

concordiam hominis cum hominibus ; quarum posterior ordine, semper ex priore nascitur. Sed quia parum prodesset pacem istam extrema voluntate nobis commendari, nisi eam ipsemet cordibus heredum suorum infunderet, ideo addit : *do vobis*. Et adhuc clarius differentiam tum pacis suæ, tum modi donandi notat : *non quomodo mundus dat* pacem, *ego do vobis*. Pax enim hujus mundi est, ut homines in rebus hujus mundi nihil adversi sentiant, hoc est, ut mundo et bonis ejus sine molestia litium et bellorum perfruantur, inquit Aug. Quæ pax fere malis artibus acquiritur, et externa est, brevis, lubrica, fallax, imo perniciosa. Et hanc ipsam pacem mundus verbis quidem optare potest, non autem dare ; sicut Christus pacem suam internam, stabilem, perpetuam, et complementum omnis humani desiderii » Jans. Ipr.

28. *Si diligeretis me,* « si intelligeretis et consideraretis quantum me maneat bonum ex eo quòd vadam ad Patrem, exhiberetis quod sincera dilectio postulat, id est *gauderetis,* non doleretis de discessu meo, congratularemini et votis omnibus optaretis bonum illud mihi quem diligitis. Insinuat illos miscuisse amorem sui amori Domini, et de suo potissimum malo fuisse contristatos. — *Quia,* quòd, de eo quòd *vado ad Patrem : quia Pater major me est :* q. d. Vos hoc præcipue ponderatis in verbis meis, quod dixi *Vado,* seu abeo, per mortem scilicet, ac proinde doletis de abitu meo : quod si observaretis id quod addidi *ad Patrem,* si consideraretis me ad Patrem abire, gauderetis de abitu meo, idque ob bonum meum : quia cum Pater major me sit, fieri non potest quin mea ad eum profectio, commodo et gloriæ mihi futura sit... Omnia hæc secundum formam servi seu naturam humanam : secundum quam gratulari oportebat Apostolos Christo, quod iret ad Patrem, a quo, quippe majore, ereptus ex hujus mundi miseriis, gloria et honore coronandus,

regno decorandus, potenterque exaltandus esset » Luc. Brug.

29. *Et nunc dixi vobis prius quam fiat : ut cum factum fuerit, credatis.* « Idcirco autem prænunciavi me ad Patrem rediturum, ut prædictionis implementum, quod ipsi oculis vestris cernetis, argumento vobis sit cur mihi plenius credatis » Patritius.

30. *Jam non multa loquar vobiscum,* mortalis cum mortalibus : *venit enim,* nam jamjam venturus est, per suos satellites, *princeps hujus mundi* diabolus, ad me comprehendendum et occidendum, *et,* tamen, *in me non habet quidquam* juris, ut me occidat, quia nihil peccati, sive proprii sive ex parente tracti : meritum enim mortis peccatum est. « Quod quamquam ita se haberet, ea tamen temeritas Diaboli fuit, ut Jesum aggressus occiderit : quo factum est ut vinceretur, et dum in unum hominem innocentem injuste grassaretur, reliquorum omnium hominum dominium juste perderet » Luc. Brug.

31. *Sed* surgite, eamus hinc, *ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio* « *ut cognoscat* suo tempore, Evangelio meo promulgato, *mundus* credentium in me. Cognoscat autem ex eo quòd sponte adierim funestum locum, et ultro me adversariis obtulerim, cum scirem quid quo loco adversus me molirentur. *Quia* etc., pro quòd, morior scilicet, non mortis reus, non Satanæ violentia coactus, non ex improviso raptus, non infirmitati succumbens invitus, sed præscius et volens, *ex dilectione Patris et obedientia...* Sicut hactenus inculcaverat discipulis suis, cum dilectione conjungendam esse mandatorum observationem : ita ejus rei seipsum hic statuit exemplum » Luc. Brug.

Conclusio.

Fructus proprius ac præcipuus adventùs Spiritùs Sancti, est charitas. Hæc autem necessario et indesi-

nenter conjunctam habet mandatorum observantiam, usque adeo ut nec dilectio sine isto effectu, nec iste effectus sine dilectione esse possit. Porro solis diligentibus Deum promittitur inhabitatio SS. Trinitatis, et *pax Dei, quæ exuperat omnem sensum*. Phil. IV, 7.

G. V. D. P.

Dissertatio

DE SS. CORDIS PROMISSIONIBUS

(*Sequitur* — Cf. supra p. 219)

B. De promissorum sensu

I. *Textus*. — De promissorum sensu nunc acturi, ab initio jam notari velimus a Christo non promitti immunitatem ab hujus vitæ doloribus aut bona temporalia omnigena.

« Car il dit que c'est ce qui nous appauvrit de sa grâce et de son amour, et c'est de quoi il veut enrichir vos âmes et vos cœurs. » (*Vie*, II, 87) — « Il me semble qu'il m'a fait voir que plusieurs noms étaient écrits dans son cœur, à cause du désir qu'ils ont de le faire honorer ; et que pour cela il ne permettra jamais qu'ils en soient effacés. Mais il ne me dit pas que ses amis n'auront rien à souffrir, car il veut qu'ils fassent consister leur plus grand bonheur à goûter ses amertumes. » (*Vie*, II, 70).

2) Nec quoad ordinis supernaturalis bona, prorsus novam gratiæ ac salutis œconomiam se inducturum pollicetur, sed uberiorem gratiæ mensuram juxta leges pro gratiis distribuendis sapientissime conditas sese effusurum promittere dignatur.

« Il me dit : Mon divin Cœur est si passionné d'amour pour les hommes et pour toi en particulier, que ne pouvant plus contenir en lui-même les flammes de son ardente charité, il faut qu'il les répande par ton moyen et qu'il se manifeste à eux, pour les enrichir de ses précieux trésors, que je te découvre et qui contiennent les grâces sanctifiantes et salutaires nécessaires pour les retirer de l'abîme de perdition » (*Vie*, II p. 325). — « Il me fit ensuite connaître que le grand désir qu'il avait d'être parfaitement aimé des hommes, lui avait fait former le dessein de leur manifester son cœur, leur ouvrant tous les trésors d'amour, de miséricorde, de grâce, de sanctification et de salut qu'il contient, afin que tous ceux qui voudraient lui rendre et lui procurer tout l'amour et tout l'honneur qui leur serait possible, fussent enrichis avec profusion de ces divins trésors, dont ce Sacré Cœur est la source, m'assurant qu'il prenait un plaisir singulier d'être honoré sous la figure de ce Cœur de chair, dont il voulait que l'image fût exposée en public, afin, ajouta-t-il, de toucher par cet objet le cœur insensible des hommes : me promettant qu'il répandrait avec abondance dans le cœur de tous ceux qui l'honoreraient, tous les dons dont il est plein ; et que partout où cette image serait exposée pour y être singulièrement honorée, elle y attirerait toutes sortes de bénédictions ; qu'au reste, cette dévotion était un dernier effort de son amour qui voulait favoriser les chrétiens en ces derniers siècles, leur proposant un objet et un moyen en même temps si propre pour les engager à l'aimer et à l'aimer solidement » (Leroy, p. 330). « C'est l'ardent désir qu'il a de les (ces grâces) répandre dans les âmes et les cœurs bien disposés qui lui fait désirer d'être connu, aimé, glorifié de ses créatures, dans lesquelles il veut établir son empire comme la source de tout bien, afin de pourvoir à tous leurs besoins. C'est pour cela qu'il veut qu'on s'adresse à lui avec grande confiance » (*Vie*, II, 159). « C'est la dernière invention de son amour, de laquelle il ne tiendra qu'à nous de profiter. Et malheur à ceux qui ne le feront pas ou ne le voudront pas faire » (*Lettres inédites*, p. 127).

II. *Explanatio.* — Quum gratiæ sint gratuita dona ex amore nobis concessa, SS. Cor Jesu, utpote divini

hujus amoris symbolum naturale et organum manifestans, jure merito sæpius dicitur fons et thesaurus infinitus gratiarum ac benedictionum cœlestium (1).

Ad gratiarum distributionem quod attinet, Deus omnibus et singulis gratias tribuit vere sufficientes, quibus præventi et adjuti cooperari et ad salutem pervenire valeant. Sed præter auxilia stricte sufficientia et necessaria, gratias superaddere solet abundantiores, quibus facilius homo cooperari potest, aut etiam efficaces quibus ipsum de facto cooperaturum esse Deus prævidet. Quum autem homo uberiora illa dona, præsertim efficacia, de congruo quidem, nunquam autem de condigno mereri possit, mensura qua illa conceduntur, pendet tum a dispositione nostra, tum maxime ac ultimo a voluntate divina, quæ etiam æqualiter dispositis potest plus vel minus largiri juxta liberrimum sapientiæ suæ consilium.

Jamvero devotio erga SS. Cor Jesu est medium, Christo testante, aptissimum quo uberiorem mensuram Deus det in sinum nostrum. Nam 1) manifesto beneplacito vult Deus hoc medio gratiarum fontem latius aperire ac diffundere, homines vocando ad hanc devotionem eaque mediante illos sanctificando ; et 2) ipsa devotio natura sua aptiores nos reddit qui divini fontis fluenta recipiamus.

1° Beneplacitum illud divinum apparet a) ex multis locis in quibus Christus declarat quantopere se ab omnibus cognosci, amari et honorari cupiat, et flammas ardentis suæ charitatis spargere exoptet. Sicut sæculo XIII, speciali providentiæ dispositione innumeros hæreticos per SS. Rosarii devotionem converti voluit, ita etiam his ultimis sæculis benigno providentiæ consilio ac privilegio « languentem ac in cordibus tot christianorum pene exstinctum charitatis ignem exci-

(1) Præter loca citata cf. *Lettres inédit.*, p. 90, 131.

tare » (*Lettres inéd.*, p. 127), « multasque animas a via perditionis revocare » (*Vie*, II, 199, 221) se velle manifestavit (1).

b) Idem testantur nobis historiæ facta et experientia quotidiana. Revera ipsa specialis revelatio totius œconomiæ cultus SS. Cordis, ductus Ecclesiæ hunc cultum approbantis ac festum instituentis, providentia tandem peculiaris qua nova devotio scripto, verbo et opere a multis commendata et latissime propagata fuit, totidem sunt beneficia insignia, quibus benignum suum consilium misericors Deus executioni mandari curat. Quibus gratiis externis, universis oblatis, internas adde gratias actuales prævenientes et concomitantes quibus singuli uberius excitantur et efficaciter sæpe adducuntur ut hanc devotionem acquirant, adaugeant stabiliantque et per illam salutem consequantur æternam.

2° Deinde devotio erga SS. Cor Jesu suapte natura, ratione nempe finis, objecti et usus sui nata est ad amplissima præmia optime nos disponere.

a) Finis enim est purissimus amor in Deum, cui signanter pro injuriis ipsi illatis reparationem rependamus. Porro charitatis actus omnium perfectissimi sunt.

b) Objectum autem aptissimum est quo accendatur illa charitas. Formale enim objectum est amor immensus quem D. N. J. C. in patiendo maxime et instituendo SS. Sacramento nobis ostendit. Jamvero nihil magis natum est excitare charitatem nostram erga Jesum, quam consideratio amoris quo ipse prior nos et in finem dilexit. Objectum autem materiale est ipsum Cor Jesu, carneum quidem; sed ut membrum vivum humanitatis hypostatice Verbo æterno unitum, quod, in se cultu latriæ adorandum, potissimum tamen colitur ut amoris symbolum naturale et organum manifestans. Quid

(1) Cf. prætérea *Lett. inédit.*, pp. 87, 117, 128, 142, 151, 167.

autem magis nostræ naturæ accomodatum, quid dignius, quid efficacius inveniri potest quam Cor illud cujus imagine frigidos hominum animos movere Christus voluit (1) ?

c) Tandem usus et praxes quibus, juxta ipsius Jesu desiderium et Ecclesiæ vota, illa devotio sese exserit, indole sua maxime proportionata sunt media huic fini attingendo. Celebratio annua festi SS. Cordis (*Vie,* I, 95; II, 355), celebratio feriæ sextæ, maxime quæ prima quocumque mense recurrit (*Vie,* I, 214, 291 ; II, 62, 65, 159, 160, 226, 327, 328 ; *Lettres,* 148, 178), S. Communionis digna et frequentior receptio (*Vie,* II, 159, 327 ; I, 145), privata vel publica SS. Cordis imaginis veneratio (II, 64, 68, 275), actus oblationis et reparationis (II, 355 ; I, 152, 163 ; *Lettres,* 75, 78, 145), hora sancta (Ibid. I, 58, 78 ; II, 328 ; *Lettres,* 80 146), instans ac fiducialis invocatio (*Lettres,* p. 129; *Vie,* II, 159), intentio nostra cum Christi intentione jugiter unita (I, 84 ; *Lettres,* 78, 212), mens denique nostra in virtutes Christi imitandas, in ejus passionem ac infinitum amorem tot irreverentiis ac injuriis lacessitum diligenti meditatione intenta (Leroy, p. 335,) nonne hæc omnia exercitia multo efficacius quam ceterarum devotionum praxes, natura sua nata sunt Deum digne colere, charitatem ardentem fovere, amplissimasque nobis promereri gratias ?

Ex quibus apparet quomodo Jesus, quin mutaverit gratiæ œconomiam, uberius tamen et efficacius nobis hoc medio sua dona concedat. Requirit quidem cooperationem nostram (cf. supra, p. 270), corda postulat « vacua » et bene disposita (2), sed pro benigniori

(1) Cf. supra p. 270.

(2) « Son amour le presse de départir le trésor inépuisable de ses grâces sanctifiantes et salutaires dans *les âmes de bonne volonté,* cherchant *des cœurs vides,* pour les remplir de la suave onction de son ardente charité, pour les consumer et les transformer toutes en lui. Il veut *des esprits humbles et soumis,* sans autre curiosité que d'accomplir son bon plaisir » *Lettres,* p. 90.

affectu ipse quasi operatur has dispositiones, uberioribus nempe gratiis externis et internis, quibus nos vocat ad hanc devotionem, qua nos deinde ad majorem perfectionem erigat et cumulatissimis ditet præmiis.

Sufficiant hæc ut intelligantur illæ promissiones, quibus Christus pollicitus est peccatoribus misericordiam et pœnitentiam, fervorem tepidis, fervidis altiorem perfectionem, sacerdotibus artem movendi peccatorum corda (1), consolationem afflictis, benedictionem in cæptis, protectionem ædium in quibus SS. Cordis imago palam colitur, omnibus denique gratias illas quæ uniuscujusque statui sunt accomodatæ.

III. *De promissa perseverantia finali.* — His jam via sternitur ad explanandam perseverantiam, quam benignissimus salvator promisit illis imprimis qui ardenti zelo cultum sui Cordis dilatare nituntur, et deinde — quum zelus non sit nisi charitatis flamma — iis etiam qui toto animo SS. Cordi sunt devoti ac vere consecrati.

« Mais il fait connaître ce désir être si excessif qu'il a promis que tous ceux qui se consacreront et dévoueront à lui pour lui donner ce plaisir (qui est de lui rendre et procurer tout l'amour, l'honneur et la gloire qui sera à leur pouvoir, suivant les moyens qu'il leur en donnera) qu'il ne les laissera jamais périr ; qu'il leur serait un asile assuré contre toutes les embûches de leurs ennemis, mais surtout à l'heure de la mort ; qu'il les recevrait amoureusement dans ce divin cœur mettant leur salut en assurance, prenant soin de les sanctifier et de les garder devant son Père éternel, autant que l'on prendrait de peine d'agrandir le règne de son amour dans les cœurs » (*Lettres inédites,* p. 89). — « Il promit que tous ceux qui seraient dévoués à ce Sacré Cœur ne périraient jamais » (*Vie et œuvres,* II, 64). — Il leur sera un asile assuré à l'heure de la mort, pour les recevoir et les défendre de leurs ennemis. Mais pour cela il faut vivre conformément à ses saintes maximes » (*Lettr.,* p. 117).

(1) Cf. supra, p. 221 ; *Lettres,* p. 128, 95.

Perseverantia finalis actualis, quæ magnum donum a Concilio Tridentino vocatur, qua activa est, non est gratia ab aliis entitative distincta, sed importat complexionem auxiliorum efficacium præ sufficientibus, ad persistendum in gratia usque ad mortem; qua vero passiva est, importat opportunitatem mortis, quæ nempe contingat quando quis est in statu gratiæ. Justus autem progressum et consummationem perseverantiæ, non quidem de condigno, bene vero de congruo mereri atque impetrare, imo, si debitæ ponantur conditiones, infallibiliter impetrare potest.

Certe Christus nec tantum donum nolentibus, nec immerentibus gloriam promittit, quinimo devotionem postulat veram ac solidam et vult ut vita ducatur præceptis suis conformem. Sed qui tenera erga SS. Cor pietate sunt imbuti, nonne facilius, conditionibus impletis, merebuntur ac impetrabunt illum gratiarum complexum quem perseverantia importat? Sane, ut ex præfatis liquet, gratiis ditantur abundantioribus imo communiter efficacibus, adeo ut, de lege saltem ordinaria, gratiam habitualem aut servaturi, aut si quando ea exciderint, recuperaturi sint, et tandem, peculiari auxilio a Jesu promisso adjuti, in ea supremum diem sint obituri.

C. C.

(Sequetur.)

Jurisprudence administrative

Fabriques d'église — Budget — Honoraires des prédicateurs

Un arrêté royal en date du 5 Janvier 1897 (*Moniteur*, p. 139) réforme l'arrêté du 13 Novembre précédent, par lequel la Députation permanente du conseil provincial du Hainaut a supprimé le crédit de 25 francs inscrit à l'article 39 *(Honoraires des prédicateurs)* des dépenses du budget pour l'exercice 1896, de la fabrique de l'église de la Sainte Vierge, à Sautin (commune de Sivry).

La dite allocation est rétablie et, comme conséquence de ce rétablissement, la somme de 588 fr. 7 c., admise par la Députation permanente à l'article 17 (supplément de la commune pour les frais ordinaires du culte) des recettes du budget susindiqué, est portée à 613 fr. 7 c.

Cette décision est fondée sur ce qu'une somme de 25 francs, pour payer les honoraires des prédicateurs, ne peut être considérée comme exagérée.

Un autre arrêté royal en date du 28 Janvier 1897 (*Monit.*, p. 454) réforme l'arrêté du 20 Novembre précédent, par lequel la même Députation permanente a réduit à 10 francs le crédit de 20 francs inscrit à l'article 39 du budget, pour l'exercice 1897, de la fabrique de Chaussée-Notre-Dame-Louvignies ; et ce pour inscrit une allocation de 10 francs à l'article 49 *(fonds de réserve)* des dépenses du même budget.

Le crédit de 10 francs, admis par la Députation permanente, est porté à 20 francs ; et l'allocation de 10 francs, inscrite par ce collège à l'article 49, est supprimée.

Voir dans le même sens les arrêtés royaux des 1 et 15 Février (*Monit.*, pp. 511 et 774) et 19 Mars 1897 (*Monit.*, p. 1180).

Observation. L'article 37, 2°, du décret de 1809, énumère, parmi les charges de la fabrique, celle « *de payer l'honoraire des prédicateurs de l'avent, du carême et autres solemnités* ».

Ces *autres solemnités* sont, par exemple, l'adoration perpétuelle, les jubilés ou missions, certaines octaves solennelles, etc.

Le payement de l'honoraire des prédicateurs constitue une dépense *obligatoire* pour la fabrique ; et il a été décidé, contrairement à la jurisprudence tracassière en vigueur au cours des années 1882 à 1884, que ce poste *doit* continuer à être admis en dépenses dans les comptes et budgets. Circ. minist. du 15 Mai 1885.

Cependant la pratique administrative actuelle se ressent encore de l'ancienne jurisprudence. Nous avons rapporté dans les *Collationes* (I, p. 94), un arrêté royal du 1er Mai 1895, qui décide que les crédits admis à l'art. 39 ne peuvent servir qu'à rétribuer les prêtres *étrangers à l'église* dans laquelle les prédications ont lieu. Cette décision est une application de la théorie libérale d'après laquelle les ecclésiastiques *attachés à l'église* ne peuvent recevoir aucune rétribution spéciale pour les services, même extraordinaires, qu'ils rendent, parce qu'ils reçoivent de ce chef un traitement de l'Etat (arr. roy. du 22 Septembre 1883).

Il est regrettable qu'une jurisprudence aussi peu conforme à la raison et au droit soit maintenue et perpétuée.

C. V. C.

Jurisprudence
des Cours et Tribunaux

Obsèques religieuses — Recouvrement des sommes dues — Droits respectifs de la fabrique et du curé

—

Nous avons rapporté dans les *Collationes* (I, p. 140), le texte d'un jugement du tribunal de Bruxelles du 17 Avril 1895, déterminant les droits de la fabrique d'église et du curé relativement à la perception des honoraires dus, à raison de funérailles ou autres services religieux, conformément au tarif général approuvé ou aux tarifs spéciaux fondés sur l'usage et librement acceptés par les intéressés ; nous avons donné également (*Collationes,* I, p. 430), le commentaire de cette importante décision et formulé les conclusions de droit qui s'en dégagent.

Par arrêt du 28 Janvier 1897 (*Pasicr.*, I, p. 71 ss.), rendu sur les conclusions conformes du procureur général M. Mesdagh de ter Kiele, la Cour de Cassation a rejeté le pouvoir dirigé contre le susdit jugement, et définitivement confirmé les principes admis par les premiers juges.

Nous n'avons qu'un mot à ajouter aux considérations antérieurement émises.

Dans plusieurs localités existe l'usage de racheter les chaises. Au lieu de percevoir, pendant le service, la taxe des chaises réellement occupées, on traite à forfait avec la famille du défunt et l'on convient avec elle d'une somme en proportion du nombre de chaises mises gratuitement au service du public, qui est

présumé nécessaire pour ceux qui assisteraient au service.

D'après la Cour suprême, « ce traité à forfait n'est interdit par aucune disposition légale » ; et le curé qui, agissant tant pour lui-même que pour tous ses subordonnés, a réglé le prix du rachat des chaises comme les autres conditions des funérailles, a qualité pour réclamer en justice, non seulement les honoraires revenant à lui-même, à ses vicaires et aux autres assistants, mais aussi la part revenant au fermier des chaises. — Cf. *Het Vlaamsch Bestuur,* VIII, p. 79.

C. V. C.

Ex Secretaria Brevium.

Quoniam die 30 proximi mensis Maii explicit feliciter annus 25s ex quo SS. D. N. Leo Papa XIII in Tertium Ordinem S. Francisci adscitus est, a Rmo P. Ministro Generali Fratrum Franciscalium, invitantur omnes Tertiarii S. Francisci ut per novenam publicas agant gratiarum actiones Deo Optimo Maximo, qui Pontificem gloriose regnantem tamdiu incolumem sospitemque servavit. Qua occasione, præfatis Tertiariis, qui novendiales supplicationes publicas, si fieri potest, sin minus privatas, *a die 22 ad 30 mensis Maii inclusive* habuerint, concedit Romanus Pontifex per breve 23 Februarii 1897, indulgentiam plenariam, defunctis etiam applicabilem, quam singuli, uno ex novem diebus, cujusque arbitrio sibi eligendo, lucrari possunt, dummodo confessi ac S. Communione refecti, ecclesiam vel oratorium publicum visitantes, pias ad consuetas intentiones preces effuderint.

C. C.

Ex S. Congregat. Indulgentiarum

SOCIETATIS DIVINI SALVATORIS.

De methodo imponendi Scapulare B. M. V. de monte Carmelo simul cum aliis Scapularibus.

P. Thomas Joseph a d. provid. Sodalis Societatis Divini Salvatoris huic S. Congni Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ exponit, sub die 27 Aprilis 1887 sequenti proposito dubio : utrum conveniens sit « Scapulare B. M. V. de « Monte Carmelo, honoris et devotionis causa, separatim « potius ac distincte, quam cumulative et commixtim cum « aliis quatuor vel pluribus Scapularibus benedicere et impo- « nere ? » hanc eamdem Sac. Cong. respondere mandavisse : « *Affirmative : et consulendum SSmo, ut Indultum hucusque in perpetuum concessum etiam Regularibus, Ordinibus et Congregationibus induendi Christifideles Scapulari Carmelitico commixtum cum aliis Scapularibus revocetur, et ad determinatum tempus coarctetur, neque in posterum amplius concedatur.* »

Jam vero plures Sacerdotes tum Sæculares tum Regulares, etiam post hoc Decretum, Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo jam cum aliis Scapularibus commixtum benedicere et imponere solent, ita tamen ut peculiari formula utantur ad Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo benedicendum et imponendum (1) ; dicunt enim prædictum Decretum non vetare quominus præfatum Scapulare Carmeliticum sive ante sive post benedictionem et impositionem *de facto commixtum sit* cum aliis Scapularibus, sed referri tantum *ad peculiarem benedictionem et impositionem* Scapularis.

Quæritur itaque ab hac S. Congne :

« Utrum hæc methodus a nonnullis Sacerdotibus adhibita valide et licite servari possit ? »

(1) Hanc formulam vide ap. A. De Schrevel, *Florilegium*, p. 307.

Et S. Congtio, omnibus mature perpensis, respondit :
Affirmative.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congnis die 11 Martii 1897.

FR. H. M. CARD. GOTTI, Præf.
L. † S. † A. Archiepiscopus Nicopolit. Secr.

Ex Sacra Congregatione Rituum

ROMANA.

Nonnulli Ecclesiarum Rectores sequentia dubia super legitima interpretatione Decreti « Auctо », die 8 Junii anno nuper elapso 1896 editi, circa Missas privatas de Requie, die et pro die obitus indultas, Sacræ Rituum Congregationi resolvenda humiliter proposuerunt, videlicet :

I. Privilegium circa Missas lectas de Requie ex præfato decreto concessum sacellis sepulcreti, favetne sive Ecclesiæ vel Oratorio publico ac principali ipsius sepulcreti, sive aliis Ecclesiis vel Cappellis, extra cœmeterium, subter quas ad legitimam distantiam alicujus defuncti cadaver quiescit ?

II. Missæ privatæ de Requie, quæ sub expressis conditionibus celebrari possunt præsente cadavere, licitæne erunt in quibuslibet Ecclesiis vel Oratoriis sive publicis sive privatis ?

III. Hujusmodi Missæ privatæ de Requie celebrarine poterunt sine applicatione pro Defuncto, cujus cadaver est vel censetur præsens ?

IV. Eædem pariter Missæ possuntne celebrari diebus non duplicibus, qui tamen festa duplicia I classis excludunt, uti ex. gr. feria IV Cinerum ?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti Secretarii, exquisita sententia Commissionis Liturgicæ, omnibusque mature perpensis, respondendum censuit :

Ad I. Negative ad utrumque.

Ad II. Affirmative, dummodo cadaver sit physice vel moraliter præsens; sed, si agatur de Ecclesiis et Oratoriis publicis, fieri debet etiam funus cum Missa exequiali.

Ad III et IV Negative.

Atque ita rescripsit et servari mandavit, die 12 Januarii 1897.

CAJ. Card. ALOISI-MASELLA S. R. C. Præf.
D. Panici, Secretarius.

L. ✝ S.

Adnotationes. Hoc novum decretum in pluribus interpretatur præcedens 8 Junii 1896 (1) circa missas privatas *de Requie* sub certis conditionibus concessas, tum in quocumque sacello sepulcreti rite erecto, tum die vel pro die obitus. Quod spectat ad privilegium quo missæ, in sacello sepulcreti *celebrari permissæ*, possunt esse *de Requie* diebus non impeditis a festo 1 vel 2 classis, a Dominicis aliisque festis de præcepto servandis necnon a feriis, vigiliis, octavisque privilegiatis, declaratur illud non extendi ad ecclesias vel oratoria publica in quibus ipsum sepulcretum existit, nec ad alias ecclesias vel cappellas extra cœmeterium sitas, quamvis in iis sepulcra defunctorum existant seu cadavera quædam sepulta fuerint, sed restingendum esse ad solum sacellum in sepulcreto rite erectum seu ad ipsam cappellam funerariam v. gr. alicujus familiæ.

Quoad missas privatas *de Requie* quæ, juxta idem, decretum 8 Junii 1896, fieri possunt die vel pro die obitus aut depositionis, sub clausulis et conditionibus quibus juxta rubricas et decreta missa solemnis *de Requie* iisdem in casibus decantatur, exceptis tamen duplicibus primæ classis et festis de præcepto, plura declarantur :

1° Hæ missæ licitæ sunt in quibuscumque ecclesiis

(1) Vide *Coll. Brug.*, tom. I, p. 474.

et oratoriis, dummodo tamen cadaver vel sit physice præsens, vel quamvis materialiter absens censeatur moraliter præsens, quia vel adhuc est insepultum vel etiamsi sepultum, non ultra biduum terræ mandatum fuit. Requiritur ergo ut ecclesia vel oratorium relationem habeat cum defuncto quatenus scilicet in ea cadaver præsens est vel posset esse præsens. Additur restrictio: « Si agatur de ecclesiis et oratoriis publicis, fieri debet etiam funus cum missa exequiali. » « Vult ergo (S. Congr.) ut missæ privatæ non dicantur nisi funus simul habeatur et missa exequialis. *Funus* autem exprimit in casu quasi pompam funebrem seu actus illos liturgicos, in Rituali præscriptos et circa cadaver agendos, vel saltem circa tumulum seu castrum doloris, si non fuerit cadaver physice præsens : adeo ut fideles, quantum fieri potest, intelligant, agi de alicujus morte, in cujus suffragium *prima vice* ejusmodi officia pietatis adimplentur. Missa exequialis vero significat missam cum cantu... Omitti non potest missa cum cantu, ut privatæ fiant ; adeo ut, illa omissa, neque hæ permittantur». Ita Ephemerides liturgicæ (April. 1897, p. 239), quæ tamen addunt notam : « Silemus de missa lecta de Requie *pro pauper defuncto, expensis pro cantata solvendis impari ;* quia decretum de hoc peculari casu non loquitur. »

Quæri ergo potest an, juxta restrictionem in decreto factam, jam non liceat pro pauperibus, loco cantatæ seu solemnis, missam lectam *de Requie* celebrare iisdem diebus quibus, si habetur funus et missa cantata, permittitur addere alias privatas. Nobis videtur S. Congregationem, prout innuunt etiam *Ephemerides liturg.,* in sua restrictione hunc casum non comprehendere. Declaravit enim in decreto anteriori *in Adrien.* 2 Sept. 1871, in die obitus præsente corpore, posse *legi* missam *de Requie, loco missæ cantatæ* in festis duplicibus, exceptis principalioribus « ad tramitem

concessionis *in una Mechlinien.* diei 22 Maii 1841 ». In decreto autem citato in Mechl. conceditur (quod jam antea 12 Sept. 1840 indultum fuerat pro diœcesi Brugensi) ut, *in exequiis pauperum qui solvere non valent expensas missæ cantatæ,* legatur missa privata *de Requie,* præsente cadavere, in festis duplicibus etiam majoribus, non tamen primæ vel secundæ classis neque infra octavas privilegiatas neque in Dominica neque iis diebus quæ excludunt festa duplicia. Jamvero S. Congregatio per decretum « *Aucto* » 8 Junii 1896 non intendit minuere privilegia sed potius extendere « ad juvamen fidelium defunctorum et ad spirituale solatium vivorum ». Unde dicendum videtur, non solum antiquam concessionem, in favorem pauperum, non esse revocatam, sed insuper extendi posse ad alios dies antea non comprehensos, ita ut post decretum « *Aucto* » missa exequialis lecta, in die obitus vel depositionis pauperum, prohibita tantum sit iis diebus quibus cantata vetatur et insuper in festis de præcepto et in omnibus duplicibus primæ classis necnon, ut infra dicemus, diebus duplicia primæ classis excludentibus. Quoad clausulam autem : « fieri debet etiam funus cum missa exequiali » notari potest : 1° S. Congregationem non expresse exigere missam exequialem *cantatam,* et 2° missam privatam quæ pro sepultura pauperum celebrari permittitur, etiam vocari et revera esse exequialem. S. Congregatio ergo per restrictionem appositam nihil aliud intendere videtur quam privilegium celebrandi in duplicibus et æquivalentibus missas *de Requie* limitare ad exequias proprie dictas, quæ prima vice aguntur, corpore physice vel moraliter præsente, et in quibus fiunt Absolutio aliæque cæremoniæ exequiis propriæ. Inter has quidem *ordinarie* habetur missa *solemnis* seu *cantata,* cujus loco tamen aliquando juxta decreta celebrari potest pro pauperibus missa lecta seu privata.

2° Ut licitum sit uti privilegio celebrandi missas de

Requie, de quibus agit decretum « Aucto », requiritur ut applicatio fiat pro defuncto cujus corpus est vel censetur præsens, ideoque admitti non potest sententia opposita quam tenuerunt *Ephemerides liturgicæ*, 1896, p. 637.

3° Per decretum 12 Jan. 1897, ad IV, fit, relate ad dies pro quibus concessio valet, interpretatio restrictiva decreti « *Aucto* ». Hoc enim excipit festa de præcepto et *duplicia primæ classis*. In novo autem decreto declaratur missas privatas *de Requie* non tantum prohiberi in duplicibus primæ classis sed etiam *diebus non duplicibus qui festa duplicia primæ classis excludunt*. Hi vero dies sunt : Vigilia Nativitatis Domini, feria IV cinerum, feriæ 2, 3 et 4 hebdomadæ majoris, feriæ 4, 5, 6 et sabbatum Octavarum Paschatis et Pentecostes hujusque Vigilia. His ergo diebus, quibus addenda est dies Octava *(Duplex)* Epiphaniæ (utpote pariter festa duplicia primæ classis excludens), prohibentur, sicuti in festis de præcepto et in omnibus duplicibus primæ classis, missæ privatæ *de Requie* in die obitus etiam corpore præsente, quamvis, omnes illæ dies (exceptis solemnioribus) admittant missam exequialem solemnem seu cantatam.

H. V. D. W.

Consultationes

I

De mutandis viæ crucis stationibus

Ut nonnullis consultationibus de via crucis mutanda fiat satis, utile duximus compendiose regulas indicare quæ in hac materia statui possunt.

1° *De imaginibus stationum.* — « Indulgentiæ viæ crucis *crucibus* tantum sunt adnexæ, minime vero imagi-

nibus, quæ necessariæ non sunt » (*Decr. Auth.*, n. 275 ad 1m): quamdiu igitur remanent cruces ligneæ (*Rit. Rom.*, edit. typicæ app.; *Decr. Auth.*, n. 442), ad hoc benedictæ (*Decr. Auth.*, nn. 270 ad 2m, 447; *Rit. Rom.*, ibid.), perseverant indulgentiæ lucrandæ, sive addantur, sive demantur, sive transferantur ad tempus aut in perpetuum tabulæ vel imagines quæ utilissime meditationis adjuvandæ gratia addi solent (*D. A.*, nn. 258, 261, 270, 275 ad 1m, 332 ad 2m, 442 ad 3m).

2° *De ablatis crucibus.* — a) Si cruces omnes vel quoad majorem partem quacumque de causa, sive ad tempus sive in perpetuum, removeantur a loco suo, fideles tempore ablationis evidenter non possunt lucrari indulgentias (*D. A.*, 257 ad 1m, 223 ad 2m).

b) Sin autem una alterave tantum crux removeatur v. gr. ad illam partem ecclesiæ dealbandam, indulgentiæ nihilominus lucrifieri possunt (Ibid.).

3° *De crucibus in eodem loco restituendis.* — a) « Si cruces pereant vel tollantur ex minori parte, licet alias illis substituere absque ulla nova erectione et benedictione, ideoque indulgentiæ perseverant » (*Dec. Auth.* n. 275 ad 2m; cf. nn. 331 ad 3m, 258).

b) Si cruces primitus benedictæ quoad majorem partem vel omnes ob vetustatem vel ob aliam justam causam renovandæ sint, jam non requiritur, ut olim, nova erectio et benedictio (*D. A.*, nn. 175, 270 ad 5m, 275 ad 2m, 328), sed « *dummodo præsumi possit perseverare consensum eorum ad quos pertinet* (1) [ut solet], sufficit sola novarum stationum benedictio » absque formalitatibus quæ, decreto 3 Aug. 1748, ad primævam erectionem requiruntur (Decr. S. C. Ind. 11 Jan. 1896).

c) « Si penitus tolluntur aliqua peculiari ratione » (puta ecclesiæ dealbandæ aut crucium vel tabularum reparandarum causa) « et ad tempus tantum ut denuo

(1) His verbis addendis compleatur, ap. *Collat. Brug.*, I, 212, S. C. Ind. responsum e quo illa phrasis elapsa fuerat.

eidem loco restituantur, nec erectione nec benedictione opus est ad indulgentias lucrifaciendas » (*Decr. Auth.*, n. 270 ad 5m).

d) Si ecclesia diruta eodem in loco et sub eodem titulo rursus erecta fuerit, sufficere videtur pro indulgentiarum valore denuo appendere cruces olim ablatas. Ita *Instructio de stationibus S. Viæ Crucis erigendis visitandisque* edita auctoritate Rmi P. BERNARDINI A PORTU ROMATINO, Ordinis Fratr. Minorum Ministri Generalis, et approbata a S. C. Indulg., et BERINGER, *Les indulgences*. Sin autem ecclesia vel sub alio titulo vel alio in loco exstructa fuerit, certe requiritur nova viæ crucis canonica erectio (*D. A.*, n. 275 ad 5m, 323).

4° *De crucium translatione*. — a) Licet absque indulgentiarum jactura in eodem loco meliori ordine disponere stationes viæ crucis (*D. A.*, nn. 275 ad 3m) ; imo et omnes stationes ab una capella in aliam transferre, dummodo sit in eadem ecclesia (*D. A.*, nn. 275 ad 3m, 311 ad 4m, 328).

b) Utrum autem cruces appendi possent parietibus sacrarii vel oratorii sub diverso tecto non liquet, et juxta decr. S. C. Indulg. diei 16 Decembris 1760, (*D. A.*, n. 223 ad 3m) recurrendum est in casibus particularibus.

c) Si tandem transferantur ab una ecclesia ad aliam, vel ab una conventus capella in aliam, vel — pro iis qui gaudent indulto habendi viam crucis in cubiculo privato — ab uno oratorio ad aliud sive contiguum sive non, requiritur nova canonica erectio. Nam « si stationes viæ crucis per cruces erectæ a loco removeantur, ubi canonice erectæ fuerint, et in alium transferantur, indulgentiæ nec primo loco affixæ remanent, nec cruces sequuntur, sed nova canonica erectio requiritur » (*D. A.*, n. 270 ad 4m. Cf. *D. A.*, nn. 223 ad 3m, 228 ; decr. S. C. Ind. 26 Sept. 1892 ad 4m, ap. *Nouv. Revue Théol.*, XXV, p. 52). C. C.

II

De Herdt, *Sacræ liturg. prax.* tom. III, n° 249 (in recent. edit.), agens de officio defunctorum hæc habet : « In fine Laudum *dicta oratione* non adduntur versus *Requiem æternam,* nec *Requiescant.* In rituali autem Romano in fine Laudum indicatur dicendus : « Psalmus *De profundis cum precibus et orationibus* Officio congruentibus ut supra in Vesperis ». Jamvero in Vesperis post Orationes adduntur versus *Requiem* etc., *Requiescant* etc. Quæritur ergo, quomodo sint terminandæ Laudes defunctorum.

R. De Herdt loco citato agit de casu speciali Officii *exequialis* et docet non addi versus prædictos « sive missa sequatur sive hac omissa mox ad Absolutionem procedatur » ; affert rationem desumptam ex Cavalieri « quia hi versus qui deserviunt ad ultimum vale defunctis, in finem precum reservandi sunt. » Quod autem versus in casu omittendi sint, probatur ex Rituali Tit. VI, cap. 3, ubi describuntur servanda in exequiis corpore præsente, et legitur sequens rubrica : « Ad finem Officii post ant. cantici *Benedictus* etc. *Ego sum resurrectio* etc. dicitur : *Pater noster... Dominus vobiscum, Oremus : Absolve... ab omni vinculo* » etc. et post hanc orationem nulla fit mentio versuum *Requiem, Requiescant,* sed statim subjungitur rubrica : « Dum in officio dicuntur Laudes sacerdos cum ministris paratur ad celebrandam missam solemnem pro defunctis, si tempus congruens fuerit ». Et inferius n° 18 monet Rituale, quod si officium mortuorum vel unum nocturnum dici non possit, aliæ tamen preces et suffragia scilicet Absolutio, nunquam omittuntur. Cum ergo in exequiis semper post officium defunctorum sequitur vel missa et Absolutio vel saltem Absolutio, ideo post orationem in fine Laudum non assignantur dicendi versus *Requiem* et *Requiescant.* Inde concludit Cavalieri

tom. 3, dec. 16, XIV : « quia Rituale, terminata oratione sub brevi conclusione, non subdit versiculos *Requiem æternam* et *Requiescant*, sed statim transit ad missam et, quatenus hæc non sit dicenda, ad orationem *Non intres*, nec dubitamus, quod prædicti versiculi taceri debeant, *quoties post Defunctorum officium sequitur Missa de Requiem aut Absolutio ad tumulum.* Tunc enim ex hujusmodi officiis fit unum veluti continuatum, unde versus illi, qui deserviunt ad dandum ultimum vale defunctis, sunt in fine precum reservandi... Sane cum officium defunctorum jungitur officio diei, huic adimitur versus *Fidelium animæ,* qui institutus fuit in officio canonico ad precandam requiem omnibus defunctis in fine precum, cur itaque et quando officia plura ad defunctos attinentia simul junguntur, reservandi non erunt in precum fine versus illi, in quibus ultîmum vale defunctis adhibetur » ? Cavalieri sequuntur alii auctores inter quos De Herdt loco cit., A Carpo *Cæremoniale* P. I nº 157.

Quod autem spectat ad rubricam Ritualis, tit. VI, cap. 4, quæ assignat in fine Laudum dicendum psalmum *De profundis* cum precibus et orationibus officio *congruentibus* ut in vesperis, notandum est hoc capite dari in extenso et complete officium defunctorum, quod, ut monetur in rubrica præmissa, dicitur non tantum in die depositionis sed etiam aliis diebus pro temporis opportunitate et ecclesiarum consuetudine ; recitatur autem aliquando separatim, quin sequatur missa vel absolutio, quo casu sequenda erit rubrica allata et terminandæ erunt laudes sicuti indicatur pro vesperis.

Sed, sicuti juxta speciales rubricas psalmus *De profundis* in die depositionis et in commemoratione omnium Fidelium omittendus est, et in exequiis corpore præsente in fine Laudum non est dicenda oratio ex assignatis ad Vesperas Officii defunctorum sed oratio specialis ac semper eadem *Absolve... ab omni vinculo*

quæ habetur cap. 3 (Exequiarum Ordo), nº 5, ita etiam non congruunt officio versus finales *Requiem* et *Requiescant* post orationem Laudum, si missa de *Requiem* vel absolutio immediate sequitur.

H. V. D. W.

III

Decreto *in Lincien.* 3 Junii 1892 statuitur Sacerdotem, celebrantem feria IV missam votivam de S. Joseph, sumere debere formulare missæ concessæ decreto 5 Julii 1883 et correspondentis officio votivo pro feriis IV liberis indulto. Quæritur an inde concludi debeat, alia die quam feria IV, legi debere missam festi S. Joseph (19 Martii) vel an in casu possit ad libitum sumi una alterave ex duabus his missis ?

R. Quamvis responsum in citato decreto *in Lincien.* videatur directe dari pro solo casu quo missa votiva S. Joseph celebranda est in feria IV, a Sacerdote qui non recitavit officium votivum, ex eo tamen deduci censemus quacumque die (qua permittitur), legendam esse pro votiva missam *Adjutor et protector* concessam simul cum officio votivo pro feriis IV.

Dubium proponitur his verbis : « An pro missis votivis S. Joseph, *quando non recitatur ejus officium votivum in feria IV,* debeat sumi formulare ex missa diei 19 Martii, vel formulare ex missa quæ correspondet officio votivo ejusdem Sancti feriis IV per annum. » Sacra autem Congregatio quæstioni positæ respondet : « Negative ad primam partem », scilicet non missa 19 Martii dicenda ; « affirmative ad secundam », seu missa correspondens officio votivo ejusdem Sancti feriis IV per annum concesso legenda est.

Dicimus responsum applicari posse non tantum in feria IV sed etiam aliis diebus extra feriam IV, quia ratio, quæ movere potuit S. Congregationem ad præ-

scribendum pro missa votiva in feria IV formulare missæ correspondentis officio votivo, æque subsistere debet pro cœteris diebus : in utroque enim casu missa, cum non sit conformis officio, est votiva, non festiva. Hæc autem ratio fuisse videtur, quia missa correspondens officio votivo est revera *votiva* et ut talis in missali inscribitur, saltem eo sensu quod non est missa propria festo seu festiva, et quia formulare ejus omnino accommodatum est missis quæ in honorem S. Joseph celebrantur extra dies festorum (19 Martii et Patrocinii), ita ut legi possit prout jacet, dum econtra in missa 19 Martii, si celebratur ut votiva, mutatio est facienda in Secreta per substitutionem verbi *commemorationem* verbo *festivitatem*.

In eumdem sensum decretum *in Lincien.* interpretatur Erker *(Enchiridion liturg., Sect. IV, tract. VIII, cap. 2 ad 7),* dum sine restrictione docet : « Dicere volens missam votivam in honorem S. Joseph, sumat missam votivam per decretum 5 Julii 1883 pro feriis quartis per annum concessam », et simpliciter citat decretum 3 Junii 1892 de quo hic agitur.

Quæ interpretatio etiam confirmari videtur praxi S. Congregationis Rituum. Hæc enim, cum per decretum *Urbis et Orbis* 12 Augusti 1895, nomine SS. DD. Leonis XIII indulgeret ut, occasione jubilarium festorum S. Joseph Ecclesiæ Catholicæ Patroni, in Dominica tertia Adventus 1895 missa votiva solemnis cantaretur, non præscripsit formulare missæ 19 Martii sed formulare missæ festi Patrocinii S. Joseph. Jamvero missa votiva correspondens officio votivo eadem est ac missa Patrocinii, detractis, si extra tempus paschale celebratur, *Alleluia* ab Introitu, Offertorio ac Communione et substituto Graduali *Domine prævenisti,* quod in missa Patrocinii etiam indicatur pro casu quo festum Patrocinii extra tempus pascale transfertur.

H. V. D. W.

IV

Quæritur 1° An, inspecta doctrina juxta quam execratur ecclesia « quando *incendio* ita exuritur, ut parietum etiam non corruentium crusta interior majori ex parte tollatur » (Schmalzgr., *Decretal.* L. III, tit. 40, n. 23), concludendum non sit ecclesiam similiter consecrationem amittere quando, *instaurationis gratia,* crusta interior totaliter abraditur ita ut lapides nudi appareant ?

2° An per talem crustæ interioris disjectionem amittatur ecclesiæ *benedictio ?*

3° Utrum tanquam polluta habenda sit ecclesia quæ, tempore pertubationis, in usus profanos, puta in stabula, in hospitium militum, etc., conversa fuit ?

Respondetur *ad 1um*. Auctores sat communiter docent suam consecrationem amittere ideoque nova consecratione indigere ecclesiam e cujus parietibus ex toto vel majori ex parte, *sive incendio, sive alio quocumque modo,* simul aufertur vel decidit interior incrustatio. Ratio est, ut ait Schmalzgr., *l. c.,* « quia consecratio consistit in exteriori parte, seu superficie parietum, qui chrismate liniuntur, et in quibus crucis signum apponitur ; ideoque ex eorum combustione, vel notabili abrasione violatur consecratio, etiamsi parietes non corruerint ». Can. *Ecclesiis* 20 De consecr., dist. 1 ; Reiff., h. t., n. 13 ; Pirh., h. t., n. VIII ; Leuren., *For. eccl.,* q. 950 et q. 952 ; Zallinger, h. t., § 458 ; Ben. XIV, brevi *Jam inde,* 12 Maii 1756 ; S. Alph., L. VI, n. 367 ; Van de Burgt, *De celebr. miss.,* p. 172 (n. 201) ; De Angelis, *Prælect. jur. can.,* Tom. II, part. 2, p. 281 ; Aichner, *Comp. jur. eccl.,* 1884, p. 664.

Huic autem doctrinæ aperte contradicunt recentiora Sacræ Ritùum Congregationis decreta.

Anno 1882, Episcopus Seniensis exposuit S. R. Congregationi, in quadam suæ diœceseos ecclesia, majoris

gratia decoris, novam incrustationem internam ex materia marmorea superinductam fuisse, atque in hunc finem, permittente Ordinario, priorem incrustationem, in qua depictæ erant cruces et signa consecrationis, per totum internum ecclesiæ spatium decussam fuisse simul cum crucibus, et quidem id insimul non successive, quia sic artificibus necessarium visum est.

Hinc Sacram ipsam Congregationem supplex rogavit pro resolutione insequèntis dubii :

« An in casu, qui supra expositus est, ecclesia suam consecrationem amiserit, indigeatque nova consecratione ? »

Et Sacra eadem Congregatio, die 5 Maii 1882, sic declarandum censuit : « *Negative ad primam partem ; ad secundam provisum in primo ; et iterum depingantur, vel apponantur cruces in parietibus in testimonium peractæ consecrationis* ». Apud Gardellini, n. 5840. Cfr *ibid.* decreta 13 Julii 1883 (n. 5882) et 16 Jan. 1886 (n. 5956).

Rursus, anno 1894, ad dubium : « An post decretum in una *Senien.*, die 5 Maii 1882, ecclesiæ consecratæ, e quarum parietibus crusta, vulgo *intonaco,* majori ex parte disjecta fuit, tanquam execratæ habendæ sint, ideoque nova indigeant consecratione » ? Sacra Rituum Congregatio, die 26 Julii 1894, rescribendum censuit : « *Negative ad utramque partem* ». Apud *Nouv. rev. théol.*, T. XXVII, p. 139. Vide etiam decretum S. R. C. diei 8 Junii 1896 (*Collationes,* I, p. 563).

Ex hisce resolutionibus merito inferunt *Ephemerides liturgicæ* (T. IX, p. 67) « consecrationem ecclesiæ non afficere tantum materialiter opus tectorium parietum, sed totos parietes. Ecclesia enim per ritus et cœremonias præscriptas ad modum unius et integre consecratur ».

Ad 2um. Quæ de consecratione dicta sunt, eodem, imo et meliori jure, benedictioni ecclesiæ applicantur.

Benedictionem non amitti, parietibus interius decrustatis, tradunt ipsi auctores qui contrarium tenent de consecratione, quippe cum solo, quod aspergitur aqua benedicta, inhærere dicant benedictionem. Cfr Leur., q. 950 ; Schmalz., h. t., n. 16 ; Wiestner, h. t., n. 12 ; Van de Burgt, *op. cit.*, p. 173 (n. 202).

Ad 3um. « Ecclesiam pollui, spectato jurè, in casibus in eo non expressis, aut etiam ob delicta quantumcumque atrocia et expressis graviora, utpote ad quæ facienda non est extensio, cum ea sit odiosa, » negant communiter canonistæ. Leur., q. 967 ; Schmalzg., n. 83 ; Wiestner, n. 45 ; Pirh., n. 17 ; De Angelis, *l. c.*, p. 665. Observant tamen honestum esse ut, juxta consuetudinem in pluribus ecclesiis existentem, in his casibus ecclesia a sacerdote aqua ab ipso benedicta jussu Episcopi aspergatur ; imo praxis jam docet quod talis ecclesia ad cautelam reconcilietur.

Hac de re recte scribit Van de Burgt, *op. cit.*, p. 181 (n. 218) : « Temporum infortunio hominumque malitia haud infrequenter accidit, inferri ecclesiis catholicis sacrilegam injuriam per alia scelera quam quæ exposita hactenus sunt... Pone adhibita fuisse templa in locum rixarum et tumultuosi certaminis, in exercitium cultus hæreticorum aut schismaticorum, in hospitium militum, in popinas, in officinas, in stabula, nec percrebuisse vel famam ullius ibidem patrati ex ante dictis sceleribus. Minime indiget talis ecclesia reconciliatione, quam jura sacra memorant. Attamen sensui pietatis et religionis admodum congruere videtur, prius, designato reconciliationis ritu, expiari templum a profanationis macula, quam sacrificium sanctissimum in eo immoletur. Durandus quidem in *Rationali*, L. I, c. 6, n. 41, hæc comprobans ita scribit : Cum casus isti non sint in jure expressi, necesse non est ecclesiam per Episcopum solemniter reconciliari. Honestum tamen fore putamus, cum aqua exorcisata Episcopi jussu lavari...

nec esset forte malum eam in tali casu solemniter per Episcopum reconciliari ». Vide etiam Layman, *De sacrif. Missæ,* L. V, Tr. V, c. 5, n. 13 ; Busembaum apud S. Lig., *l. c.,* n. 367 ; Aichner, *op. cit.,* p. 665. De Brabandere, 5ª edit., n. 718. Quod Durandus *forte malum non esse* opinatur, id menti S. Sedis accommodatum esse ostenditur ex S. R. C. decreto 3 Martii 1821 (n. 4577) quo in casu simili facultas ad ecclesiam reconciliandam conceditur ; et decreto 27 Februari 1847 (n. 5077) quo ad dubium : « Num ecclesia consecrata, quæ militaribus stationibus et excubiis per biduum inservivit, censenda sit profanata ac propterea indigeat reconciliatione a Pontificali Romano præscripta ? » respondetur : « *Ad cautelam* esse reconciliandam ».

C. V. C.

V

Quæritur. — An hodie adhuc lucratur indulgentiam plenariam adnexam recitationi orationis : *En ego o bone et dulcissime Jesu,* qui utitur formula : « quod in ore ponebat *suo*... », vel sequentibus versionibus :

a) « en mij herinner wat eertijds reeds de H. Koning David van U voorspelde... »

b) « hebbende voor oogen hetgeen de propheet David eertijds van U uitsprak... »

c) « hetgeen U de propheet David eertijds van U deed uitspreken... »

d) « ces paroles prophétiques que prononçait déjà de Vous... »

e) « ce que Vous faisait déjà dire de Vous-même... »?

Respondetur. — 1º De hujus orationis *textu latino* S. C. Ind., die 29 Martii 1894, sequens dedit decretum :

I. Utrum dicendum sit in oratione præfata ore *tuo,* an vero *suo ?*

II. Utrum sit indifferens ad lucrandam indulgentiam, dicere *suo* vel *tuo ?*

S. Congregatio relatis dubiis respondit :

Ad I. Standum omnino textui collectionis authenticæ editæ Romæ anno 1886, ex decreto S. Congr. diei 24 Maii 1886.

Ad II. Provisum in primo.

Juxta primum responsum et qui recitant et maxime qui edi et spargi curant hanc orationem, sequi tenentur textum collectionis authenticæ, cui titulus *Raccolta* et quæ habet « in ore *tuo* ».

Alterum vero dubium, utrum nempe acquirantur indulgentiæ dicendo « in ore *suo* », S. Congregatio noluit dirimere directe et theoretice, sed practice remittendo ad textum authenticum. Inspectis tamen principiis videtur posse responderi affirmative, a) quia præfata differentia non est tanti momenti ; b) quia textus italico idiomate conceptus, *æque authenticus* (*Raccolta,* p. 139) sic habet : « cominciando da ciò *che disse di Voi,* o Gesù mio, il Santo Propheta David ». Horum autem verborum sensus est : quod dicebat de Te, quod in ore ponebat *suo* de Te.

2° *Ad versiones* quod attinet, Pius IX, die 29 Decembris 1864 « benigne declaravit indulgentias adnexas precibus valere, quocumque idiomate recitentur, dummodo versiones sint fideles » (*Decr. Auth.,* n. 415) ; idem in specie declaratum fuit de hac ipsa oratione (*Decr. Auth.,* n. 386). Jamvero versiones citatæ sub litteris a), b) et d) sufficienti fidelitate interpretantur textum italicum « che disse di Voi » ; ceteræ vero, sub litteris c) et e), magis suadendæ, sunt versiones fideles textus latini « in ore ponebat tuo ». Unde indulgentiam his formulis acquiri posse non dubitamus.

C. C.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra, p. 177).

CAPUT II.

De ascensu mentis nostræ, fide divina ac gratia illustratæ, ad Deum supernaturali revelatione manifestatum.

56. Jam ad alteram manifestationem Dei accedimus, multo nobiliorem et ampliorem quam ea quæ per creaturam mundi nobis exhibetur, nempe illam quæ per immediatam Dei locutionem ac testificationem facta est; ad quam proinde per alteram viam longe præstantiorem quam naturalium solius rationis virium contendimus, scilicet per intellectum fide divina Deo immediate inhærentem, et porro, fide adhibita, scientia supernaturali illustratum. Igitur ascensus hic multo sublimior, tum ratione principii cognoscendi, quod supernaturale est, tum ratione termini supra naturam, Dei videlicet longe altiori, perfectiori atque ampliori ratione manifestati, non prout solum e creaturis ejus existentia et perfectiones eruuntur, sed prout Deus sese directe ac immediate per se ipsum nos docet et ultra quidem quam in creaturis deprehendi possit.

Ex quibus jam habemus triplicem hujus capitis divisionem seu sectionem, in quarum prima ipsa Dei revelatio supernaturalis generatim consideranda est; in quarum secunda, natura et modus nostræ cognitionis et assensus revelationi hujusmodi respondentis sunt indagandi, et in quarum tertia tandem, ea ipsa exponenda sunt quæ de seipso Deus revelavit, et ad quæ per fidem fideique scientiam conscendere conabimur.

Sectio I.

De supernaturali Dei revelatione generatim.

57. Deus primum locutus est protoparentibus in ipso paradiso, cæterisque dein patriarchis, postea patribus per prophetas, et novissime ac finaliter per Filium suum Jesum Christum, juxta verba Apostoli, *ad Hebr.* I; « Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis : novissime, diebus istis locutus est nobis in Filio ». In omni autem revelatione supernaturali, tria sunt consideranda : 1° ipsa revelatio et id quo constat locutionem esse divinam, seu vere Deum locutum ac testatum esse ; 2° ea quæ in omni revelatione divina, quævis sit veritas explicite revelata seu objectum hujus revelationis quodvis sit, necessario revelantur ac affirmantur saltem implicite, nempe Dei existentia, ipsa ejus locutio, ejusque auctoritas, id est, veritas seu scientia atque veracitas, quæ quidem auctoritas fidem revelatis adhibendam exigit ; 3° ipsum objectum divinæ hujus revelationis, seu veritas quam expresse Deus eloquitur credendam.

ARTICULUS I.

De revelatione positiva Dei, et signis quibus dignoscitur.

§ I.

De revelatione divina in se considerata.

58. Cum hi termini, revelatio ac locutio Dei, vario sensu, latiori aut strictiori, proprio minusve proprio sumantur, necesse est primum accurate definire revelationem divinam de qua agere intendimus. Quod ut fiat, revelationem hanc considerabimus tum active ex parte Dei revelantis, tum quasi passive ex parte eam immediate percipientis seu audientis, qua quidem ex parte nihil aliud est quam cognitio prophetica seu prophetia, quam latius explicat S. Thomas, 2, 2, qq. 171 et sqq.

Et rursum quidem ex parte percipientis, considerare oportet primo ipsam divini verbi perceptionem seu cognitionem, dein locutionem prophetæ ceu Dei præconis ad alios, quoniam Deus congruum non judicavit omnibus immediate hominibus loqui, et tertio tandem confirmationem dicti prophetici ceu verbi divini per divina signa, quemadmodum exponit Doctor Angelicus, his verbis : « Dicendum, quod prophetia primo et principaliter consistit in cognitione, quia videlicet prophetæ cognoscunt ea quæ sunt procul et remota ab hominum cognitione... Sed quia, ut dicitur I ad Cor. XII, *Unicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem,* et infra XIV, dicitur : *Ad ædificationem Ecclesiæ quærite ut abundetis ;* inde est, quod prophetia secundario consistit in locutione, prout prophetæ ea quæ divinitus edocti cognoscunt, ad ædificationem aliorum annuntiant... Ea autem quæ supra humanam cognitionem divinitus revelantur, non possunt confirmari ratione humana, quam excedunt, sed secundum operationem virtutis divinæ, secundum illud (Marci, ult. 20) : *Prædicaverunt ubique Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis.* Unde tertio ad prophetiam pertinet operatio miraculorum, quasi confirmatio quædam propheticæ enuntiationis (1). »

59. Ex parte Dei revelantis considerata, breviter definiri potest de qua agimus revelatio, *actio Dei specialis qua mentem suam creaturæ significat, hoc significatum ceu verbum suum testando seu auctoritate sua muniendo.*

Dicitur : actio Dei ad extra *specialis,* ita quidem ut si Deus titulo causæ primæ non influeret in effectus creatos, adhuc tamen titulo sic loquentis exigeret influxum in verba seu signa quibus suos conceptus manifestat, ita ut hæc verba sint vere divina.

Ideo solet hæc revelatio dici *positiva,* quatenus

(1) 2, 2, q. 171, art. 1, in corp.

actionem Dei positivam et specialem exposcit, non tantum, posita creatione, concursum generalem, sicut manifestatio seu revelatio naturalis Dei, et intenta quidem a Deo, per creatum mundum.

Ideo etiam eadem revelatio *immediata* dicitur, quo rursum distinguitur a manifestatione Dei mediante mundo creato, qui metaphorice eloquitur Deum. Non tamen eo sensu immediata intelligi debet hæc revelatio, quod necessario ministerium Angelorum aut hominum excludat, dummodo hi ceu præcones et mera instrumenta Dei, vere tamen verbum Dei hujus nomine et auctoritate primum proferant. Et sic eadem revelatio alio sensu in immediatam et mediatam distingui potest, prout Deus vel nullo instrumento, vel ministerio alicujus creaturæ ceu præconis utitur. Ita Deus mysterium Incarnationis Verbi B. Mariæ Virgini priore sensu immediate revelavit, posteriori mediate per ministerium Gabrielis archangeli. Sic etiam priore sensu immediata est Dei revelatio christiana per Apostolos et hagiographos, per quos vere revelavit, non ita deinceps per magisterium Ecclesiæ, quod, infallibiliter quidem, revelationis jam absolutæ depositum conservat, et docendo transmittit.

60. Obiter hic attende distinctionem revelationis, ex parte objecti de quo infra, in *privatam* et *publicam*. Scilicet nihil prohibet Deum immediate revelare alicui vel aliquibus personis, etiam in publicam hominum utilitatem, quin tamen ad alios ita dirigatur verbum, ut tamquam Dei verbum fide divina credendum ad salutem proponatur, et hæc est revelatio privata; publica vero est, cum Deus, quem omnibus et singulis loqui non convenit, sive per se, sive ministerio angelorum aut hominum revelat veritates, quæ ad communem humani generis salutem ordinantur, easque sive per se sive per suos præcones ceu instrumenta sua revelatas, iisdem dein præconibus, et aliis deinceps quibus ipsi revelarint, missione divinitus comprobata,

transmittendas tamquam revelatas et fide divina credendas committit. Ubi rursum vides discrimen inter eos qui instrumentaliter revelant divinitus, et eos qui solummodo revelata transmittunt, etsi missione divinitus accepta ac comprobata, et magisterio infallibili, in quo non est revelatio, ne mediata quidem. Pulchre hac de re notat Cajetanus (1). « In hoc, quod dicitur, fidem nostram inniti divinæ revelationi factæ Ecclesiæ, includitur quod innititur revelationi factæ principalibus Ecclesiæ membris, sc. Prophetis, Apostolis et Evangelistis. Est siquidem ex parte humani generis necessarium necessitate suavis dispositionis, qua divina sapientia cuncta ordinat, ut aliqui homines revelationem de his, quæ fidei sunt, a Deo sic habuerint, ut certi fuerint evidenter quod Deus hæc revelat, et ab aliis alii quasi discipuli a magistris instruerentur. Naturale siquidem est homini discere ab homine, et divina sapientia infima per media gubernat. Et licet non oporteat Ecclesiam hoc certo tempore habere certitudinem evidentiæ de divina revelatione eorum quæ sunt fidei, necesse est tamen ut ipsa habeat vel habuerit hujusmodi evidentiam, alioquin ex parte sui Ecclesia non esset certa de his quæ sunt fidei, utpote nullos habens in se testes de visu. Modo autem, dum quædam Ecclesiæ membra credunt aliis ejusdem Ecclesiæ membris, quæ viderunt, utrique securi in fide vivunt, juxta illud 1 Joan., I, quod vidimus, testamur, et annuntiamus. »

Hæc distinctio revelationis in privatam et publicam magni momenti est, et, quamvis ex parte potius objecti revelationis sese habeat, eam nunc opportune, ut ex dictis patet, inseruimus, quæ cæteroquin et ex parte intentionis Dei revelantis sese habet. In hac tractatione nostra, solam publicam revelationem præ oculis habemus; definitionem tamen ad hanc restringere noluimus, quoniam, ex eo quod publica sit vel privata revelatio,

(1) In 2. 2, q. 171, art. 5.

nullum discrimen inducitur in ipsa notione revelationis, sive ex parte actionis divinæ, sive ex parte immediatæ perceptionis divinæ locutionis.

61. Jam oportet *actionem Dei specialem* in revelando amplius explicare, simulque, quoniam ea invicem sibi respondent, passionem (1) in immediate percipiente revelationem. Et prævie quidem adverte hanc actionem divinam, licet ex parte Dei possit protrahi, ita ut per aliquod tempus continuum cognitionem propheticam seu revelatoriam aliquis habeat, nunquam tamen in propheta producere posse proprie dictum habitum, quo utatur quando voluerit, qualis est in patria lumen gloriæ in ordine ad perfectam revelationem seu visionem Dei. Qua de re legé S. Thomam, q. 171, art. 2, cum Comment. Cajetani.

Prima actio Dei est præparatoria et antecedit proprie dictam revelationem, eaque vocatur a S. Thoma divina inspiratio: requiritur enim, ut ait idem S. Doctor, quod intentio mentis elevetur ad percipienda divina, seu requiritur motio Spiritus sancti seu inspiratio quantum ad mentis elevationem (2); et huic respondet in audiente passio, quæ est elevata intentio ad divina percipienda.

Sequitur actio Dei, quæ proprie revelatio est: revelatio enim requiritur, docente eodem Angelico, *(ibidem)* quantum ad ipsam perceptionem divinorum, in quo perficitur prophetia; hæcque actio proinde infert passionem, quæ est ipsa perceptio revelatorum.

Hæc actio proprie revelandi est Dei, ut intelligentis et illuminantis. Sicut nempe Verbum Dei consubstantiale a Patre procedit per intellectum, ita verbum, quod nobis refert divinam mentem seu veritates tamquam a Deo dictas, procedit a Deo ad extra agente,

(1) Passionem intellige quasi passionem, nempe intellectui et voluntati propriam; quæ, utpote potentiæ vitales, non patiuntur seu aguntur nisi simul agentes.

(2) 2. 2, q. 171, art. 1 ad 4^{m}.

in quantum intelligente. Ubi mirari licet rationem, saltem congruentiæ, cur secunda SS. Trinitatis Persona incarnaretur ad humani generis salutem: videlicet ut Verbum Dei consubstantiale Patri, quod solum perfecte eloquitur Patrem, a Patre missum, nobis manifestaret divina, nos exemplo et doctrina doceret viam salutis, missoque Spiritu Sancto Ecclesiam congregaret, ut nos in hac vita uniti cum Spiritu Sancto per gratiam, post hanc vitam perfectius uniti cum Verbo per lumen gloriæ, pertingeremus ad Patrem, adque plenam ac perfectam Dei revelationem in visione beatifica divinæ Trinitatis.

62. Quod modum attinet hujus actionis revelandi, adeoque et immediatæ perceptionis revelationis seu cognitionis propheticæ, eum præclare pro more suo exponit S. Thomas in 2. 2, q. 173, ubi, postquam art. 1 docuit cognitionem propheticam distingui a cognitione seu visione in patria, sicut imperfectum a perfecto, quoniam per prophetiam essentia Dei non videtur, sic pergit in art. 2: « Dicendum, quod sicut Augustin. dicit 12. super Genesim ad literam: Cognitio prophetica maxime ad mentem pertinet. Circa cognitionem autem humanæ mentis duo oportet considerare, scilicet acceptionem seu repræsentationem rerum, et judicium de rebus repræsentatis. Quando repræsentantur autem menti humanæ res aliquæ secundum aliquas species et secundum naturæ ordinem, primo oportet quod species repræsententur sensui: secundo imaginationi: tertio, intellectui possibili, qui immutatur a speciebus phantasmatum secundum illustrationem intellectus agentis. In imaginatione autem non solum sunt formæ rerum sensibilium secundum quod accipiuntur a sensu, sed transmutantur diversimode, vel propter aliquam transmutationem corporalem, sicut accidit in dormientibus et furiosis: vel etiam secundum imperium rationis disponuntur phantasmata in ordine ad id quod est intelligendum. Sicut enim ex diversa ordinatione earumdem

literarum accipiuntur diversi intellectus, ita etiam secundum diversam dispositionem phantasmatum resultant in intellectu diversæ species intelligibiles. Judicium autem humanæ mentis fit secundum vim intellectualis luminis. Per donum autem prophetiæ confertur aliquid humanæ menti supra id quod pertinet ad naturalem facultatem, quantum ad utrumque, scilicet et quantum ad judicium, per influxum luminis intellectualis, et quantum ad acceptionem seu repræsentationem rerum, quæ fit per aliquas species. Et quantum ad hoc secundum, potest assimilari doctrina humana revelationi propheticæ, non autem quantum ad primum. Homo enim suo discipulo repræsentat aliquas res per signa locutionum, non autem potest interius illuminare, sicut facit Deus. Horum autem duorum principalius est primum in prophetia, quia judicium est completivum cognitionis. Et ideo si cui fiat divinitus repræsentatio aliquarum rerum per similitudines imaginarias, ut Pharaoni et Nabuchodonosor, aut etiam per similitudines corporales, ut Balthasar, non est talis censendus propheta, nisi illuminetur ejus mens ad judicandum. Sed talis apparitio est quiddam imperfectum in genere prophetiæ. Unde a quibusdam vocatur extasis prophetiæ, sicut et divinatio somniorum. Erit autem propheta, si solummodo intellectus ejus illuminetur ad judicandum etiam ea quæ ab aliis imaginarie visa sunt : ut patet de Joseph, qui exposuit somnium Pharaonis. Sed sicut Augustin. dicit 12, super Genes. ad literam : Maxime propheta est qui utroque præcellit, ut scilicet videat in spiritu corporalium rerum significativas similitudines, et eas vivacitate mentis intelligat. Repræsentantur autem divinitus menti prophetæ, quandoque quidem mediante sensu, exterius quædam formæ sensibiles, sicut Daniel vidit scripturam parietis, ut legimus Daniel 5, quandoque autem per formas imaginarias, sive omnino divinitus impressas, non per sensum acceptas, (puta si alicui cæco nato imprimerentur in imaginatione

colorum similitudines) vel etiam divinitus ordinatas ex his quæ a sensibus sunt acceptæ, sicut Hieremias vidit ollam succensam a facie aquilonis, ut habetur Hierem. 1, sive etiam imprimendo species intelligibiles ipsi menti, sicut patet de his qui accipiunt scientiam vel sapientiam infusam, sicut Salomon et Apostoli. Lumen autem intelligibile quandoque quidem imprimitur menti humanæ divinitus, ad dijudicandum ea quæ ab aliis visa sunt, sicut dictum est de Joseph, et sicut patet de Apostolis quibus Dominus aperuit sensum, ut intelligerent scripturas, ut dicitur Luc. 24. Et ad hoc pertinet interpretatio sermonum ; sicut etiam ad dijudicandum secundum divinam veritatem, ea quæ cursu naturali homo apprehendit ; sive etiam ad dijudicandum veraciter et efficaciter ea quæ agenda sunt, secundum illud Isaï. 63: *Spiritus Domini ductor ejus fuit.* Sic igitur patet quod prophetica revelatio quandoque quidem fit per solam luminis influentiam : quandoque autem etiam per species de novo impressas vel aliter ordinatas. »

Ex quibus etiam habes varias distinctiones revelationis, quibus, inspecto scopo nostro, non insistimus, quæ tamen utiliter notantur, videlicet in mere *internam,* quæ fit tota intus in anima prophetæ, quæque rursus est vel mere *intellectualis,* vel et *imaginaria* per phantasmata, et *externam,* non quod mere externa sine actione divinitus recepta in mente esse possit, sed quod fiat simul per verba externa vel signa sensibilia externa. De quibus lege, præter art. modo citatum, art. 3m ejusdem q. 173, necnon quæst. seq. 174, præsertim art. 2 et 3.

63. Jam latius exposuimus actionem Dei in revelando quæ ex dictis tendit ad hoc *ut mentem suam creaturæ significet,* ut supra in definitione dicebatur ; ast sedulo attendendum est ibidem additum : *hoc significatum seu verbum suum testando, seu auctoritate sua muniendo ;* quod, quamvis dictis implicite contineatur, expresse

est addendum et enucleandum, ut plene perspiciatur propria natura et notio revelationis divinæ ac propheticæ cognitionis.

In vera revelatione, oportet ut Deus veritatem communicet cum audiente seu percipiente vere *ut verbum suum,* testando seu auctoritate sua muniendo dictum suum, adeoque et propheta seu audiens ac percipiens revelationem, veritatem divinitus percipiat ut verbum Dei, clare cognoscens Deum loqui. Et ex hoc quidem distinguitur vera revelatio, de qua agimus, ab internis inspirationibus, aliisque locutionibus divinis ad animam latiore sensu sumptis : frequenter enim loquitur Deus ad animam, quin hanc locutionem tamquam verbum suum testetur et auctoritate sua muniat, et quin anima certo perspiciat hanc inspirationem Dei esse et ut divinum verbum accipiendam. Ita S. Thomas, q. 171, art. 5, expressam revelationem distinguit a quodam instinctu divino, quem interdum etiam nescientes humanæ mentes patiuntur. « De his, *ait,* quæ expresse per spiritum prophetiæ propheta cognoscit, maximam certitudinem habet, et pro certo habet quod hæc sunt divinitus sibi revelata... Sed ad ea quæ cognoscit per instinctum, aliquando sic se habet ut non plene discernere possit, utrum hæc cogitaverit aliquo divino instinctu, vel per spiritum proprium. Non autem omnia quæ cognovimus divino instinctu, sub certitudine prophetica nobis manifestantur. Talis enim instinctus est quiddam imperfectum in genere prophetiæ. »

Et necesse quidem est ad veram revelationem ac proprie dictam prophetiam (1), ut certo ac evidenter cognoscat propheta Deum esse qui loquitur, et ut item certo veritatem revelatam cognoscat saltem quod est, non semper quid est, puta in mysteriis revelatis. Quod quidem evidentius necessarium intelligitur pro actionibus consequentibus propriam revelationem, quando videlicet propheta movetur ad loquendum aliis nomine Dei, et confirmandam signis suam locutionem.

(1) Cf. S. Thomam, 2, 2, q. 173, art. 4.

Neque enim potest divina sapientia et sanctitas a creatura rationali, cui verbum suum a propheta proponi jubet, submissionem omnimodam voluntatis et intellectus, qualem erga Deum habere decet, exigere, nisi certis ac infallibilibus signis communiat suam locutionem, eamque divinam ostendat, ita ut rationabile absque imprudentia et sanctum sine impietate sit in Deum mentis obsequium.

64. Explicata notione revelationis divinæ, antequam gressum faciamus ad actiones consequentes, nempe motionem Spiritus sancti ad loquendum, vel et scribendum divinum verbum, necnon ad confirmandum factum hujus locutionis divinis signis, quæ quidem actiones pertinent ad transmissionem divinæ revelationis a nobis considerandam, juvat breviter inquirere an et quo sensu sit supernaturalis hæc revelatio, de qua loquimur.

Indubie supernaturalis est et stricto quidem sensu, ex parte objecti, quatenus tam veritates suprarationales revelantur, quam veritates etiam non imperviæ rationi immediate a Deo communicantur, adeoque et ex parte sui, in quantum talis communicatio cum homine, huic omnino indebita est, et eam immediate percipere modo proportionato homo viribus naturæ est impar. Ideo, in solo ordine supernaturali necessaria est ut homo Deum ceu finem suum supernaturalem, mediaque ad finem, eo modo quo requiritur, cognoscat : nempe ut sit ea cognitio supernaturalis non tantum ex parte principii, sed etiam ex parte objecti. Inde non sequitur Deum, manente solo ordine naturæ, ad hominem loqui non potuisse, aut, eo ipso quod loqueretur, hominem ad divinum ordinem, ut nunc est, extolli. Imo, nec in præsenti ordine quidquam impedit, quin homo aliquis, cui revelatio divina suis stipata signis et demonstrationibus proponitur, eam, rationis viribus, ut veritatem historicam cognoscens, fide naturali quæ eadem contineri certo viderit agnoscat.

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Julii

I

Proba Act. XX, 7 « Una autem sabbati *cum convenissemus ad frangendum panem* », sermonem esse de celebratione Eucharistiæ.

II

Ex Rom. V, 12-21 demonstra peccatum Adæ, quod origine unum est, *propagatione* non imitatione, omnibus transfusum inesse unicuique proprium, seu verum dari peccatum originale.

III

Explica quo sensu distinguatur duplex titulus sive radix restitutionis.

IV

Quid possessor bonæ fidei restituere tenetur ratione tum ipsius rei tum fructuum ejus ; et quid a domino repetere potest propter rei pretium a se solutum aut impensas a se factas ?

V

Ad quid tenetur erga dominum et quid ab ipso circa impensas a se factas exigere potest possessor malæ fidei ?

VI

Quelles sont les formalités à observer par la fabrique d'église pour vendre une propriété foncière ?

Responsa

ad quæstiones in conferentiis mensis Aprilis 1897 propositas

—

I

Q. Quo fine spiritus Pythonicus puellam de qua Act. Ap. XVI, 16 incitavit ut Paulum ejusque socios subsecuta, clamaret dicens v. 17 : *Isti homines servi Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis?* Quare Paulus verum hoc dæmonis testimonium moleste tulit?

R. Ad 1um : « Dæmon hunc fortasse persequebatur finem, ut a Paulo expelleretur, et ideo in eum turbæ excitarentur » Van Steenkiste.

Fusius a Lapide : « Dixit hoc dæmon per puellam, vel coactus a Deo : ita Beda, Glossa, Hugo et Dionysius ; vel sponte, ut hac arte ad se plures pelliceret, quasi qui spiritus esset divinus, utpote servos Dei indicans et dilaudans: ita S. Chrysostomus, Œcumenius, Lyranus et Cajetanus. Addit S. Chrysostomus, ut Paulum adulando sibi conciliaret, ne se a puella expelleret, eumque laudando titillaret et ad vanam gloriam incitaret. Verum *potior causa* petenda videtur ex eventu, quem dæmon sagacissimus uti prævidebat, ita et malitiosissimus intendebat : nimirum prævidebat Paulum non laturum hasce suas voces, sed eum expulsurum, se vero libenter cessurum, ut heros Pythonissæ jam privatos suæ divinationis quæstu accenderet in Paulum, ut eum male mulctarent vel occiderent. Pauli enim caput petebat diabolus, ut ejus prædicationem et conversionem Gentium inhiberet. Ita factum est : nam Paulus ab eis captus, flagellatus et incarceratus est.

Sciebat enim, si Paulum perderet, se plurimos perditurum ». Ita etiam Beelen.

Præplacet tamen enarratio disjunctiva Fromondi : « Pravo fine veritatem dicit dæmon, ut simulando amicitiam cum Apostolis, putarentur Paulus et socii eodem spiritu, et artibus magicis uti, et miracula facere : vel si Paulus testimonium veritatis ab eo acciperet, homines in posterum dæmoni illi mendacia sua proferenti etiam crederent : vel denique, si Paulus eum expelleret, dominos puellæ concitaret adversus Paulum, quod factum est. »

Ad 2um. « Hic Apostolus dolet, et non sinit Dæmonem prædicare Christum ; qui alibi patitur quosdam, ex contentione et invidia Christum annuntiare (Philip. I, 15-18) et de eo se quoque gaudere testatur : *Et in hoc,* inquit, *gaudeo, sed et gaudebo.* Ratio diversitatis est, quia Diabolus est capitalis, implacabilis, et irreconciliabilis humani generis hostis, ac divinæ gloriæ æmulus : cum quo proinde omnis societas, etiam in rebus in speciem optimis, nobis est prohibita. Homines autem etsi multa faciunt prava intentione, quia tamen et bona intentione ea facere possunt, et quia converti possunt, et quia Ecclesiastico ministerio sæpe mali tolerantur, non semper fugiendi sunt dum bona dicunt, præsertim cum nobis eorum prava intentio non sit comperta, sicut compertissimum certissimumque est, Diabolum semper vigilare in perniciem nostram » Estius.

G. V. D. P.

II

Q. Indica, paucis explicando responsum, quænam sint signa possessionis diabolicæ.

R. Rituale Romanum enumerat quædam signa dicendo: « Signa obsidentis dæmonis sunt : Ignota lingua loqui pluribus verbis, vel loquentem intelligere ; distantia et occulta patefacere ; vires supra ætatis seu conditionis

naturam ostendere; et id genus alia. Quæ cum plurima occurrunt, majora sunt indicia. » Ex his verbis generatim signa sunt illa facta concreta quæ homo non potest facere, quæ dæmon producere potest (cfr. responsio tertia in nº præcedenti collationum, pag. scil. 192 et 194), et quæ talia sunt aut in talibus circumstantiis eduntur ut non possint tribui Deo vel angelis bonis.

Optime hac de re scripsit Thyræus, theologus XVIi sæculi finientis in libro suo : *De Dæmoniacis*. Ea autem quæ ibi habet de signis possessionis commentario illustravit Reverendissimus et Illustrissimus Episcopus noster in: *Dictionnaire Apologétique* de Jaugey, editione 1a, Parisiis 1889, verbo : *Possession diabolique*.

Notandum est imprimis Rituale Romanum non dicere unumquodque ex signis ab ipso relatis esse per se solum signum certum, immo potius innuit contrarium addendo: *quæ cum plurima occurrunt, majora sunt indicia* ; neque affirmare nulla alia signa certa haberi, quum e contra addat : *et id genus alia*.

I. Hoc prænotato, Thyræus indicat duodecim signa quæ non sunt signa vera, scilicet : a) Confessio quorundam qui omnino sibi persuadent se esse obsessos ;

b) Vita quantumvis perversa ;

c) Feræ et agrestes mores ;

d) Gravis atque diuturnus somnus, morbi præterea nulla medicorum arte sanabiles, internorum viscerum dolores ; (cæcitas, surditas, mutismus, crudelitas et violentia in modo agendi tum erga se tum erga alios);

e) Pessima quorundam consuetudo ut in ore semper dæmonem habeant ;

f) Actus quo aliqui verum Deum relinquuntur, et se totos, quanti, quanti sunt, dæmonibus consecrant ;

g) Habitus illorum qui nullo loco sunt tuti, et ubique se molestantes spiritus, quandoque etiam crudeliter in corpora sævientes, experiuntur ;

h) Modus illorum qui præsentis vitæ pertæsi, crudeles sibi manus afferunt ;

i) Actio illorum qui invocatorum a se dæmonum præsentiam percipiunt, et sibi ut ab iisdem abripiuntur inspicantur, moxque abripiuntur ;

j) Furia ;

k) Oblivio rerum cognitarum ;

l) Immo non omnis revelatio rerum occultarum ;

Hæc ommia, dicit Thyræus, per se non sunt signa possessionis.

II. His jam missis, Thyræus dividit signa vera in signa quibus spiritus *agere* videntur et in alia quibus quidpiam *pati* videntur ; et prænotat aliquæ signa esse *certa*, alia vero *probabilia* tantum ; immo signa certa non posse considerari *in se* et *abstracte*, sed *in concreto*, id est, in circumstantiis in quibus de facto deprehenduntur et ex quibus patet impossibile esse ut proveniant a Deo aut ab angelis bonis.

A. Signa quibus spiritus *agere* videntur.

1° Signa talia *certa* sunt, juxta Thyræum :

a) Revelatio rerum occultarum, sive præteritarum, sive distantium sive quomodocumque revera occultarum et per causas physicas non cognitarum, SI CONSTAT α) hanc revelationem non esse a Deo aut ab angelis bonis : hoc autem constabit si non adsit causa rationabilis talis revelationis vel si hæc revelatio fiat cum contumelia Dei aut cum injuria proximi ; β) hanc revelationem non fuisse factam a dæmone *extra* corpus constituto : et hoc poterit sciri si simul cum hac revelatione habentur alia signa. Quod autem ab *inhabitantibus* fiant ex duobus videtur recte colligi posse : primum est, si qui hæc revelant nullum pactum cum dæmone habeant ; alterum si in iisdem signa observata sint alia, quæ, quod a dæmonibus obsideantur (possideantur), insinuent. Talia plerumque sunt interni cruciatus, vagi motus, proximis et sibi allata detrimenta, etc.

b) Ignota lingua loqui *pluribus verbis* vel loquentem intelligere, si hæc non possint provenire a Deo, vel a

dæmone extra corpus posito, quæ scientur ut supra sub a). Hic autem notari potest dæmonem, remanendo extra corpus, non posse efficere ut quis loquentem ignota lingua intelligat, aut ut quis *pluribus verbis* loquatur lingua ignota. — Huic signo æquiparari debet cognitio omnis scientiæ non acquisitæ. Sic scientia legendi nullo studio comparata; sine studio atque labore parta scientia scribendi ; cognitio rerum naturalium nec propria inventione comparata, nec ab ullo magistro accepta; peritia alicujus artis prorsus peregrini, ut peritia cantandi in eo qui cantum non addidicit etc.

c) His duobus signis certis *intellectualibus* addit Thyræus signum corporale, scilicet : Vires supra ætatis aut conditionis naturam ostendere. Vires scilicet in corpore humano non humanæ. Tales sunt eorum qui quasvis lacerant vestes, vincula disrumpunt, frangunt catenas, onera item, ad quæ hominum robur non sufficit, gestant. Quæ vix minorem quam duo præcedentia signa possessi hominis fidem faciunt. Quo signo allato scribit commentator Thyræi : « C'est le signe « corporel énuméré dans le Rituel. Il est *certain* qu'il y « a des limites aux forces musculaires ; je ne sais si les « médecins sont parvenus à mesurer ces forces pour un « sujet déterminé. Nous n'avons pas obtenu des méde- « cins de la Salpêtrière une réponse satisfaisante sur ce « point, *mais il est des cas où l'on peut, sans crainte de se « tromper, trouver un signe de l'intervention du démon*, « comme si un enfant levait des poids qu'un homme « vigoureux ne pourrait mouvoir. »

2° Signa vero *probabilia* sunt, juxta Thyræum :

a) Barbaræ et inconditæ voces, clamores item et ululatus prorsus belluini ;

b) Horribilis et truculentus vultus ;

c) Membrorum, ut ita dicam, stupor quidam et functionum fere omnium vitalium privatio atque perpetua quædam quasi somnolentia ; quemadmodum enim ali-

quando se furia atque nimia corporis agitatione ita interdum hac contrariam tarditate et stupore spiritus se manifestant ;

d) Summa inquietudo, qualis eorum est qui uno aliquo loco nequeunt consistere et solitudines quærunt, et desertis locis delectantur ;

e) Denique persecutiones, cruciatus atque tormenta quæ quidam patiuntur, ut si v. c. nunc in ignem dejiciantur homines, nunc in aquam, nunc ex alto loco agantur præcipites, nunc se cultris lacerent, nunc laqueo atque aliis rationibus vitam sibi adimere conentur.

De istis signis scribit Thyræus : « Hæc atque *his similia* « signa a dæmonibus excitari posse dubium non est. « Paret illi ad nutum, ut in scholis loquimur, materia « corporalis... Verum tamen *omnino* certa et indubitata « non sunt... Si tamen non ex infirmitate naturali, aut « tristitia aliqua profecta esse constaret, nec hominum « quorumdam nocendi libidine allata, si multa quoque « ex iis concurrerent, denique accederent illorum « pleraque, quorum capitibus præcedentibus mentio « facta est, haud leve argumentum subministrabunt. »

3° His signis, ubi spiritus videntur agere, addit commentator Thyræi aliud signum *certum* dicendo « Nous « ajouterons un autre signe corporel qui peut être cer- « tain. Ce signe existe quand la personne qui passe « pour possédée fait des actions évidemment contraires « aux lois physiques, par ex. aux lois de la pesanteur, « comme le serait la suspension de quelque durée dans « l'air sans aucun soutien. La seule chose à prouver « ici ce serait qu'il n'y a pas de magie, que c'est bien le « démon *habitant* le corps qui porte et meut la per- « sonne, ce qui se prouverait comme ci-dessus pour la « révélation des choses occultes. »

B. Signa quibus spiritus quidpiam pati videntur.

Duplicis speciei sunt : Sunt vel illa quæ consistunt in hoc quod quando persona possessa cogitur facere

aliquid vel pronuntiare quædam verba, quæ diabolo sunt odiosa, hæc persona multa det signa impatientiæ et horroris; vel quod, quando personæ, rem penitus ignoranti, applicantur res sacræ, diabolo exosæ, pariter appareant signa horroris et impatientiæ.

« Non leve dixerim, scribit Thyræus, hoc ab his « signis petitum argumentum ; forsitan etiam tale quod « cum quibusvis aliis conferri compararive valeat. »

De his signis sequentia scribit commentator : « Ces « signes en effet ont l'avantage de démontrer aussitôt « que, s'il y a intervention quelconque d'un agent exté- « rieur, cet agent est le démon et le démon *possédant*; c'est « en effet lui qui seul parmi les agents extérieurs peut « provoquer les signes d'horreur des choses saintes et les « tourments qui se manifestent dans le corps du possédé.

« Mais cette impatience, cette horreur ne peuvent- « elles pas s'expliquer sans l'intervention d'un agent « extérieur quelconque ?

« Pour les signes de la seconde espèce, à savoir quand « on applique des choses saintes, des reliques p. ex., « certainement et complètement à l'insu du possédé, et « qu'invariablement et constamment il montre cette agi- « tation de manière à ce que l'on constate avec certitude « que son horreur et son impatience n'ont pas d'autre « cause, nous ne voyons pas ce qu'il faudrait exiger de « plus convaincant. De même si on fait, *absolument à « son insu,* un exorcisme en langue inconnue de lui.

« Quand la chose ne se passe pas à son insu, qu'il « peut la soupçonner de quelque manière, ou quand il « s'agit des signes de la première espèce, c-à-d. quand « on lui fait réciter certaines prières, invoquer le nom « de Jésus, etc., le signe n'a plus la même certitude. Si « c'est un impie, il peut avoir horreur et blasphémer « par malice ; s'il est bon chrétien le signe n'est pas « sans valeur et il y a certes une présomption que « l'horreur et le blasphème provoqués par l'idée d'une

« invocation pieuse, d'une prière, ne sont pas de lui, « mais du démon qui le possède ; il faut cependant pour « juger sainement tenir compte de toutes les circon- « stances. »

C. Remanet ultimum quoddam de quo disputatur utrum verum signum constituat, *exorcisatio* scilicet facta cum sanatione personæ.

De qua ita scribit commentator Thyræi : « Que dire « enfin de la guérison durable et complète obtenue par « l'exorcisme dans un cas où la possession était probable « mais non certaine et evidente ? Cette guérison est-elle « une preuve *a posteriori* certaine que la possession était « réelle ? Cela dépend des circonstances : Si aucun « autre remède n'a été employé, ou si le remède « employé est certainement resté inefficace; si d'ailleurs « il est constaté que l'exorcisme n'a pu produire aucun « effet naturel, aucune émotion morale de confiance, de « surprise etc., parce qu'il a été fait, par exemple, à « l'insu de la personne exorcisée, le signe n'est pas à « dédaigner, il se peut même que le démon donne, soit « spontanément soit sur l'ordre de l'exorciste, des « preuves évidentes de sa sortie du corps du possédé. « Ce qu'il faut éviter surtout ici c'est d'attribuer avec « certitude à la vertu surnaturelle de l'exorcisme une « guérison subite qui peut n'être que l'effet naturel « d'une commotion morale, comme cela arrive surtout « dans les maladies nerveuses, et spécialement dans « l'hystérie, qui reproduit le mieux les signes équivo- « ques corporels de la possession. »

V. J. C.

III

Explica sensum effati : consentienti non fit injuria.

R. Intelligendum est : *valide et efficaciter* consentienti non fit injuria ; scilicet, haberi nequit violatio juris cui jus habens valide et efficaciter renuntiat.

Dicitur 1° *valide :* etenim consentire debet persona habilis et in re de qua, ex jure tum naturali tum positivo, libere disponere valet. Unde a) injuste occiditur innocens, quamvis in suam necem consentiat : nequit enim renuntiare homo vitæ, cujus dominium directum Deus sibi reservat. — b) Injuria manet in copula cum conjugata, consentiente hujus marito : nam maritus nemini cedere valet jus quod in corpus uxoris habet : « Quia jus mariti oritur ex ipso matrimonio in ordine ad fines tum primarium tum secundarios matrimonii, matrimonium autem est indissolubile et unum : unde fit quod jus mariti sit personale, cui ipse non potest renuntiare nisi quoad exercitium, et quod nullo modo potest ad alium transferre. » Ill. ac Rev. Waffelaert, *de just.* II, n. 5, in nota. — c) Injuria minorenni, utut consentienti, fieri potest circa bona de quibus disponere non valet. — d) Injuste ageret quis contra privilegium canonis aut fori, etiamsi clericus in horum violationem consentiret: quia clericus renuntiare nequit his privilegiis ipsi clericali statui competentibus.

Dicitur 2° *efficaciter :* nam præterea a) esse debet consensus plene liber, non procedens ex errore vel dolo, ex injusto metu vel violentia. Unde consensus illius, qui necessitate coactus auctarium usurarium promittit ac solvit, exactorem non liberat ab injuria. Pariter « si necessitate opifex coactus, aut mali pejoris metu permotus, duriorem conditionem (infra mercedem jure naturali debitam) accipiat, quæ, etiamsi nolit, accipienda sit, quod a domino vel a redemptore operum imponitur, istud quidem est subire vim, cui justitia reclamat. » Encycl. *Rerum novarum.* — b) Requiritur ut consensus sit vere in cessionem ipsius et totius juris : sin minus manet injuria. « Sic 1. potest quis libenti animo acceptare injuriam, imo et desiderare, ut sanctos desiderasse legimus, quin cedat ideo de jure suo. Sic 2. potest quis condonare injuriam, juxta consilium

evangelicum, quoad iram, indignationem etc. quæ ex ea naturaliter nascuntur, quin renuntiet suo juri. Sic 3. potest etiam renuntiare juri quod habet exigendi pœnam, vel compensationem, quin renuntiet juri quod habet ne lædatur. » Carrière, *de just.* n. 706. — c) Requiritur ut consensus (si non sit proprie juris abdicatio, quæ sola voluntate perficitur) lædenti manifestetur seu intimetur aliquo modo, sive expresse, sive saltem ex ipsis rerum ac personarum adjunctis : quia nemo censetur renuntiare nec cum effectu renuntiat, si non manifestet suam renuntiationem. Imo quantumvis consensus detur, manifestetur et innotescat, locus manet injuriæ *affectivæ,* si nempe alter actualiter vel virtualiter dispositus est ad agendum in omni casu, sive consentiat jus habens, sive dissentiat.

O. E. D.

IV

An injuriam committit qui alterum inducit ad ebrietatem ? Adde rationem responsi.

R. 1) Negative, si alter libere consentit in ebrietatem ; nisi tamen causaliter inducat alterum ad ebrietatem quæ etiam corpori detrimentum inferat, sanitatem subruendo adeoque vitam notabiliter breviando : quod tantum ex repetitis actibus sequi solet. 2) Affirmative, si viis injustis, scil. vi, metu, fraude, mendacio, utitur ad alterum in ebrietatem inducendum.

Etenim quoad 1^{m} partem : ipsa ratio humana, cujus homo dominium directum non habet, per ebrietatem non læditur ; usus quidem rationis per ebrietatem impeditur, sed sine stricta injuria erga Deum, qui hunc usum homini concessit. Pariter gratia aliaque supernaturalia dona, quæ forte per hoc peccatum ebrietatis perduntur, dominio hominis, Deo concedente, subjecta sunt. Porro ebrius in casu libere consentit in privationem usus rationis sicut et in spirituale detrimentum.

Ergo ab inducente neque in Deum neque in hominem committitur injuria, sed tantum peccatum contra charitatem aut etiam temperantiam, secundum dicta in alio tractatu de scandalo directo et indirecto. — Ratio additæ exceptionis clara est : nam jam adest in casu cooperatio alicui læsioni ipsius divini dominii.

Quoad 2m partem : proximus jus strictum habet ne impediatur in usu legitimo suæ libertatis, adeoque in casu jus strictum ne sibi auferatur vel minuatur libertas cavendi ab ebrietate ejusque damnosis sequelis in ordine naturali et supernaturali. Atqui manifeste læditur in hoc jure suo, quoties vi vel metu coactus, aut mendacio vel fraude deceptus ad ebrietatem inducitur. Quæ injuria adest etiamsi inducatur ad ebrietatem materialiter tantum malam : nam saltem in bonis suis naturalibus notabile damnum patitur, dum ex ebrietate privatur usu rationis, bono præstantissimo. Major evadit injuria, si propter formalem ebrietatem reatum gravis culpæ ac pœnæ incurrit, vel etiam a statu gratiæ decidit.

O. E. D.

V

Demonstra duellum, privata auctoritate initum, ex ipso jure naturæ esse prohibitum.

R. I. Duellum jure naturæ licitum dici posset tantum qua juris moderata *defensio,* vel qua juris læsi condigna *ultio* seu vindicta.

Atqui neutrum obtinet.

1° Non est legitima *defensio* juris. Videlicet a) non est defensio corporis sui, cum moderamine inculpatæ tutelæ : nam ex condicto invicem aggrediuntur, studiose periculum quærentes sibique invicem opportunum tempus et locum atque arma æqualia offerentes. b) Non est defensio honoris a parte illius qui contumeliam accepit : nam quum ista læsio honoris jam præterita

sit, non defensionis sed vindictæ jus fundare potest. c) Nec magis est legitima defensio honoris, famæ, fortunæ etc. in quibus aliquis ob detrectationem certaminis lædendus prævidetur, ut si famam, officium, spem promotionis, propter perversam multorum circa duellum æstimationem, amissurus est. Etenim ista bona in ipso duello actualiter armis non impetuntur nec defenduntur, sed habetur utrimque ex condicto vitæ ac membrorum aggressio, quæ profecto honestari nequit ex bono fine illius qui tali medio damna etiam gravissima præcavere nititur. — Hinc nulla paritas inter duellantem et aliquem virum prænobilem, qui fugere nequit sine ignominia ideoque immotus vitæ aggressorem injustum expectat et oppugnat, aut qui ad ignominiosam fustis vel pugni percussionem avertendam, gladium suum aggressori opponit: hic enim vere adest defensio contra actualem aggressionem.

2° Non est legitima ultio seu vindicta pro honore læso. Etenim a) in statu vitæ civilis, extra casum actualis aggressionis, solius publicæ auctoritatis est læsa civium jura morte, mutilatione aut vulneratione vindicare. Hæc autem auctoritas publica minime constituit duellum tamquam legalem modum ulciscendi injurias privatorum. Imo nec posset juste statuere talem modum reparandi vel puniendi læsionem honoris. Nam honor læsus non restituitur per necem aut vulnus illatum, sed per signum æstimationis ab illo qui signum vilipensionis dederat; neque honor vere resarcitur ex ostensa audacia, dexteritate, robore duellantis: quæ etiam latroni ac sicario communia sunt; ulterius nulla sæpius proportio est inter læsionem honori illatam et damnum corporale quod læsus inferre conatur; denique permitti nequit lædenti ut quasi jure resistat punitioni multoque minus ipsi concedi medium aptum inferendi impune læso injuriam novam et atrociorem. b) Ideo etiamsi fingatur lædens læsusque extra civilis societatis consortium constitutus, posset quidem permitti læso ut armis vin-

dictam exposcat (supposita vera injuria et ejusdem proportione cum punitione inferenda), sed non permitteretur duellum titulo legitimæ vindictæ : non posset enim læsus ultro concedere reo æquales pugnæ sortes, sed sibi deberet servare libertatem eligendi tempus, locum, modum, arma omniaque adjuncta quibus pugna sibi minus periculosa, victoria minus dubia fiat.

II. Intrinsecam duelli malitiam, paulo aliter proposito argumento, sic evincit SS. D. Leo XIII, in epistola *Pastoralis officii,* ad Archiepiscopos et Episcopos Imperii Germanici et Austro-Hungarici, de prava duellorum consuetudine (d. 12 Sept. 1891) : « Utraque divina lex, tum ea quæ naturalis rationis lumine, tum quæ litteris divino afflatu perscriptis promulgata est, districte vetant ne quis extra causam publicam hominem interimat aut vulneret, nisi salutis suæ defendendæ causa, necessitate coactus. At qui ad privatum certamen provocant vel oblatum suscipiunt, huc agunt, huc animum viresque intendunt, nulla necessitate adstricti, ut vitam eripiant aut saltem vulnus inferant adversario. Utraque porro divina lex interdicit, ne quis temere vitam projiciat suam, gravi et manifesto objiciens discrimini, quum id nulla officii aut charitatis magnanimæ ratio suadeat ; hæc autem cæça temeritas, vitæ contemptrix, plane inest in natura duelli. Quare obscurum nemini aut dubium esse potest, in eos, qui privatim prælium conserunt singulare, utrumque cadere, et scelus alienæ cladis, et vitæ propriæ discrimen voluntarium. »

Non minus luculenter, paulo infra, præcipuas duelli excusationes confutat. Prima repetitur ex vulgata opinione « honori satisfieri » per duellum : « Quod in vulgus seritur certamina id genus natura sua comparata esse ad maculas eluendas, quam civium honori alterius calumnia aut convicium induxerit, id est ejusmodi ut neminem possit nisi vecordem fallere. Quamvis enim a

certamine victor decedat qui, injuria accepta, illud indixit, omnium cordatorum hominum hoc erit judicium, tali certaminis exitu viribus quidem ad luctandum, aut tractandis armis meliorem lacessentem probari, non ideo tamen honestate potiorem. Quod si idem ipse ceciderit, cui rursus non inconsulta, non plane absona hæc honoris tuendi ratio videatur? — Secunda excusatio est metus incurrendi notam ignaviæ: « Neque illis qui oblatum certamen suscipiunt justa suppetit excusatio metus, quod timeant se vulgo segnes haberi, si pugnam detrectent. Nam si officia hominum ex falsis vulgi opinionibus dimetienda essent, non ex æterna recti justique norma, nullum esset naturale ac verum inter honestas actiones et flagitiose facta discrimen. Ipsi sapientes ethnici et norunt et tradiderunt, fallacia vulgi judicia spernenda esse a forti et constanti viro. Justus potius et sanctus timor est, qui avertit hominem ab iniqua cæde, eumque facit de propria et fratrum salute sollicitum. Immo qui inania vulgi aspernatur judicia, qui contumeliarum verbera subire mavult, quam ulla in re officium deserere, hunc longe majore atque excelsiore animo esse perspicitur, quam qui ad arma procurrit, lacessitus injuria. Quin etiam, si recte dijudicari velit, ille est unus, in quo solida fortitudo eluceat, illa, inquam, fortitudo, quæ virtus vere nominatur, et cui gloria comes est non fucata, non fallax. Virtus enim in bono consistit rationi consentaneo, et nisi quæ in judicio nitatur approbantis Dei, stulta omnis est gloria. » — Tertia denique excusatio est militis duellantis: « Inepta etiam atque indigna sapienti viro eorum est opinio, qui utut togatos cives ab hoc genere certaminum arcendos putent, ea tamen permittenda censent militibus, quod tali exercitatione acui dicant militarem virtutem. Primum quidem honesta et turpia natura differunt, nec in contraria mutari ob diversum personarum statum ullo pacto possunt. Om-

nino homines, in quacumque conditione vitæ, divina ac naturali lege omnes pari modo tenentur. Præterea ratio hujusce indulgentiæ erga milites ab utilitate publica petenda foret, quæ numquam tanta esse potest, ut ejus obtentu naturalis divinique juris vox conticescat. Quid, quod ipsa utilitatis ratio manifesto deficit? Nam militaris virtutis incitamenta eo spectant ut civitas sit adversus hostes instructior. Idne vero effici poterit ope illius consuetudinis, quæ suapte natura eo spectat ut suborto inter milites dissidio, cujus causæ haud raræ sunt, e singulis partibus defensorum patriæ necetur alteruter? »

III. Confirmatur intrinseca malitia duelli ex prohibitionibus auctoritatis tum ecclesiasticæ tum etiam civilis. Etenim ex civili legislatione cum S. Pontifice in epist. cit. sic arguere fas est: « *Tam perspicua duelli turpitudo est,* ut illud *nostræ etiam ætatis* legumlatores, *tametsi multorum suffragio patrocinioque fultum,* auctoritate publica pœnisque propositis coercendum duxerint. » Sed multo clarius ex ecclesiasticis decretis apparet duellum *ob suam naturalem turpitudinem* absolute proscribi ab Ecclesia, ita ut non fiat malum quia positive prohibitum, sed positive fidelibus prohibeatur quia naturà malum. Cfr. præter epist. cit. Concilium Trident. S. XXV, *de reform.* cap. XIX et Benedicti XIV constit. *Detestabilem.*

O. E. D.

VI

Q. Quænam præscripta sunt circa mappas, corporalia et pallas, quibus utendum est in celebratione missæ?

R. I. *Quoad mappas.* Hæc habet rubrica (Tit. XX, 1, *Rubr. gen. miss.*) : « Altare operiatur *tribus* mappis seu tobaleis *mundis, ab Episcopo vel alio habente potestatem benedictis, superiori saltem oblonga,* quæ usque ad terram pertingat, *duabus aliis brevioribus vel una duplicata* ». Præscribitur ergo 1° ut habeantur *tres*

mappæ, et ideo in rubr. *de defectibus* (Tit. X, 1) inter defectus numeratur « si celebretur... in altari *tribus* mappis non cooperto ». Ex tribus illis mappis una superior ita oblonga esse debet ut ab utraque parte laterali altaris usque ad terram pertingat. Duæ aliæ inferiores, vel, uti permittit rubrica, earum loco una duplicata, breviores esse possunt, juxta auctores tamen altaris mensam vel saltem sacrum lapidem cooperire debent. — 2° Requiritur ut sint *benedictæ ab Episcopo vel alio habente potestatem,* formula speciali quæ in Missali, Rituali vel Pontificali inscribitur : *Benedictio mapparum* etc.; proin in rubr. *de defectibus,* loco cit. etiam ut defectus habetur « si mappæ non sint ab Episcopo vel ab alio hanc habente potestatem benedictæ ». In statutis Diœcesanis Brugensibus facultas benedicendi conceditur Decanis sed pro ecclesiis et sacellis sui districtus tantum. — 3° Mappæ debent esse mundæ. — 4° Debent esse confectæ « ex lino aut cannabe », non autem ex gossipio vel « ex alia quacumque materia, etsi munditie, candore ac tenacitate linum aut cannabem æmulante et æquante », prout statuit S. R. C. decreto generali 15 maii 1819, tum de mappis, tum de amictibus, albis, corporalibus et pallis. (Cfr. etiam decr. prosynod. 12 junii 1876 ad VIII).

II. *Quoad corporalia.* Juxta rubricam (*Rit. celebr.* Tit. I, 1) celebrans super velo calicis « ponit bursam... intus habentem corporale *plicatum,* quod *ex lino tantum esse debet, nec serico, vel auro in medio intextum, sed totum album,* et ab Episcopo vel alio habente facultatem, simul cum palla *benedictum* » ; et ubi (Tit. X, 1) de defectibus agitur qui occurrere possunt in ipso ministerio celebrandi, inter ipsos computatur « si corporalia non sint *munda,* quæ debent esse ex lino, nec serico in medio ornata, et ab Episcopo vel ab alio hanc habente potestatem benedicta ». Juxta has regulas corporale debet esse : 1° plicatum dum in bursa ponitur ; 2° bene-

dictum ab Episcopo vel alio habente potestatem, v. gr. Decano, speciali formula quæ desumitur ex Missali vel Rituali si benedictio fiat a sacerdote delegato, ex Pontificali vero si fiat ab ipso Episcopo. — 3° debet esse confectum ex lino vel etiam juxta decr. 15 maii 1819 ex cannabe, quia uti notant *Ephem. liturg.* tomo IV, p. 395, « linum et cannabis quoties de hujus generis ustensilibus agitur, promiscue sumuntur, ut ex una alterave materia ea confici indifferens sit. » — 4° debet esse mundum. — 5° *totum album.* « Si jam totum album corporale requirit ipsa rubrica, non patet, qua ratione admittere liceat ornatum filio coloris rubei vel cujuscumque intertextum, in lateribus aut in medio ipsius corporalis... Prohibitum vero non est in corporalis et purificatorii extremitatibus circumcirca apponere ornatum ex opere textili denticulato. Ubique hujusmodi ornatus in usu est... Non enim in ipso corporali est, sed solum appendix ejusdem extremitati extra limites adjuncta, dum econtra ornatus qui supra signatur ipsi corporali est impositus ». Ita Ill. Vanderstappen, *De celebratione missæ*, Lib. I, sect. III, art. 2. S. Alphonsus tamen et alii plures admittunt parvam crucem in extremitate anteriori corporalis, ubi altare est osculandum, sed eam rubricæ non requirunt, imo potius improbant cum dicant corporale totum album esse debere.

III. *Quoad pallas.* Rubrica *De ritu celebrandi* I, 1, docet sacerdotem celebraturum debere patenam tegere « *parva palla linea* », et corporale debere esse « ab Episcopo vel alio habente facultatem simul *cum palla* benedictum » Requiritur ergo ut palla 1° sit confecta ex lino vel ex cannabe juxta decretum 15 maii 1819 superius citatum, et quidem ex utraque parte, superiori et inferiori juxta decr. S. R. C. 22 jan. 1701 : « An in sacrificio missæ uti possit palla a parte superiori drappo serico cooperta? R. Negative ». Aliqui tamen innitentes alio decreto particulari 10 jan. 1852, quod in collectione

authentica non fuit insertum, admittunt permitti posse usum pallæ a parte superiori drappo serico coopertæ et auro contextæ, dummodo palla linea subnexa calicem cooperiat, ac pannus superior non sit nigri coloris, aut referat aliqua mortis signa ; sed quidquid sit de hac tolerantia, in Diœcesi Brugensi tales pallæ prohibentur, cum, juxta Statuta Diœcesana part. I, tit. IV, art. 5, Decani in visitatione Ecclesiarum inquirere debeant : « An mappullæ, corporalia, *pallæ, etiam pars earum superior,* ac purificatoria sint ex solo lino, vel cannabe, non autem ex serico vel gossypio confecta ». — 2° Palla debet esse benedicta ab Episcopo vel alio, v. gr. Decano, habente potestatem ; « ex eo quod palla moraliter pars corporalis censetur, specialis formula benedictionis pro ea non datur, sed eadem formula ac corporale benedici debet ».*(Ill. Vanderstappen, loco cit.).* Palla juxta rubricam benedicitur simul cum corporali, sed juxta decr. S. R. C. 4 Sept. 1880, palla nova vel pallæ novæ etiam separatim absque corporali benedici possunt, et benedictionis formula dicenda est prout jacet, id est in numero singulari, etiamsi palla simul et corporale, aut plures pallæ, aut plura corporalia simul benedici deberent. — 3° « Palla linea, quæ primitus non distinguebatur a corporali, eisdem legibus quam istud subjacet » *(Ill. Vanderstappen)* v. gr. quoad munditiem, colorem album et ornatum texti denticulati circumducti.

Addi potest, quoad corporalia et pallas, ea post usum in missæ celebratione (extra necessitatem aut obtentam licentiam) licite tangi non posse nisi à sacerdotibus diaconis et subdiaconis, et priusquam lavanda aut reficienda tradantur, ab iis ablui debere aqua munda quæ in sacrarium projicitur. Ante usum vero, et post lotionem a laicis tangi ulterius, lavari et refici possunt. *(Ill. Vanderstappen, loco cit.)* H. V. D. W.

Evangelia dominicarum

DOM. IV POST PENTEC.

Piscatus miraculosus. Luc. V, 1-11.

Te dien tijde, 1. terwijl de scharen op Jesus aandrongen, om het woord Gods te hooren, stond hij aan het meer Genesareth. 2. En hij zag twee schepen aan *den oever van* het meer liggen, en de visschers waren er uitgegaan, en spoelden de netten af. 3. En hij ging in het eene schip, dat Simons was, en verzocht hem, een weinig van land af te steken. En nederzittende, leerde hij de scharen uit het scheepje. 4. En als hij ophield met spreken, zei hij tot Simon: Steek af naar de diepte, en werpt uwe netten uit ter vangst. 5. En Simon antwoordde en zei tot hem: Meester! den ganschen nacht door hebben wij gearbeid, en niets gevangen; doch op uw woord zal ik het net uitwerpen. 6. En als zij dat gedaan hadden, sloten zij eene groote menigte visschen in, en hun net scheurde. 7. En zij wenkten hunne medegezellen, die in het andere schip waren, dat zij hen zouden komen helpen; en zij kwamen. En zij vulden beide de schepen, zoodat zij bijna zonken. 8. En Simon Petrus, dat ziende, viel neder aan de knieën van Jesus, zeggende: Ga uit van mij! want ik ben een zondig mensch, o Heer! 9. Want verbaasdheid had hem bevangen, en allen, die met hem waren, over de vischvangst die zij gedaan hadden; 10. en evenzoo Jakobus en Joannes, de zonen van Zebedeüs, die Simons gezellen waren. En Jesus zei tot Simon: Vrees niet! van nu aan zult gij menschen vangen. 11. En als zij de schepen aan land gestuurd hadden, verlieten zij alles, en volgden hem.

* * *

Scopus.

« Miraculum hoc variis de causis Dominus fecit. Et *primùm* quidem, ut doctrinam suam miraculo commendaret. *Deinde,* ut dominum navis remuneraret. In quo admiranda est summa Dei munificentia, qui Petro pro modico labore, et navis usu tantam retribuit piscium copiam. *Præterea* hoc miraculo adumbrare voluit, quid per Petrum aliosque futurum esset. Omnia enim hîc a Domino gesta, mysterii alicujus postea exhibendi fuerunt quædam prædemonstrationes. Nam quòd in Petri navim potius quam in alteram ingreditur Dominus, quod illi dixerit peculiariter, *Duc in altum,* id est, profundum maris, navim s., deinde quod illi quoque unice dixit : *Noli timere, ex hoc jam,* etc. Petri in Ecclesia prærogativam, et primatum a Domino dandum indicant: quòdque primùm ab eo jaciendum esset rete Evangelicum in mundo, et in Ecclesia, cujus Petrus caput esset, deberet esse quicumque jussu Domini rete esset jacturus. Jam quòd qui prius totâ nocte laborantes nihil ceperant, in verbo Domini, id est, propter jussum ejus laxantes rete, concluserunt copiosam piscium multitudinem : significat eos qui sine jussu, et virtute Domini in docendo populos sudaverunt, atque in nocte ignorantiarum existentes laboraverunt, frustra sudasse : eos vero innumeros comprehensuros, qui in luce quæ Christus est versantes, ipsius jussu Evangelicum rete mundo immitterent, quemadmodum res ipsa postea in Petro declaravit, qui unico sermone tria millia hominum cepit... Quod autem ambas impleverint naviculas, significat synagogam Judæorum quorum Apostolus erat Petrus, non posse comprehendere omnes qui colligendi essent et capiendi : sed et gentium Ecclesiam fidelibus replendam, adjuvantibus Paulo et Barnaba, aliisque doctoribus. Quamvis enim unica sit, per universum orbem terrarum Ecclesia, tamen ideo typus

duas habet naves, ut significaretur Ecclesiam ex duobus populis colligendam. Itaque ne Petrus cum suis diffideret se posse capere homines, quod illi postea promissurus erat Dominus, hoc miraculo præmunit eum, ostendens virtute sua facile futurum ut innumeri homines per eos Evangelico reti caperentur, quantumvis id videretur esse supra eorum facultatem, quemadmodum præter spem factum, ut qui tota nocte laborantes nihil ceperant, Christi verbo obedientes, multitudinem piscium comprehenderent. *Postremùm* hoc miraculo voluit Dominus hos animare ad sequendum se pauperem, ut ne metuerent inopiam, quòd relictis omnibus pauperem sequerentur, quando eum talem esse cognoscerent, qui suo jussu omnia posset. Hic autem admiranda est Domini dispensatio, unumquemque trahentis ad se per propria et familiaria sua. Sicut enim Magos attraxit per stellas, ita et piscatores per pisces » Jans. Gand.

« Illud etiam ad mores pertinet, quod Petrus ante auditam Christi concionem nihil ceperit ; post autem plus ceperit, quam sperare unquam potuisset. Hoc nimirùm est : *Quærite primum regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis* (Matth. VI, 33). Fecit Christus utrumque, et ut ante nihil caperet, et ut post tantum caperet, quantum vix duæ naves continere possent. Utrumque enim necessarium erat, ut miraculi magnitudo cognosceretur » Maldonatus.

Notationes.

1. *Cum turbæ irruerent in eum, ut audirent verbum Dei.* « Notat Evangelista maximum turbarum desiderium audiendi verbum Dei, cum dicit turbas irruisse in Christum. Ipsius vero Christi benignitatem, et ad docendum cupidos promptitudinem nobis commendat, dum eum testatur nihil offensum improbitate urgentis

turbæ, sed illorum desiderio satisfacere volentem, *navim conscendisse* (v. 3), e qua a tumultu et compressione populi liber, tranquillius docere, et melius audiri posset. Ubi et illud notandum, nullum locum Christo visum ineptum et indignum sua prædicatione. Modò enim in synagoga, modò in campo, modò in navi prædicat. Jam et Christi mansuetudo in eo relucet, quòd dicitur rogasse, vel, ut habent Græca, obsecrasse Petrum reducere navim a terra, cum posset præcipere » Jans. Gand.

5. *Per totam noctem laborantes, nihil cepimus.* « Quamquam per totam noctem, capturæ piscium opportuniorem, enixe laboravimus, nihil quidquam cepimus » Liagre. — *In verbo autem tuo*, tuo tamen jussu, *laxabo rete* « Insignis Simonis cùm fides tum obedientia nomini respondens ; qua quantùm Christo deferat ostendit, cùm inani labore fatigatus, quod frustra tentaverat, de integro aggreditur » Luc. Brug.

8. *Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu, dicens: Exi a me, quia homo peccator sum, Domine.* « Petrus, qui priùs obedientem se Christo semel et iterum exhibuerat, magnam jam animi sui ostendit humilitatem, dum ex viso miraculo Christi dignitatem cognoscens, et suæ contra memor indignitatis, Domini a se discessum deprecatur, agnoscens se indignum ejus consortio et præsentia, ac metuens ne ob commercium indignitatis suæ cum sanctitate Domini, vindicta sumeretur iniquitatum ejus à Deo, quemadmodum mulier Sarephtana sibi accidisse putavit, ob ingressum Eliæ in domum suam. *Quid mihi,* inquit, *et tibi vir Dei ? ingressus es ad me, ut rememorarentur iniquitates meæ, et interficeres filium meum ?* III Reg. 17. Hujusmodi enim aliquid metuisse Petrum, patet ex verbis Domini dicentis : *Noli timere.* Porrò hic consideranda primùm Petri, aliorumque *in credendo simplicitas,* dum factum quod Pharisæi casu accidisse calumniati fuissent, non

nisi divina virtute contigisse simpliciter firmiterque crediderunt. Deinde et animi ejus *summa modestia,* non solùm in eo demonstrata, quod peccatorem se agnovit, ac indignum Domini consortio : sed etiam quòd nihil ex hoc facto laudis sibi arrogaret, quamvis et navis in qua contigisset, sua esset, et rete ipse jecisset in mare, ac ipsemet præcipuus attraxisset : quin potius ex magnitudine successus, qui plerosque elatiores reddidisset, factus est modestior, totam facti hujus gloriam Christo transcribens, se verò nihil agnoscens quàm peccatorem. Quo sane suo facto docuit, quid Apostolico doctori sit faciendum, si quando feliciter succedit opera prædicationis » Jans. Gand.

9. *Stupor enim circumdederat eum, et omnes, qui cum illo erant.* « Ostenditur hac parte Petrum dixisse superiora, non quòd cupiditas inesset ei discedendi a Domino, quem unice diligebat et reverebatur, sed propter admirationem quamdam vehementem virtutis humana majoris. Ostenditur item et socios Simonis non aliter fuisse affectos quam Simon ipse. Porro hic stupor typus quidam fuit, stuporis consecuturi postea ex successu prædicationis, et piscationis evangelicæ. Quis enim non obstupesceret, considerans prædicatione paucorum humilium, et idiotarum hominum, tot millibus hominum ex universis orbis nationibus intra paucos annos fuisse persuasum, ut contemptis affectibus cognatorum, contempto dispendio rei familiaris, spreto ritu paterno, contemptis suppliciis ac morte ipsa, simplicem Christi doctrinam sequerentur, credentes ea, quæ humanis rationibus probari non possunt, sperantes ea, quæ juxta naturæ vires plane sunt desperanda » Jans. Gand.

10. *Noli timere : ex hoc jam homines eris capiens.* « Sensus est : Pone inanem hunc metum, quo tuæ conscius infirmitatis, ac meam viso miraculo expertus virtutem, totus perculsus es. Non enim exerui illam

ut vos a me absterrerem, sed potius ut quid postea per vos futurum est præsignificarem. In præsentia enim satis est istius piscationis. Posthac meo beneficio, Petre, ita homines eris capiens, quomodo jam cepisti pisces. Tantumque abest, ut quia peccatorem te esse agnoscis, metuere debeas ne a me condemneris, aut mali quid patiaris, ut etiam ex piscatore piscium, sim constituturus captorem hominum, quos peccatis exemptos justitiæ consecres, ac in vitam æternam colligas. Itaque dum dicit Dominus : *Ex hoc jam homines eris capiens,* duplici nomine Petro aufert metum. Primùm exponendo illi quid miraculum portendat. Deinde aperiendo ad quid vocaretur, etsi peccator... Observanda autem in hac responsione benignitas Domini, metum mox excutientis ab eo, qui se peccatorem humiliter agnoscebat, ac pro malo, quod metuebatur, insignem dignitatem pollicentis » Jans. Gand.

11. *Relictis omnibus, secuti sunt eum,* scilicet Petrus, Jacobus, et Joannes, necnon Andreas (Matth. IV, 18-20). « Hinc patet vocationis Christi efficacia, ac discipulorum horum simplex obedientia, et fides, qui nihil cunctati mox vocantem secuti sunt, nihil diffidentes de adimpletione promissionis, quantumvis sublimis, nihil solliciti qua ratione sustentari possent, sed se totos vocantis providentiæ et potestati committentes. Omnia ergo Christo posthabuerunt, parentes, uxores, ac quæcunque in hoc mundo possederunt » Jans. Gand.

Conclusio.

1. Imitanda Petri fides, humilitas, obedientia, modestia, atque charitas qua, relictis omnibus, secutus est Jesum.

2. « Cæterùm, hac piscationis allegoria commendatur nobis diligens, et indefessum lucrandi quam plurimos studium. Pigere enim et pudere nos debet nostræ

ignaviæ, qui oscitanter adeo lucrari Deo homines studemus, cùm qui perituro ventri pisces item perituros venantur, omnes partes, flexus et recessus fluminum et lacuum habeant exploratos, cœlum diligentissime observent, frigus horridum perferant, magna pericula adeant, mille artes tentent, totas noctes, ubi alii indulgent somno, operentur et algeant. Notandum quoque secundò quod ait, *Faciam vos fieri piscatores hominum* (Matth. IV, 19) : contra eos quibus ruditas tantopere probatur. Vocavit quidem eos cùm essent adhuc rudes et crassi : at quia plurimum spiritualis prudentiæ et industriæ ad hoc requirebatur ad quod vocabantur, adjunxit eos mature sibi, quo per tempus fingeret formaretque ad munus hoc tam eximium, ut piscatores hominum esse possent, et cum jam homines venari et capere deberent, nihil minus essent quam rudes et crassi » Jans. Gand.

3. Tandem « notandum quales sint quos hîc vocasse Dominus scribitur, videlicet quòd rudes et crassi, quòd fratres ac fraterna inter sese dilectione consentientes, mutuoque studio se juvantes, quod operi intentos, idque innoxio, quo scilicet e publico lacu tenuem sibi victum quærebant, deinde quòd piscatores, ac circa piscationem occupatos.

Rudes enim et crassos vocare voluit, quò significaret maxime delectari se humilibus, eosque Evangelio esse capaciores, et digniores præ his qui ob humanam sibi placent sapientiam.

Deinde ut per ineruditos mundum ad fidem convertens, sapientes hujus mundi confunderet, atque Evangelicæ veritatis vim magis comprobaret, dum humanæ vel potentiæ, vel sapientiæ mundi conversio asscribi non posset.

Porro quòd fratres Dominus vocavit, symbolum fuit concordiæ ac charitatis Ecclesiasticæ : quod artis innoxiæ operi vacantes, denotabat innocentiam et diligentiam requirere Dominum ab his qui se digni esse

vellent : quòd piscatores delegit, admonebat novæ piscationis ad quam deligebantur, quæ non lineis textis captaret pisces in cibum ventris, sed reti sermonis Evangelici captaret homines immersos terrenis curis ad desiderium vitæ cœlestis » Jans. Gand.

G. V. D. P.

Dissertationes

DE SS. CORDIS PROMISSIONIBUS

(*Sequitur* — Cf. supra p. 269)

I

C. De speciali promissione circa perseverantiam finalem

—

« Un jour de Vendredi, pendant la sainte communion il (Notre-Seigneur) dit ces paroles à son indigne esclave, si elle ne se trompe : « Je te promets dans l'excessive miséricorde de mon cœur que son amour tout puissant accordera à tous ceux qui communieront neuf premiers Vendredis du mois, tout de suite, la grâce finale de la pénitence ; ils ne mourront point en sa disgrâce, ni sans recevoir leurs sacrements, mon divin cœur se rendant leur asile assuré en ce dernier moment. » (*Vie et œuvres,* II, 159. Cf. I, 291).

Sic sonant verba quibus Bª M.-M. pollicitationem refert, quæ, dum ab aliis eximia laude extollitur et « promissio major » nuncupatur, ab aliis ex promissionum compendio (de quo *Collat.* p. 220) expellitur atque ut piæ phantasiæ fœtus respuitur. Plures enim moventur objectiones : a) Bª M.-M. sermone utitur dubitativo « si elle ne se trompe » (de quo vide supra p. 224) ;

b) quidam fideles, licet prælaudatam communionum novenam peregissent, nihilominus ultimis sacramentis non receptis, improvisa morte sunt abrepti; c) perseverantiæ donum, quod incredibile videtur, certo adnectitur praxi, optimæ sane, sed particulari, supererogatoriæ et novies tantum instituendæ. Quibus addi potest d) tantum privilegium nonnisi semel per transennam a Bª M.-M. commemorari et præfatam novenam parum commendari.

Quibus difficultatibus, præsertim ultimis, non leviter commovemur, adeo ut hoc promissum ceteris nullatenus auderemus æquiparare. Quum tamen plura in his interpretationi exaggeratæ nitantur, nec rem dirimant, accurato examine promissionem hanc perpendamus, ut judicet æquus lector qua probabilitate sit admittenda et quo sensu sit intelligenda.

1° Qui hujusmodi revelationes explicare quærit, ne nimis cujusque verbi sensum premat prudenter cavere velit. Vox enim quam audiebat Bª M.-M. non loquebatur ad aures corporis, sed *cordis* (Lettres inédites p. 97), nec dictata sunt vocabula, sed interne adspirati sensus ac conceptus, quos pia monialis non confestim litteris mandare sed, occasione data, verbo aut scripto patefacere solebat. Unde interdum addit Christum *fere* ita locutum esse.

Cujus rei immemores, censent quidam singulis supracitatæ periodi membris privilegia significari diversa, quasi Christus promisisset fideles, prælaudata praxi peracta, ex hac vita migraturos esse, non tantum non obstinatos in malo (grâce finale de la pénitence), sed ne uno quidem peccato mortali gravatos (pas en ma disgrâce), receptis insuper decedentium sacramentis et insuper speciali auxilio in supremo agone confortatos (1). Pharizaica illa interpretatione semota, censemus variis

(1) R. Pierik, S. J. *De eerste vrijdagen der 12 maanden toegewijd aan Jesus Hart.* 's Hertogenbosch, 1879, bl. 13, volg.

pericopis unum inculcari perseverantiæ donum, adsignificatis tamen modis quibus obtineri potest, puta per gratiam sanctificantem vel servatam vel confessione aut contritione perfecta recuperatam. Quæ quum ita sint, sponte evanescit difficultas memorata sub b), quam ex devotorum SS. Cordis discipulorum obitu improviso deducere conantur.

2° Pium exercitium cui perseverantia finalis adnectitur, non est intelligendum sensu exclusivo, neglectis nempe ceteris perseverandi adjumentis (1). Nam, si non ipsis verbis, saltem ex toto promissorum ac revelationum complexu apparet, illud obeundum esse ex vera erga SS. Cor Jesu devotione: hæc autem et alias dispositiones bonas et virtutum actus supponit ac involvit. Qui proinde hanc sacrarum communionum novenam materialiter tantum ac negligenter perageret, vel eo animo ut liberius deinceps peccare aut cetera sanctificationis media negligere posset, conditionem rite adimplevisse censendus non esset.

3° Caveamus ne hanc promissionem interpretemur de perseverantiæ certitudine absoluta. Definivit enim Concilium Tridentinum: « Si quis magnum illud usque in finem perseverantiæ donum se certo habiturum absoluta et infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali revelatione didicerit, anathema sit » (sess. VI, can. 6). Specialis autem revelationis nomine non venit promissio generali modo omnibus fidelibus conditionate proposita. Ceterum, quemadmodum « nescit homo utrum amore an odio dignus sit » (Eccl. IX, 1), nesciet etiam utrum rite necne conditionem adimpleverit. Si

(1) De simili privilegio promisso gestantibus scapulare B. M. V. de Monte Carmelo sic scribit Benedictus XIV *de Festis*, lib. II, cap. VI, n. 8: « juxta Scripturæ modum loquendi æterna vita promittitur propter quædam, quæ ad eam quidem conducunt, sed tamen nisi alia quædam accedant, satis esse non possunt ad eam assequendam ut ad Rom. III, 28: *Arbitramur enim justificari hominem per fidem*, et VIII, 24: *spe enim salvi facti sumus*, et Tob. XII, 9: *eleemosyna a morte liberat et ipsa est quæ purgat peccata.* »

autem fecerit quod in se est, in Dei auxilio a Servatore promisso firmam spem collocare, sed certitudine tantum humana et latissime dicta gaudere poterit, qua non obstante, « qui se existimat stare videat ne cadat » (1ª Cor. X, 12) et « cum metu et tremore salutem suam operetur » (Philip. II, 12).

4° Quomodo tandem hæc promissio, posita authentia, explicetur videamus. Qui SS. Cordis colendi et perseverantiæ assequendæ gratia se accingit ut per continuos novem menses stata die ad sacram synaxim pio fervore accedat, jam solida SS. Cordis devotione moveri supponitur. Inde aliarum promissionum favore, jam uberiori gratia perfundetur, qua perseverantiam enixius efflagitabit, nova obsequia SS. Cordi præstabit, ad sacramenta suscipienda perfectius se disponet et confessarii monitis obsecundans, virtutes Christi imitari vitamque præceptis Domini conformem ducere conabitur. Nonne, his novem mensium spatio protractis, frequentius et sanctius sacro convivio quod est « futuræ gloriæ pignus » nutriri assuefactus erit ? Nonne, tentationibus malisque habitibus infractis, vita in melius mutata et voluntas in bono proposito et vera SS. Cordis devotione erit stabilita ? Unde juxta Christi promissionem, filiali fiducia sperare poterit se a « nimia misericordia » Jesu meruisse de congruo illum gratiarum efficacium complexum, quibus ad sanctam mortem perventurus sit.

Non minus quam antea gratiæ cooperari oportebit, sed ex habitu contracto et uberiori ac efficaci Dei auxilio facilior erit cooperatio. Impeccabilis certe non erit, misere forsan cadet, sed sperandum quod Jesus illius miserebitur. Jamvero « nullius Deus frustra miseretur ; cujus autem miseretur, sic eum vocat ut scit ei congruere ut vocantem non respuat » (1); et *de via ordinaria*,

(1) S. Augustinus. *Ad Simplic.*, lib. I, c. II, n° 13.

saltem suprema die, illum gratia donabit vel contritionis perfectæ vel dignæ sacramentorum receptionis.

Quodsi hæc promissio ita intelligatur liquet multum infringi vim argumenti supra sub c) propositi.

5° Si quem tamen deterreat doni promissi magnitudo, ne unquam ipsam praxim laudatam parvipendat, animo revolvat perseverantiam speciali titulo debite communicantibus promissam fuisse a Christo dicente : « qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam et ego resuscitabo eum in novissimo die » (Joan. VI, 55). Recogitet præterea Jesum, summo proposito præmio, voluisse fideles inducere ad S. Communionem frequentiorem, quæ est devotionis in SS. Cor exercitium præcipuum. Dixit enim amantissimus Salvator in majoribus revelationibus Bæ M.-M. :

« Premièrement tu me recevras dans le Saint Sacrement autant que l'obéissance te le voudra permettre... Tu communieras de plus tous les premiers vendredis de chaque mois » (1). — « Je te demande que le premier vendredi d'après l'octave du S. Sacrement soit dédié à une fête particulière pour honorer mon Cœur, en communiant ce jour-là, et en lui faisant réparation d'honneur par une amende honorable » (2).

Cui invitationi Bæ M.-M. non solum ipsa fideliter respondit, sed ut alii quoque morem gererent, prudenter allaboravit, exemplo et scripto suaviter eos inducens ut prima feria sexta non novem sed omnium mensium cœleste convivium devote frequentarent. Unde intelligitur cur non magis huic promissioni inculcandæ aut sacrarum communionum novenæ commendandæ (cf. supra sub d) inhæserit, quum in hac pia consuetudine communionis primæ feriæ VI ad vitæ finem usque perseverari vehementer exoptaret *(Vie,* I, 291, 216 ; II, 226).

---

(1) *Vie,* II, 327.
(2) *Vie,* II, 355.

Præterea passim a theologis ut prædestinationis signa laudantur cum pietas erga SS. Eucharistiam tum in SS. Cor Jesu devotio. Memorata autem praxis optimum sane est medium quo foveatur et stabiliatur devotio hæc, quæ — verbis utamur Pontificis gloriose regnantis — « dici potest caracter distinctivus Ecclesiæ ejusque salutis arca, futuri triumphi pignus, totiusque spei nostræ in faustiora tempora fundamentum » (1).

Concedat igitur Cor amantissimi Servatoris ut verbo et exemplo nostro allecti, fideles hanc devotionem amplectantur et faustissime experiantur quam vera sint verba Bæ M.-M. exclamantis : « qu'il est doux de mourir après avoir eu une tendre dévotion au Cœur de celui qui doit nous juger ».

C. C.

II

De effato Sti Hieronymi : Omnis dives aut iniquus aut hæres iniqui.

—

Hodiernæ de re sociali disceptationes satis famosum reddiderunt hoc effatum S. Hieronymi. Etenim socialistæ hujus formulæ duritate libenter abutuntur, tum scripto in diariis, tum verbo in popularibus cœtibus : non sane quod auctoritatem S. Hieronymi, aliorumque SS. Patrum magni faciant, sed ut ipsa, ovinæ pellis instar, contecti, facilius homines in suas pertrahant partes. Ex adverso, non defuerunt Sancto Doctori vindices. Inter recentissimos reperimus cl. De Gryse, Pastorem-Decanum Cortracensem, qui dum in Periodico *Revue Sociale Catholique* (Janv.-Mars 1897) optima

(1) Allocut. 11 Nov. 1893 ap. *Messager du S. Cœur*, 1893, t. LXIV, p. 674.

principia generalia subministrat, ad recte intelligendos SS. Patres de jure proprietatis loquentes, etiam istud S. Hieronymi testimonium attingit ; et cl. Van Gestel, S. J., qui anno superiore, in opere *de justitia et lege civili,* p. 28-30, idem testimonium speciatim expendit. Utile tamen ducimus hic denuo istud dictum crisi subjicere : ut vel hoc solo exemplo pateat quantopere fucum faciant, qui argumenti instar in medium producunt aliquam alicujus auctoris pericopen sive sententiam brevissimam, abstractam tum a contexta oratione, tum ab auctoris scopo, ingenio, ævo, doctrina aliunde manifesta. Primo inquirendum est ubinam hoc effatum a S. Doctore proferatur ; deinde, quisnam sensus ipsi sit tribuendus.

Effatum primo quidem reperitur, sub hac formula « DIVES INIQUUS AUT INIQUI HÆRES » in epist. ad Hedibiam (ed. Martianay seu Maurinensis t. IV, p. 1, ep. 7), quem solum locum citat cl. Van Gestel. Ait autem cl. De Gryse (l. c. p. 74) scripsisse S. Doctorem « omnis dives aut est iniquus aut iniqui hæres » in epistola ad Heliodorum. Duæ epistolæ Sancti Hieronymi inscribuntur ad Heliodorum (ed. cit. epist. 5 et 35) : in neutra tamen citatum testimonium reperitur. Videtur igitur cl. scriptor intendisse epistolam ad Hedibiam et simul effatum quoad sensum, non quoad verba, retulisse. — Sed præterea, vere legitur idem fere dictum in commentario S. Hieronymi in Jeremiam, c. V, v. 26-27 : « OMNIS DIVES AUT INIQUUS AUT HÆRES INIQUI. » — Ac tertio legitur in comment. ejusdem in Habacuc, c. III, v. 7 : « OMNIS ENIM DIVES AUT INIQUUS AUT HÆRES INIQUI EST. » Nuspiam alibi apud S. Doctorem istud dictum reperire potuimus. Jam, ut clarior interpretatio fiat, triplicem hunc locum cum necessario contextu sermonis præmittere liceat.

In Jeremiam, l. c., relato textu sacro : « *Quia inventi sunt in populo meo impii insidiantes quasi aucupes :*

laqueos ponentes, et pedicas ad capiendos viros : sicut decipula plena avibus, sic domus eorum plenæ dolo, » mox subjungit :... « Quodque nos diximus : *insidiantes quasi aucupes,* et in LXX non habetur, Aquila et Symmachus transtulerunt *jasir, quasi rete aucupis,* quod etiam qui bonus inter eos videtur et rectus, instar aucupis tendat insidias, dum invicem se venantur ad mortem, et aliorum damnis atque dispendiis, suas complent domos, ut impleatur Philosophorum illa sententia : Omnis dives aut iniquus, aut hæres iniqui. »

In Habacuc, ad textum : « Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ » ait : « Æthiopes tetri et amantes tenebras... dæmones intelliguntur : quorum fit tabernaculum quicumque in hoc sæculo propter honores et divitias laborarit : quod significanter sub uno verbo iniquitatis ostenditur, omnis enim dives aut iniquus aut hæres iniqui est. Vide homines maria transire ; ante potentum excubare fores ; pati omnia quæ servorum conditio vix patitur ; ut divitias congregent, ut aliquam accipiant dignitatem : et postquam hoc fuerunt consecuti, tradere se luxuriæ et voluptatibus et omni iniquitati, ut quod avaritia congregavit luxuria consumat. Isti ergo pro laboribus suis efficiuntur hospitium dæmonum, et qui templum Dei esse debebant, fiunt tabernaculum Æthiopum. »

Denique ad hanc quæstionem Hedibiæ : « Quomodo perfectus quis esse possit, et quomodo Deo vivere debeat vidua quæ sine liberis derelicta est ? » inter alia rescribit : « Igitur et tu, quia paucos non habes filios, plurimos fac tibi amicos, de iniquo mammona, qui te recipiant in æterna tabernacula. Pulchre dixit *de iniquo ;* omnes enim divitiæ de iniquitate descendunt : et nisi alter perdiderit, alter non potest invenire. Unde et illa vulgata sententia mihi videtur esse verissima : Dives aut iniquus, aut iniqui hæres. »

Jamvero, quod statim oculis incurrit, durum istud

effatum non est a S. Hieronymo propriis verbis conceptum, sed ab ipso refertur tamquam nota « sententia Philosophorum » imò « vulgata sententia. » Nequit igitur obtrudi Catholicis hoc adagium quasi propositio a Sancto Doctore ex Verbo Dei deducta aut ex Ecclesiæ doctrina ac sensu expressa. Verum quidem est S. Hieronymum illud adagium in suorum dictorum confirmationem adducere imo et explicite probare. Non aliter tamen probat quam probari solent similia effata, quatenus scilicet sub expressione hyperbolica continent aliquod assertum regulariter verum, seu factum aliquod communis experientiæ ; imo dum id dictum adducit, sensum ejus emollire studet. Manet ut inspiciamus sensum quem adagium ex sese habere poterat apud Philosophos aut in usu vulgari ; et deinde sensum quo S. Doctor istud adhibet ac suæ argumentationi accommodat.

In hoc adagio *iniquus,* nostro quidem judicio, minime sumitur sensu generico pro *peccatore.* Isto sane sensu in S. Scriptura et apud SS. Patres frequentissime vox usurpatur. At hic agitur de « sententia philosophorum» videlicet ethnicorum. Præterea eo ipso vis et proprietas adagii pessumdaretur ; nam, quum pauperes æque ac divites sua vitia habeant, eodem pacto quo dives etiam pauper dici posset aut peccator aut hæres peccatoris. Denique vox ipsa *hæres* clare indicat agi de labe quæ ipsam hæreditatem inficiat, non autem de peccatis parentum nullam relationem ad hæreditatem habentibus. Ne timeamus igitur hic *iniquum* interpretari *injustum,* ita ut sensus adagii sit : omnis dives aut est injustus, quia ipse in congregandis et amplificandis divitiis injurias commisit ; aut saltem est hæres injusti, quia a parentibus accepit divitias quas non sine injustitiæ labe congregarunt, ita ut etiam inscius quosdam injustitiæ fructus retineat. Jamvero assertum, ita intellectum, indubie falsum est, si verba premendo illud

pro universali regula accipis; sed verum erat secundum communiter contingentia, seu secundum id quod plerumque obtinebat illis romani imperii temporibus, quibus usura, peculatus, servorum oppressio et id genus alia late grassabantur. Ulterius posset quis, ut dicto magis adhuc veritas insit, *iniquum* intelligere eum qui tantum injuriæ late aut improprie dictæ, puta avaritiæ, duritatis in pauperes, reus est : at præplacet nobis hanc significationem extensam, sicut et aliam latissimam, supra indicatam, non adhibere quando de nativo adagii sensu agitur, sed tantum quando, ut in sequentibus, quæritur de ipsius usu apud S. Hieronymum.

Primo loco citato, sc. ex comment. in Jerem., adhibet S. Doctor adagium in sensu nativo, quo *iniquus* intelligitur injustus : istud enim applicat iis qui « invicem se venantur ad mortem et *aliorum damnis atque dispendiis suas complent domos, ut impleatur* Philosophorum illa sententia... » Sed an ideo proprietatem qua injustam damnat, qui rapinas ac furta toties, et hoc ipso loco, insectatur, de jure successionis tractat (in Ezech. XLVI, 16 sqq.), bona juste possessa ab injuste acquisitis distinguit (in Ezech. XVIII, 7) ? Hic ergo illos impetit divites qui ab ipso Propheta dicuntur : « impii insidiantes quasi aucupes... domus eorum plenæ dolo. » Agit, sicut alibi frequenter, de « hominibus sæculi... qui per rapinas miserorumque lacrymas divitias congregant » (in Is. I, 23) ; de iis qui dicunt : « Non refert unde possideam, dummodo possideam. Hoc morbo laborant plurimi, de quibus scriptum est : *divitiæ congregatæ inique evomentur*... » (in Osee, XII, 8). Quodsi hic dicat inique egisse « etiam qui bonus inter eos videtur et rectus » asserit tantum de facto tunc in populo Israelitico dominatam esse injustitiam, sicut ipsa Scriptura pluries verbis adhuc amplioribus de omnimoda pravitate totius humani generis pronuntiat :

« Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt : non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. » Ps. XIII, 3 et LII, 4, Rom. III, 12. Quodsi verba Jeremiæ tacite suis etiam temporibus applicet, atque addat ipsos fideles hac in re non esse innoxios (« Atque utinam ab his tantum fiant qui videntur foris esse et quos Dominus judicat ; et non in nostris conventiculis impleantur ! » l. c.) : quid, amabo, inde eruitur, nisi Sanctum Doctorem ferventer zelare justitiam atque instanter in corripiendos fratres exercere charitatem ?

Secundo loco, in Habacuc, S. Hieronymus obiter refert idem adagium. Quod Propheta, secundum textum Hebraïcum, dicit : *sub labore,* seu ærumna, *vidi...,* id S. Hieron. vertit : *pro iniquitate vidi...* et hanc *iniquitatem* ipse intelligit *pravitatem.* Ideo etiam notum adagium videtur hoc loco commentator, accommodatione quadam et extensione, in hunc sensum adhibere. At rursus videamus num vere divites omnino omnes iniquos et pravos habeat. Agit de illo qui « in hoc sæculo propter honores et divitias laborarit. » Jamvero, ut cum recta ratione ipsa Scriptura testatur : « qui aurum diligit, non justificabitur (Eccli. XXXI, 5) — nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli (1 Tim. VI, 5) — nihil est iniquius quam amare pecuniam (Eccli. X, 10). » Item agit de illis quos vides « maria transire... excubare... omnia pati... ut divitias congregent... et postquam hoc fuerint consecuti, tradere se luxuriæ et voluptatibus et omni iniquitati : ut quod avaritia congregavit, luxuria consumat. » Nonne de his divitibus rectissime concludit : « Isti ergo pro laboribus suis efficiuntur hospitium dæmonum ? » Sed alibi divites bonos a malis divitibus nitide distinguit : « Nec diviti obsunt opes, si eis bene utatur ; nec pauperem egestas commendabiliorem facit, si inter sordes et inopiam peccata non caveat. Ad utriusque nobis rei testimonium, et Abraham Patriar-

cha, et quotidiana exempla suppeditant : quorum alter in summis divitiis amicus Dei fuit, alii quotidie in sceleribus deprehensi pœnas legibus solvunt. » Epist. LXXXV, ad Salvinam. Cum Abraham divite a S. Hieronymo in exemplum proponuntur patriarcha Joseph, « qui et in egestate et in divitiis dedit experimenta virtutum, » Daniel et tres pueri, Mardocheus et Esther, Zacheus publicanus (ead.epist. LXXXV), et « beatus Job, qui nec in bonis nec in malis sæculi victus est, sed omnia pari mentis firmitate sustinuit (in Is. c. LV, v. 2-3). » Sed quæres : quare S. Hieronymus, quoties divites impetit, toties non explicite notat se de malis tantum divitibus loqui ? Respondemus : quia plerumque id per se ex ejus oratione patet : ita et Christus absolute dixit : Væ vobis divitibus (Luc. VI, 24); — quia merito loquitur secundum communiter contingentia, eodem jure quo Scriptura dicit : « si dives fueris, non eris immunis a delicto » (Eccli. XI, 10) ; — tandem, ut ipse Sanctus explicat in libro I Dialogi adversus Pelagianos, divites qui bonis suis bene utuntur, divites esse desierunt alioque nomine potius appellandi sunt : « Si potueris, ait, ostendere quod dives ingrediatur regna cœlorum, sequitur ut et camelus intret per foramen acus. Nec mihi Abraham et cæteros quos in veteri Testamento divites legimus, exemplo proponas, qui divites ingressi sunt regna cœlorum : quum ipsi divitiis ad bona utentes opera, divites esse desierint : imo quum non sibi, sed aliis divites fuerint : et dispensatores magis Dei quam divites appellandi sint. » Ideo et in epist. cit. LXXXV Salvinam lepide compellat « pauperem divitem » nempe pauperem sibi, pauperem spiritu.

In tertio loco, ad Hedibiam, ratiocinatio S. Hieronymi est paulo obscurior. « Fac tibi amicos de iniquo mammona... Pulchre dixit (Christus) *de iniquo ;* omnes enim divitiæ de iniquitate descendunt : et nisi alter

perdiderit, alter non potest invenire. Unde illa vulgata sententia... » Quænam est illa *iniquitas* de qua omnes divitiæ descendunt? Non videtur hic posse intelligi generice *peccatum, pravitas;* neque etiam *peccatum originale,* ex quo ultimatim orta est necessitas privatæ possessionis (quemadmodum pseudo-Clemens Romanus (1) dixit « per *iniquitatem* alius dixit hoc esse suum, et alius istud ») : utroque enim modo inepta redditur ratio sive explicatio a S. Hieronymo adjecta : « nisi alter perdiderit, alter non potest invenire. » Sed a) bene intelligi potest hic ut supra *injuria.* Ita nempe jam statui potest aliquis nexus inter assertum et additam explicationem, cujus sensus esset : *plerumque* lucrum unius esse damnificationem alterius, seu unius opulentiam alterius spoliationem. Quam insuper interpretationem non leviter confirmari censemus comparatione duplicis loci quasi paralleli ex operibus S. Doctoris. Priorem reperimus in comment. in Isaiam, c. XXXIII, v. 15 (haud diu post epistolam ad Hedib. conscripto) : « ...avaritiam, quæ est mater calumniæ (injuriæ). Nisi enim cum alterius damno et malo, pecuniæ alteri non coacervantur. » Alterum legimus in comment. in Michæam, c. VI, v. 11-12, ubi ad textum : « Numquid justificabo stateram impiam et saccelli pondera dolosa? In quibus divites ejus repleti sunt iniquitate... » scribit commentator : « divites ejus, non tam divitiis, quam iniquitate pleni sunt : quia omnes divitiæ dum alios spoliant, iniquitate pariuntur. » Hac autem interpretatione admissa, tum assertum, tum adagium tamquam verissimum approbatum, intelligenda erunt ut supra secundum communiter contingentia. b) Alia etiam interpretatio non omnino improbabilis adhiberi potest. Etenim ratio qua S. Doctor videtur velle evincere omnes

(1) Epist. relata in Decreto, c. *Dilectissimis*, 12. q. 1 : quæ epistola spuria est. Vide Jungmann, *Patrologia*, t. I, p. 144.

divitias de iniquitate descendere revera non ostendit eas descendere de injuria : nam pluribus modis potest unus rem suam « perdere » simulque jus ad eam amittere, et alter hanc rem « invenire » ejus dominium acquirendo, ita ut nulla injuria intercedat. Ideo dici potest *iniquitas* hic sumi pro *inæqualitate* (sicut dicitur *iniquitas loci* et *locus iniquus* pro loco aspero et salebroso). Revera, quum pleraque bona non primitus acquiruntur sed solum de uno ad alium transeunt, generatim nequeunt multæ opes quibusdam affluere quin ab aliis diffluant, quin « alter perdiderit quod alter inveniat. » Nec mere physica est ista maxima de facto vigens inæqualitas, sed moralem difformitatem infert, quia arguit generatim apud opulentos defectum in recto usu divitiarum : « Quantum ad usum, non debet homo habere res exteriores ut proprias, sed ut communes, ut scilicet de facili aliquis eas communicet in necessitate aliorum. » S. Th. 2-2, q. 66, a. 2. Cf. *Collat.* I, p. 598 sq. Divites itaque latiori sensu iniqui sunt et infideles Dei dispensatores, si inæqualitatem bonorum, justitiæ non repugnantem et necessario inter homines obtinentem, charitate compensare non student, sed avaritia jugiter adaugere. Et hanc quidem interpretationem vocis *iniquitatis* in dicto Evangelico « de mammona iniquitatis » diserte proponunt S. Augustinus et S. Thomas. Prior, in *enarr. in* Ps. 48, v. 11 : « ... fac tibi amicos de mammona iniquitatis. Fortassis ea quæ acquisisti de iniquitate acquisisti ; aut fortasse ea ipsa est iniquitas, quia tu habes et alter non habet, tu abundas et alter eget. » S. Thomas autem in S. Th. 2-2, q. 32, a. 7 ad 1 : « Vel omnes divitiæ dicuntur iniquitatis id est inæqualitatis, quia non æqualiter sunt omnibus distributæ, uno egente et alio superabundante. » Ideo forte et ipse S. Hieron. ad talem rei considerationem notum adagium *accommodando,* affirmat verissime divitem (semoto ut supra divite qui

spiritu pauper et aliis potius quam sibi dives est) esse (latiori sensu) iniquum, infidelem dispensatorem, aut hæredem iniqui : quia si non ipse avarus est, saltem hæreditatem obtinuit avare custoditam et coacervatam. — Jam utralibet interpretatio præferatur, ex supradictis elucet ex hoc loco nihil erui contra doctrinam S. Hieronymi in materia justitiæ. Sed ex ipsa hac epistola hoc clarissime ostendamus. Si S. Doctor omnes divites, eo ipso quod divites sint, injustos haberet, ipsos sane urgeret ad opes, injuria partas et retentas, distribuendas. Jamvero bona sua pauperibus distribuere, inculcat esse *consilium* Evangelicum, *præceptum* minime. Nempe viduam divitem sic alloquitur : « Si vis esse perfecta, non tibi jugum necessitatis (Dominus) imponit, sed potestati tuæ liberum concedit arbitrium. *Vis esse perfecta, et in primo stare fastigio dignitatis,* fac quod fecerunt Apostoli, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et sequere Salvatorem, et nudam solamque crucem nuda sequaris et sola. Non vis esse perfecta, sed *secundum vis tenere gradum virtutis,* dimitte omnia quæcumque habes, *da filiis, da propinquis.* Nemo te reprehendit, si inferiora secteris, dummodo illam scias tibi jure prælatam, quæ elegerit prima. » Cfr. opusc. adversus Vigilantium, in fine ; epist. LXXXV, ad Salvinam, et XCVII, ad Demetriadem.

Num S. Hieronymus socialistis præbeat quantulumcumque patrocinium, lector judicet.

O. E. D.

Fabriques d'église

Séance légale du mois de Juillet — Examen et vote du budget

Les conseils de fabrique doivent se réunir en séance ordinaire le Dimanche 4 Juillet prochain.

Si le budget pour l'exercice 1898 n'est pas encore dressé, le bureau des marguilliers aura soin de le préparer dans sa séance du mois de Juin, pour le soumettre à l'examen et au vote du conseil dans la réunion du premier dimanche de Juillet.

Nous avons donné dans les *Collationes* (I, p. 368) quelques principes généraux et quelques observations pratiques qui sont de nature à faciliter la confection régulière du budget ; et nous ne saurions assez engager les administrations intéressées à ne pas perdre de vue les divers points que nous avons signalés.

Nous avons indiqué également dans les *Collationes* (I, p. 309) le procédé le plus rationnel pour déterminer *l'excédant ou le déficit présumé* de l'exercice courant.

La formule très concise que nous avons donnée, à raison même de sa concision, contient certains termes qui, tout en étant scientifiquement exacts, méritent un mot d'explication. Ainsi, *ajouter un reliquat passif ou déficit* équivaut à *soustraire le montant* de ce déficit ; d'autre part, *soustraire un déficit* revient à *ajouter le montant* de de déficit, attendu que, pour soustraire une somme, il faut changer le signe (+ ou —) qui affecte cette somme.

A l'occasion de la discussion du budget, le conseil s'assurera s'il n'y a pas à faire des actes conservatoires pour le maintien des droits de la fabrique, s'il n'y a pas des titres nouvels à exiger, des inscriptions hypothécaires à renouveler, des prescriptions à interrompre, etc.

C. V. C.

Jurisprudence administrative

Eglises — Objets d'art ou historiques.

M. le Gouverneur de la Flandre Occidentale a, le 7 Décembre 1896, ordonné l'insertion au *Mémorial administratif* de la circulaire ministérielle ci-dessous, « avec invitation aux administrations communales et aux administrations fabriciennes de se conformer très strictement aux instructions qui y sont contenues. »

Bruxelles, le 27 Mars 1896.

Monsieur le Gouverneur,

Par sa circulaire du 30 Avril 1883 (1), un de mes honorables prédécesseurs a appelé l'attention des fabriques d'église sur la disposition de l'article 5 de l'arrêté royal du 16 Août 1824, défendant de détacher, d'emporter ou d'aliéner, sans le consentement du Gouvernement, des objets d'art ou monuments historiques placés dans les églises, de quelque nature qu'ils soient, ou d'en disposer en aucune manière, à moins qu'ils ne soient la propriété de particuliers ou de sociétés particulières. (2)

J'ai pu constater que, malgré les instructions contenues dans cette circulaire, la prohibition édictée par l'article 5 de l'arrêté royal précité n'est pas généralement respectée.

De son côté, la Commission royale des Monuments vient de me faire savoir qu' « on signale à chaque instant des offres

(1) Cette circulaire, rapportée au *Mémorial administratif*, année 1883, T. II, p. 1128 et sv., décide qu'il convient de rappeler aux fabriques d'église la prohibition édictée par l'article 5 de l'arrêté royal du 16 Août 1824 en vue d'assurer la conservation des œuvres d'art et d'antiquité que contiennent les édifices religieux ; et enjoint aux Députations permanentes de réclamer de toutes les fabriques d'église une copie de l'inventaire prescrit par l'article 55 du décret du 30 Décembre 1809, ainsi que du dernier récolement annuel.

(2) Les statuts du diocèse de Bruges (p. 179 sv.) édictent la même défense, et exigent l'autorisation préalable de l'Evêque.

de vente faites par des églises, d'anciens objets mobiliers de valeur, sans que l'autorité supérieure ait été appelée à intervenir ».

Je n'ai pas besoin, Monsieur le Gouverneur, d'insister sur l'intérêt qui s'attache à ce que les édifices du culte ne soient pas dépouillés des richesses artistiques qu'ils renferment.

Il importe, en conséquence, de rappeler aux administrations fabriciennes la défense prononcée par l'article 5 de l'arrêté royal du 16 Août 1824 et d'attirer leur attention sur les inconvénients auxquels s'exposent ceux qui se permettent de disposer des objets dont le dit article 5 a pour but d'assurer la conservation.

Non seulement les fabriciens ou les ministres du culte qui se rendent coupables de faits de l'espèce peuvent être poursuivis judiciairement par application de la loi du 6 Mars 1818 (1), mais en outre une action en dommages-intérêts doit leur être intentée par les administrations que la chose concerne.

D'un autre côté, la restitution des objets indûment vendus doit être réclamée devant les tribunaux et les auteurs de la vente auront à supporter personnellement les frais des procès dirigés contre les détenteurs de ces objets.

---

(1) Par arrêt du 17 Juin 1882 (*Pasicr.*, II, 203), la Cour d'appel de Liége a décidé : a) « que l'arrêté du 16 Août 1824 revêt le caractère d'*une mesure générale d'administration intérieure* du royaume et qu'il a été pris par le Roi des Pays-Bas en vertu des prérogatives que lui conférait la loi fondamentale du 24 Août 1815, et conformément aux dispositions de l'article 73 de cette loi ; que sa légalité ne saurait donc être contestée » ; b) que les infractions au prédit arrêté sont punies conformément à l'article 1er de la loi du 6 Mars 1818.

Aux termes de cette dernière disposition « les infractions aux dispositions arrêtées par les règlements d'administration intérieure de l'Etat, mentionnés dans l'article 73 de la loi fondamentale, à l'égard desquels les lois n'ont point déterminé ou ne détermineront pas dans la suite des peines particulières (comme c'est le cas pour l'arrêté du 16 Août 1824), seront punies par les tribunaux d'après la nature de l'objet, la gravité de l'infraction et les circonstances qui l'auront accompagnée, d'une amende qui ne pourra excéder cent florins, ni être moindre de dix florins, ou d'un emprisonnement d'un jour au moins, et de 14 jours au plus, ou enfin d'une amende et d'un emprisonnement réunis, mais qui ne pourront respectivement excéder le maximum qui vient d'être indiqué. »

En transmettant aux administrations fabriciennes les instructions qui précèdent, vous voudrez bien leur faire remarquer que je désire voir réprimer sévèrement à l'avenir les abus dont il s'agit, et que toutes les mesures nécessaires soient prises pour la réparation du préjudice causé aux fabriques d'église.

Le Ministre de la Justice,
V. Begerem.

Edifices du culte — Travaux supplémentaires — Subsides provinciaux.

M. le Gouverneur de la Flandre Occidentale a envoyé aux administrations communales et aux administrations fabriciennes de la Province, la circulaire suivante :

Bruges, le 9 Janvier 1897.

Messieurs,

J'ai l'honneur de rappeler à votre attention ma circulaire du 16 Octobre 1891, insérée au *Mémorial administratif* de la Province de la même année, partie générale, p. 766, relative aux travaux supplémentaires effectués, sans autorisation préalable, à l'occasion de la construction ou reconstruction, de l'agrandissement ou de la restauration d'édifices du culte. (1)

(1) La circulaire rappelée ici (qui est du *26* Octobre 1891) porte :

« Il a été constaté, à maintes reprises, qu'on exécutait aux édifices du culte des travaux — souvent importants — non prévus dans les projets qui avaient été soumis à la Commission royale des monuments et à la Députation permanente, ainsi qu'à l'approbation définitive du Gouvernement, et que, pour ces travaux supplémentaires faits ainsi à l'insu de l'autorité supérieure, des subsides nouveaux étaient sollicités ensuite de la Province et de l'Etat.

« Cette marche très irrégulière ne peut être tolérée davantage.

« Désormais l'Etat et la Province n'interviendront plus dans les dépenses relatives à des travaux effectués aux édifices du culte, lorsque ces dépenses auront été ordonnées sans le consentement préalable de l'autorité supérieure ».

Les irrégularités que je signalais à cette époque se renouvelant, la Députation permanente a décidé que du moment où il sera établi que les travaux complémentaires pouvaient être prévus, lors de la confection des plans et devis primitifs, tout supplément de subside à charge de la Province sera refusé.

La participation financière de la Province ne pourra être accordée que lorsqu'il aura été constaté que, par suite de circonstances extraordinaires, il était de toute impossibilité de comprendre les travaux supplémentaires dans le devis des travaux principaux. Dans ce cas, il importera toutefois que, préalablemeut à tout commencement d'exécution, la commune ou la fabrique d'église intéressée prévienne l'administration provinciale. Celle-ci chargera un agent du service technique de constater sur place l'impossibilité qu'il y avait de prévoir de prime abord, les travaux complémentaires que l'on demande à faire effectuer.

Je vous prie, Messieurs, de bien vouloir vous conformer très strictement aux instructions qui précèdent; la Députation permanente est bien décidée à ne pas s'écarter de la règle qu'elle a tracée.

Le Gouverneur,
Bon RUZETTE.

Ex S. Congr. Concilii

MEDIOLANEN.

Dubium circa renovationem baptismi fœto collati.

Beatissime Pater,

Sac. Oblatus Carolus Gorla, in Seminario Mediolanensi Theologiæ Moralis professor, pro opportuna solutione sequens dubium S. Sedi proponit.

Extat decretum S. Congregationis Concilii 12 Iulii 1794 : « Fœtus in utero supra verticem baptizatus post ortum denuo sub conditione rebaptizetur ».

Rationem dant nunc temporis Theologi, quia certum esse non potest aquam caput infantis revera attigisse; etsi amplius non valeat ratio exhibita a S. Thoma III P. q. 68, art. 11, quod generatim « corpus infantis antequam nascatur ex utero, non potest aliquo modo ablui aqua. »

Quæritur : « Si in aliquo casu particulari medicus vere peritus et probus testetur, per methodum longe perfectiorem, quæ nunc adhibetur, aquam sine dubio caput infantis in utero attigisse, debeturne infans iterum sub conditione baptizari post ortum ? »

Sacra Pœnitentiaria Apostolica, die 21 Ianuarii 1897, respondit : *Recurrendum ad S. Congregationem Concilii.*

Et S. C. Concilii sub die 16 Martii 1897, rescribendum censuit :

Servetur decretum S. C. Concilii diei 12 Iulii 1794 ; idque notificetur Emo Archiepiscopo Mediolanen.

A. Card. DI PIETRO, Præfectus.
B. Archiep. Nazianzen., Pro-Secret.

Ex S. Congr. Inquisitionis

Admitti debet authenticitas vers. 7, Cap. 5, Epist. I S. Ioannis « *tres sunt...* » (1).

Feria IV, die 13 Ian. 1897.

In Cong. Gen. S. R. et U. I. habita coram Emis ac RR. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, proposito dubio :

« Utrum tuto negari, aut saltem in dubium revocari possit « esse authenticum textum S. Ioannis, in epistola prima, « cap. V, vers. 7, quod sic se habet : *Quoniam tres sunt, qui « testimonium dant in cœlo : Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus : et « hi tres unum sunt* ».

Omnibus diligentissimo examine perpensis, præhabitoque

(1) Hac responsione solvitur celebris quæstio penes Auctores usquemodo non parum agitata.

DD. Consultorum voto, iidem Emi Cardinales respondendum mandarunt :

« Negative ».

Feria vero VI, die 15 eiusdem mensis et anni, in solita Audientia r. p. d. Adsessori S. O. impertita, facta de suprascriptis accurata relatione SSmo D. N. Leoni PP. XIII, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. Mancini, S. R. et U. I. Not.

Consultationes

I

Qua ratione procedat oportet sacerdos in administratione sacramenti baptismatis in necessitate conferendi ?

R. Ad hoc dubium solvendum sequens inserviat regula :

Prætermissis cæremoniis *ablutioni præviis,* statim tingatur proles aqua baptismali; addantur, si supervixerit, cæremoniæ ablutionem *subsequentes ;* omissæ vero postea, ubi convaluerit, in ecclesia sunt supplendæ.

Ad quæ nota :

1) Deficiente aqua consecrata seu baptismali, utatur sacerdos aqua lustrali vel et vulgari, si benedictam præ manibus non habeat.

2) Obligatio subsequentes adhibendi ritus sacros non est urgenda, saltem tanquam gravis (1), ita ut levis ratio excuset. Multo facilius omittetur unctio cum sacro chrismate, cum sæpe sæpius tempus deficiat illud ex ecclesia afferendi.

3) Necessitas intelligitur stricta, periculum nempe

(1) Cfr. decretum S. R. C. 23 Sept. 1820 et decr. C. S. O. 10 Aprilis 1861.

in mora, uti vel ex eo ipso eruitur quod absolute prohibentur cæremoniæ præviæ. Timet nimirum provida mater Ecclesia ne, dilata ablutione, puer periclitans morte præveniatur et tantæ necessitatis sacramento fraudetur.

Præfata igitur regula non applicatur ubi baptisma postulatur domi administrandum infanti, quem parentes justa de causa, morte non imminente, timent ad ecclesiam deferre. Quo casu vel aliquantulum differatur, vel saltem domi non conferatur, nisi prævia licentia Episcopi ; qua obtenta, sacramentum administret sacerdos *cum omnibus cæremoniis ;* jam enim ratio nulla est omittendi illas quæ ablutionem præcedunt, et cæremoniæ de se natæ sunt et institutæ ut ipsum sacramentum circumstent : ejus naturam et efficaciam declarent et ipsi sint ornamento et decori.

A. D. S.

II

Decreto S. C. R. 13 Augusti 1701 statuitur : « Quoties quis privatim celebrat de simplice vel reassumit missam Dominicæ præcedentis in feria secunda, vel prima die mensis non impedita, tenetur dicere secundam orationem *Fidelium* tam in missa conventuali quam in cæteris privatis ». Quæritur an juxta decretum 23 Maii 1835 hæc oratio *Fidelium* possit ultimo loco poni seu immediate ante imperatam, quoties hæc dicenda præscribitur. Sit pro exemplo : Sacerdos, qui hoc anno die 3 Februarii in festo simplice S. Blasii recitavit officium votivum de S. Joseph, celebravit missam pro sponso et sponsa, ordinando orationes sequenti modo : primam de missa votiva, secundam de festo simplice occurrente tertiam *Fidelium,* quartam *pro Papa* imperatam. An recte egit ?

R. In citato decreto 23 Maii 1835, *in Namurcen.*

quæstio his verbis proponitur : « Ex titulo quinto rubricarum generalium missalis nonnullis diebus facienda est commemoratio generaliter pro defunctis in missa de die ; hæc commemoratio seu oratio *Fidelium* videtur ponenda penultimo loco... Si vero præcipiatur ab Ordinario oratio pro re gravi, v. gr. *Deus refugium,* an oratio *Fidelium* etc. dicenda est penultimo loco, seu immediate ante orationem præscriptam a Superiore, vel antepenultimo loco, seu ante ultimam orationem a rubrica indicatam ? ». Respondet S. C. : « Diebus a rubricis præscriptis secundo loco etiam in missa conventuali juxta rubricas ». Rubrica autem de qua agitur alia esse non potest quam Rubr. gen. tit. VII, nº 6 : « Si facienda sit commemoratio pro defunctis semper ponitur penultimo loco ». Inferendum ergo est locum qui in decreto dicitur *secundus* confundi cum illo quem rubrica vocat *penultimum*.

Decretum supponit in casu missam de die non habere nisi tres orationes a rubricis præscriptas : primam de die, secundam *Fidelium,* et tertiam, aliquam commemorationem si occurrit, vel in ejus defectu orationem communem v. gr. *A cunctis* aut aliam pro diversitate temporis, et omitti illam quæ alias (casu quo non præscriberetur *Fidelium*) tertio loco dicenda esset (1); supponit insuper non plures commemorationes occurrere, quæ efficerent ut numerus orationum fieret superior tribus. Juxta decretum ergo, oratio *Fidelium secundo* seu *penultimo* loco ponenda est inter orationes a rubricis præscriptas, et collecta imperata, quarto vel ulteriori loco addenda, non efficit ut oratio *Fidelium* dicatur ultimo loco, sed eam relinquit secundo seu penultimo loco si non nisi tres, penultimo si plures quam tres orationes a rubricis præscribuntur. Quod confirmatur recentiori decreto *in Valentinen.* 12 Dec. 1879 : « Utrum commemoratio pro defunctis, diebus a rubrica præscriptis, in missa conventuali et in missis

(1) Cfr. Nouv. Revue Théol. XXVII, p. 655.

privatis secundo loco manere debeat, si addatur quarto loco collecta imperata? Resp. *Inter collectas a rubricis præscriptas* collectam pro defunctis semper *penultimum* locum obtinere et *post easdem* dicendam esse orationem vel orationes a superiore imperatam, aut imperatas ». Clare hic distinguitur inter collectas a rubricis præscriptas et orationem vel orationes a superiore imperatam vel imperatas; hæ ultimæ non dicuntur nisi post orationes a rubrica præscriptas et inter has præscriptas a rubrica oratio *Fidelium* penultimo loco dicenda est.

Ex dictis sequitur in casu, per modum exempli proposito, celebrantem non recte egisse ponendo orationem *Fidelium* tertio loco, hæc recitanda erat secundo loco ante commemorationem Sancti Blasii.

Animadverti tamen potest: 1° Obligatio dicendi orationem *Fidelium* diebus a rubrica præscriptis juxta quosdam auctores restringitur ad missas de die et non est extentenda ad missas votivas; communior tamen videtur sententia illam dicendam esse etiam in votivis (1).

2° In casu proposito, si agitur de missa cantata, recte addita fuit oratio *Fidelium* a celebrante qui recitavit officium votivum S. Joseph, quia, cum juxta decretum *in Marianopolitana* 18 Julii 1885 (2), in cantandis missis ne commemoratio quidem officii votivi fieri possit, celebrans in missa votiva cantata negligere debet officium recitatum et facere commemorationes quæ juxta rubricas faciendæ sunt ab illo qui persolvit officium diei, feriale vel simplex; si autem missa fuerit privata seu lecta, faciendæ erant commemorationes officii votivi recitati et S. Blasii, addi autem non debuit oratio *Fidelium*, quæ inter præscriptas pro recitantibus officium votivum semiduplex non occurrit.

H. V. D. W.

(1) Cfr. Ill. Van der Stappen, *de rubr. Miss.*, Sect. I, cap. IV, art. VI, § 5.

(2) Cfr. *Coll. Brug.*, I, p. 404.

Ante paucos dies prodiit Brugis apud typographum hujus Periodici opus utilissimum omnibus sacerdotibus sacro ministerio addictis : PAROCHIALE CHRISTENE GILDENBOND *beproefd ter stede en te lande, of vijf en twintig jaren arbeid op het gebied der Economische Volkswerken, door Eerw. Heer* H. VAN DEN DRIESSCHE, *Pastor te Oostkerke-bij-Brugge.* Dividitur in has tres partes : I. Voorbereidende onderrichtingen. II. Standregels, keuren, bescheeden, wetten enz. van bestaande en wenschelijke gilden en economische werken. III. Beschrijving (monographie) der verschillige werken van stoffelijk nut in vier parochiën : Stichting, voortgang, tegenwoordige toestand, enz.

Utilissimum dicimus opus, omnibus quidem partibus, speciatim vero sub respectu duplici. Primo, quod sua inscriptione spondet, id suo tenore adimplet : docet nempe practice viam ac rationem exequendi monitum gravissimi ponderis ab Illmo. ac Rev^mo^. Episcopo in Congreg. Prosyn. anni elapsi propositum : « Curandum est ut in parochiis, præsertim majoribus, *diversa opera religiosa ac socialia inter se connectantur,* ita ut sine intermissione ab infantia ad senectutem usque homines prosequamur, tum temporalibus auxiliis, tum salutari religionis influxu ; et sic omnia in eumdem finem, nempe salutis civitatis et Ecclesiæ, convergant. » — Secundo, scriptor, inter omnigena socialia opera, duo primariæ utilitatis instituta, scil. multiformem participationem *Arcæ parcimoniæ* atque rurales *Arcas parcimoniæ simul et crediti,* illustrat plurimis documentis, peculiari studio ac prædilectione pene dicam paterna. Ipse nimirum, apud nostrates in re sociali primæ horæ operarius, jam anno 1874 condidit in Iseghem arcam parcimoniæ privatam, post biennium publico Arcæ parcimoniæ instituto cooptatam : quæ usque in hodiernum prosperrime cedit. Pariter a. 1894 in Oostkerke condidit, primus in nostra Provincia, arcam parcimoniæ simul et

crediti dictam *Raiffeisenkas* : institutionem ruricolis maxime opportunam, nuper e Germania in Belgium, promotore Rev° D° Mellaerts, invectam, quæ utinam per pagos nostros latissime diffundatur.

Cæterum hujus operis indoles ac meritum clare elucet ex approbatione qua Ill^s^. ac Rev^s^ noster Episcopus illud commendare dignatus est :

Wij geven onze volle goedkeuring aan het boek voor titel dragende « Parochiale Christene Gildenbond » en geschreven door den Eerw. Heer H. Van den Driessche, Pastor te Oostkerke bij Brugge. Dit verdienstelijk werk is niet alleenlijk een verslag over het ontstaan en den vooruitgang dier christene gildenbonden in Vlaanderen, maar ook nog de vrucht van vijf en twintig jaren ondervinding en onafgebrokene werkzaamheid « op het gebied der economische volkswerken » ; een wegwijzer is het, en een volledig handboek zeer voordeelig voor velen die de voetstappen van den Eerw. Schrijver zouden dienen na te volgen.

Brugge, den 26 April 1897.

† G.-J. Bisschop van Brugge.

Hoc opus habet paginas XI-535 et venit quinque francis.

O. E. D.

Collationes Brugenses

SS^mi D. N. LEONIS XIII

EPISTOLA ENCYCLICA

VENERABILIBUS FRATRIBUS

PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS

ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS PACEM ET

COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS

LEO PP. XIII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Divinum illud munus quod humani generis causâ a Patre acceptum Jesus Christus sanctissime obiit, sicut eo tamquam ad ultimum spectat, ut homines vitæ compotes fiant in sempiterna gloria beatæ, ita huc proxime attinet per sæculi cursum, ut divinæ gratiæ habeant colantque vitam, quæ tandem in vitam floreat cælestem. Quamobrem omnes ad unum homines cujusvis nationis et linguæ Redemptor ipse invitare ad sinum Ecclesiæ suæ summa benignitate non cessat : *Venite ad me omnes ; Ego sum vita ; Ego sum pastor bonus.* Hic tamen, secundum altissima quædam consilia, ejusmodi munus noluit quidem per se in terris usquequaque conficere et explere ; verum quod ipse traditum a Patre habuerat, idem Spiritui Sancto tradidit perficiendum. Atque jucunda memoratu ea sunt quæ Christus, paulo ante quam terras relinqueret, in discipulorum cœtu affirmavit : *Expedit vobis ut ego vadam : si enim non abiero Paraclitus non veniet ad vos ; si autem abiero, mittam eum ad vos* (1). Hæc enim affirmans, causam discessus sui reditusque ad Patrem eam potissimum attulit, utilitatem ipsis alumnis suis profecto accessuram ab adventu Spiritus Sancti : quem quidem una monstravit, a se

(1) Joann. XVI, 7.

æque mitti atque adeo procedere sicut a Patre, eumdemque fore qui opus a semetipso in mortali vita exactum, deprecator, consolator, præceptor, absolveret. Multiplici nempe virtuti hujusce Spiritus, qui in procreatione mundi *ornavit cælos* (1) et *replevit orbem terrarum* (2), in ejusdem redemptione perfectio operis erat providentissime reservata. — Jamvero Christi Servatoris, qui princeps pastorum est et episcopus animarum nostrarum, exempla Nos imitari, ipso opitulante, continenter studuimus; religiose insistentes idem ipsius munus, Apostolis creditum in primisque Petro, *cujus etiam dignitas in indigno herede non deficit* (3). Hoc adducti consilio, quæcumque in perfunctione jam diuturna summi pontificatus aggressi sumus instandoque persequimur, ea conspirare voluimus ad duo præcipue. Primum, ad rationem vitæ christianæ in societate civili et domestica, in principibus et in populis instaurandam; propterea quod nequaquam nisi a Christo vera in omnes profluat vita. Tum ad eorum fovendam reconciliationem qui ab Ecclesia catholica vel fide vel obsequio dissident; quum hæc ejusdem Christi certissima sit voluntas, ut ii omnes in unico Ovili suo sub Pastore uno censeantur. Nunc autem, quum humani exitus adventantem diem conspicimus, omnino permovemur animo ut Apostolatus Nostri operam, qualemcumque adhuc deduximus, Spiritui Sancto, qui Amor vivificans est, ad maturitatem fecunditatemque commendemus. Propositum Nostrum quo melius uberiusque eveniat, deliberatum habemus alloqui vos per sollemnia proxima sacræ Pentecostes de præsentia et virtute mirifica ejusdem Spiritus; quantopere nimirum et in tota Ecclesia et in singulorum animis ipse agat efficiatque præclarâ copia charismatum supernorum. Inde fiat, quod vehementer optamus, ut fides excitetur vigeatque in animis de mysterio Trinitatis augustæ, ac præsertim pietas augeatur et caleat erga divinum Spiritum, cui plurimum omnes acceptum referre debent quotquot vias veritatis et justitiæ sectantur: nam, quemadmodum Basilius prædicavit, *Dispen-*

(1) Job XXVI, 13.
(2) Sap. I, 7.
(3) S. Leo M. *ser. in anniv. ass. suæ.*

sationes circa hominem, quæ factæ sunt a magno Deo et Servatore nostro Jesu Christo juxta bonitatem Dei, quis neget per Spiritus gratiam esse adimpletas (1) ?

Antequam rem aggredimur institutam, nonnulla de Triadis sacrosanctæ mysterio placet atque utile erit attingere. Hoc namque *substantia novi testamenti* a sacris doctoribus appellatur, mysterium videlicet unum omnium maximum, quippe omnium veluti fons et caput ; cujus cognoscendi contemplandique causâ in cælo angeli, in terris homines procreati sunt, quod, in testamento veteri adumbratum, ut manifestius doceret, ab angelis ad homines Deus ipse descendit : *Deum nemo vidit unquam : Unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit* (2). Quisquis igitur de Trinitate scribit aut dicit, illud ob oculos teneat oportet quod prudenter monet Angelicus : *Quum de Trinitate loquimur cum cautela et modestia est agendum, quia, ut Augustinus dicit, nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid invenitur* (3). Periculum autem ex eo fit, ne in fide aut in cultu vel divinæ inter se Personæ confundantur vel unica in ipsis natura separetur ; nam, *fides catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate et Trinitatem in unitate veneremur.* Quare Innocentius XII, decessor Noster, sollemnia quædam honori Patris propria postulantibus omnino negavit. Quod si singula Incarnati Verbi mysteria certis diebus festis celebrantur, non tamen proprio ullo festo celebratur Verbum, secundum divinam tantum naturam : atque ipsa etiam Pentecostes sollemnia non ideo inducta antiquitus sunt, ut Spiritus Sanctus per se simpliciter honoraretur, sed ut ejusdem recoleretur adventus sive externa missio. Quæ quidem omnia sapienti consilio sancita sunt, ne quis forte a distinguendis Personis ad divinam essentiam distinguendam prolaberetur. Quin etiam Ecclesia ut in fidei integritate filios contineret, sanctissimæ Trinitatis festum instituit, quod Joannes XXII deinde jussit ubique agendum ; tum altaria et templa eidem dicari permisit ; atque Ordinem religiosorum

---

(1) *De Spiritu Sancto* c. XVI, n. 39.
(2) Joann. I, 18.
(3) *Summ. th. 1a, q.* XXXI, *a.* 2 — *De Trin. L. I, c.* 3.

captivis redimendis, qui Trinitati devotus omnino est ejusque titulo gaudet, non sine cælesti nutu rite comprobavit. Multaque rem confirmant. Cultus enim qui sanctis Cælitibus atque Angelis, qui Virgini Deiparæ, qui Christo tribuitur, is demum in Trinitatem ipsam redundat et desinit. In precationibus quæ uni Personæ adhibentur, item de ceteris mentio est; in forma supplicationum, singulis quidem Personis seorsum invocatis, communis earum invocatio subjicitur; psalmis hymnisque idem omnibus præconium accedit in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum; benedictiones, ritus, sacramenta comitatur aut conficit sanctæ imploratio Trinitatis. Atque hæc ipsa jampridem Apostolus præmonuerat in ea sententia: *Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia; ipsi gloria in sæcula* (1): inde significans Personarum trinitatem, hinc unitatem affirmans naturæ, quæ quum una eademque singulis sit Personis, ideo singulis, tamquam uni eidemque Deo, æterna æque majestatis gloria debetur. Quod testimonium edisserens Augustinus, *Non confuse*, inquit, *accipiendum est quod ait Apostolus, ex ipso et per ipsum et in ipso; ex ipso dicens propter Patrem, per ipsum propter Filium, in ipso propter Spiritum Sanctum* (2). — Aptissimeque Ecclesia, ea Divinitatis opera in quibus potentia excellit, tribuere Patri, ea in quibus excellit sapientia, tribuere Filio, ea in quibus excellit amor, Spiritui Sancto tribuere consuevit. Non quod perfectiones cunctæ atque opera extrinsecus edita Personis divinis communia non sint; sunt enim *indivisa opera Trinitatis, sicut et indivisa est Trinitatis essentia* (3), quia, uti tres Personæ divinæ *inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operantur* (4): verum quod ex comparatione quadam et propemodum affinitate quæ inter opera ipsa et Personarum proprietates intercedit, ea alteri potius quam alteris addicuntur sive, ut ajunt, appropriantur: *Sicut similitudine vestigii vel imaginis in creaturis inventa, utimur ad manifestationem divinarum Personarum, ita et essentialibus attributis; et hæc manifestatio Personarum per essentialia*

(1) Rom. XI, 36.
(2) *De Trin.* L. VI, c. 10. - L. 1, c. 6.
(3) S. Aug. *de Trin.* L. 1, c. 4 et 5.
(4) S. Aug. *ib.*

attributa appropriatio dicitur (1). Hoc modo Pater qui est *principium totius Deitatis* (2), idem causa est effectrix universitatis rerum et Incarnationis Verbi et sanctificationis animorum, *ex ipso sunt omnia ;* ex ipso, propter Patrem. Filius autem, *Verbum, Imago Dei*, idem est causa exemplaris unde res omnes formam et pulchritudinem, ordinem et concentum imitantur ; qui extitit nobis via, veritas, vita, hominis cum Deo reconciliator, *per ipsum sunt omnia ;* per ipsum, propter Filium. Spiritus vero Sanctus idem est omnium rerum causa ultima, eo quia sicut in fine suo voluntas lateque omnia conquiescunt, non aliter ille, qui divina bonitas est ac Patris ipsa Filiique inter se caritas, arcana ea opera de salute hominum sempiterna, impulsione quadam valida suaviqne complet et perficit, *in ipso sunt omnia ;* in ipso, propter Spiritum Sanctum.

Rite igitur inviolateque custodito religionis studio, toti debito Trinitati beatissimæ, quod magis magisque in christiano populo æquum est inculcari, ad virtutem Spiritus Sancti exponendam oratio Nostra convertitur. — Ac principio respici oportet ad Christum, conditorem Ecclesiæ et nostri generis Redemptorem. Sane in operibus Dei externis illud eximie præstat Incarnati Verbi mysterium, in quo divinarum perfectionum sic enitet lux ut quidquam supra ne cogitari quidem possit, et quo aliud nullum humanæ naturæ esse poterat salutarius. Hoc igitur tantum opus, etsi totius Trinitatis fuit, attamen Spiritui Sancto tamquam proprium adscribitur : ita ut de Virgine sic Evangelia commemorent : *Inventa est in utero habens de Spiritu Sancto,* et : *Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est* (3). Idque merito adscribitur ei qui Patris et Filii est caritas ; quum hoc *magnum pietatis Sacramentum* (4) sit a summa Dei erga homines caritate profectum, prout Joannes commonet : *Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret* (5). Accedit quod natura humana evecta inde sit ad conjunctionem *personalem* cum Verbo: quæ dignitas

(1) S. Th. 1ª, q. XXXIX. a. 7.
(2) S. Aug. *de Trin.* L. IV, c. 20.
(3) Matth. I, 18, 20.
(4) I Tim. III, 16.
(5) III, 16.

non ullis quidem data est ejus promeritis, sed ex integra plane gratia, propterea que ex munere veluti proprio Spiritus Sancti. Ad rem apposite Augustinus : *Iste modus*, inquit, *quo est natus Christus de Spiritu Sancto, insinuat nobis gratiam Dei, qua homo nullis præcedentibus meritis, in ipso primo exordio naturæ suæ quo esse cœpit, Verbo Dei copularetur in tantam personæ unitatem, ut idem ipse esset Filius Dei qui Filius hominis, et Filius hominis qui Filius Dei* (1). Divini autem Spiritus operâ non solum conceptio Christi effecta est, sed ejus quoque sanctificatio animæ, quæ *unctio* in sacris libris nominatur (2) : atque adeo omnis ejus actio *præsente Spiritu peragebatur* (3), præcipueque sacrificium sui : *Per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo* (4). — Ista qui perpenderit, nihil erit ei mirum quod charismata omnia almi Spiritus in animam Christi affluxerint. Namque in ipso copia insedit gratiæ singulariter plena, quanto maximo videlicet modo atque efficacitate haberi possit ; in ipso omnes sapientiæ scientiæque thesauri, gratiæ gratis datæ, virtutes, donaque omnino omnia quæ tum Isaiæ oraculis nunciata (5), tum significata sunt admirabili ea columba ad Jordanem, quum eas aquas suo Christus baptismate ad sacramentum novum consecravit. Quo loco illa ejusdem Augustini recte conveniunt : *Absurdissimum est dicere quod Christus, quum jam triginta esset annorum, accepit Spiritum Sanctum, sed venit ad baptismum, sicut sine peccato, ita non sine Spiritu Sancto. Tunc ergo,* scilicet in baptismate, *corpus suum, idest Ecclesiam, præfigurari dignatus est, in qua præcipue baptizati accipiunt Spiritum Sanctum* (6). Itaque Spiritus Sancti et præsentiâ conspicua super Christum et virtute intima in anima ejus, duplex ejusdem Spiritus præsignificatur missio, ea nimirum quæ in Ecclesia manifesto patet, et ea quæ in animis justorum secreto illapsu exercetur.

Ecclesia, quæ jam concepta, ex latere ipso secundi Adami, velut in cruce dormientis, orta erat, sese in lucem hominum

---

(1) *Enchir.* c. XXXX. — S. Th. 3ª , q. XXXII, a. 1.
(2) Actor. X, 38.
(3) S. Basil. *de Sp. S.* c. XVI.
(4) Hebr. IX, 14.
(5) IV, 1 ; XI, 2, 3.
(6) *De Trin.* L. XV, c. 26.

insigni modo primitus dedit die celeberrima Pentecostes. Ipsâque die beneficia sua Spiritus Sanctus in mystico Christi corpore prodere cœpit, ea mira effusione quam Joel propheta jampridem viderat (1) : nam Paraclitus *sedit super Apostolos ut novæ coronæ spirituales per linguas igneas imponerentur capiti illorum* (2). Tum vero Apostoli *de monte descenderunt*, ut Chrysostomus scribit, *non tabulas lapideas in manibus portantes, sicut Moyses, sed Spiritum in mente circumferentes, et thesaurum quemdam ac fontem dogmatum et charismatum effundentes* (3). — Ita plane eveniebat illud extremum Christi ad Apostolos suos promissum de Spiritu Sancto mittendo, qui doctrinæ, ipso afflante, traditæ completurus ipse esset et quodammodo obsignaturus depositum : *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo ; quum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem* (4). Hic enim qui Spiritus est veritatis, utpote simul a Patre, qui verum æternum est, simul a Filio, qui veritas est substantialis, procedens, haurit ab utroque unâ cum essentia omnem veritatis quanta est amplitudinem : quam quidem veritatem impertit ac largitur Ecclesiæ, auxilio præsentissimo providens ut ipsa ne ulli unquam errori obnoxia sit, utque divinæ doctrinæ germina alere copiosius in dies possit et frugifera præstare ad populorum salutem. Et quoniam populorum salus, ad quam nata est Ecclesia, plane postulat ut hæc munus idem in perpetuitatem temporum persequatur, perennis idcirco vita atque virtus a Spiritu Sancto suppetit, quæ Ecclesiam conservat augetque : *Ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis* (5). Ab ipso namque episcopi constituuntur, quorum ministerio non modo filii generantur, sed etiam patres, sacerdotes videlicet, ad eam regendam enutriendamque eodem sanguine quo est a Christo redempta : *Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo* (6). Utrique

(1) II, 28, 29.
(2) Cyr. hierosol. *catech.* 17.
(3) *In Matth. hom.* 1, — II Cor. III, 3.
(4) Joann. XVI, 12, 13.
(5) *Ib.* XIV, 16, 17.
(6) Act. XX, 28.

autem, episcopi et sacerdotes, insigni Spiritus munere id habent ut peccata pro potestate deleant, secundum illud Christi ad Apostolos : *Accipite Spiritum Sanctum ; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt* (1). Porro Ecclesiam opus esse plane divinum, alio nullo argumento præclarius constat quam charismatum quibus undique illa ornatur splendore et gloria ; auctore nimirum et datore Spiritu Sancto. Atque hoc affirmare sufficiat, quod quum Christus caput sit Ecclesiæ, Spiritus Sanctus sit ejus anima : *Quod est in corpore nostro anima, id est Spiritus Sanctus in corpore Christi, quod est Ecclesia* (2). — Quæ ita quum sint, nequaquam comminisci et expectare licet aliam ullam ampliorem uberioremque *divini Spiritus manifestationem et ostensionem :* quæ enim nunc in Ecclesia habetur, maxima sane est, eaque tamdiu manebit quoad Ecclesiæ contingat ut, militiæ emensa stadium, ad triumphantium in cælesti societate lætitiam educatur.

Quantum vero et quo modo Spiritus Sanctus in animis singulorum agat, id non minus admirabile est, quamquam intellectu paulo est difficilius, eo etiam quia omnem intuitum fugiat oculorum. — Hæc pariter Spiritus effusio tantæ est copiæ, ut Christus ipse, cujus de munere proficiscitur, abundantissimo amni similem dixerit, prout est apud Joannem : *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ :* cui testimonio idem Evangelista explanationem subjicit : *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum* (3). Certum quidem est, in ipsis etiam hominibus justis qui ante Christum fuerunt, insedisse per gratiam Spiritum Sanctum, quemadmodum de prophetis, de Zacharia, de Joanne Baptista, de Simeone et Anna scriptum accepimus ; quippe in Pentecoste non ita se Spiritus Sanctus tribuit, *ut tunc primum esse sanctorum inhabitator inciperet, sed ut copiosius inundaret, cumulans sua dona, non inchoans, nec ideo novus opere, quia ditior largitate* (4). Verum, si et illi in filiis Dei numerabantur, conditione tamen perinde erant ac servi, quia

(1) Joann. XX, 22, 23.
(2) S. Aug. *serm.* CLXXXVII *de temp.*
(3) VII, 38, 39.
(4) S. Leo M. *hom.* III *de Pentec.*

etiam filius *nihil differt a servo,* quousque est *sub tutoribus et actoribus* (1) : ac, præter quam quod justitia in illis non erat nisi ex Christi meritis adventuri, communicatio Spiritus Sancti post Christum facta multo est copiosior, propemodum ut arram pretio vincit res pacta, atque ut imagini longe præstat veritas. Hoc propterea affirmavit Joannes : *Nondum erat Spiritus datus, qaia Jesus nondum erat glorificatus* (2). Statim igitur ut Christus, *ascendens in altum*, regni sui gloria tam laboriose parta potitus est, divitias Spiritus Sancti munifice reclusit, *dedit dona hominibus* (3) : Nam, *certa illa Spiritus Sancti datio vel missio post clarificationem Christi futura erat qualis nunquam antea fuerat, neque enim antea nulla fuerat, sed talis non fuerat* (4). Siquidem natura humana necessario serva est Dei : *Creatura serva est, servi nos Dei sumus secundum naturam* (5) : quin etiam ob communem noxam natura nostra omnis in id vitium dedecusque prolapsa est, ut præterea infensi Deo extiterimus : *Eramus natura filii iræ* (6). Tali nos a ruina exitioque sempiterno nulla usquam vis tanta erat quæ posset erigere et vindicare. Id vero Deus, humanæ naturæ conditor, summe misericors præstitit per Unigenam suum : cujus beneficio factum, ut homo in gradum nobilitatemque, unde exciderat, cum donorum locupletiore ornatu sit restitutus. Eloqui nemo potest quale sit opus istud divinæ gratiæ in animis hominum ; qui propterea luculenter tum in sacris litteris tum apud Ecclesiæ patres, et regenerati et creaturæ novæ et consortes divinæ naturæ et filii Dei et deifici similibusque laudibus appellantur. — Jamvero tam ampla bona non sine causa debentur quasi propria Spiritui. Ipse enim est *Spiritus adoptionis filiorum, in quo clamamus : Abba, Pater ;* idemque paterni amoris suavitate corda perfundit : *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii Dei* (7). Cui rei declarandæ opportune cadit ea, quam Angelicus

(1) Gal. IV, 1, 2.
(2) VII, 39.
(3) Eph. IV, 8.
(4) S. Aug. *de Trin.* L. IV, c. 20.
(5) S. Cyr. alex. *Thesaur.* L. V, c. 5.
(6) Eph. II, 3.
(7) Rom. VIII, 15, 16.

perspexit, similitudo inter utramque Spiritus Sancti operam ; quippe per eum ipsum et *Christus est in sanctitate conceptus ut esset Filius Dei naturalis,* et *alii sanctificantur ut sint filii Dei adoptivi* (1). Ita, multo quidem nobilius quam in rerum natura fiat, ab amore oritur spiritualis regeneratio, ab Amore scilicet increato.

Hujus regenerationis et renovationis initia sunt homini per baptisma : in quo sacramento, spiritu immundo ab anima depulso, illabitur primum Spiritus Sanctus, eamque similem sibi facit : *Quod natum est ex Spiritu, spiritus est* (2). Uberiusque per sacram confirmationem, ad constantiam et robur christianæ vitæ, sese dono dat idem Spiritus ; a quo nimirum fuit victoria martyrum et virginum de illecebris corruptelarum triumphus. Sese, inquimus, dono dat Spiritus Sanctus : *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis* (3). Ipse enimvero non modo affert nobis divina munera, sed eorumdem est auctor, atque etiam munus ipse est supremum ; qui a mutuo Patris Filiique amore procedens, jure habetur et nuncupatur *altissimi donum Dei.* — Cujus doni natura et vis quo illustrius pateat, revocare oportet ea quæ in divinis litteris tradita sacri doctores explicaverunt, Deum videlicet adesse rebus omnibus in eisque esse, *per potentiam, in quantum omnia ejus potestati subduntur ; per præsentiam, in quantum omnia nuda sunt et aperta oculis ejus ; per essentiam, in quantum adest omnibus, ut causa essendi* (4). At vero in homine est Deus non tantummodo ut in rebus, sed eo amplius cognoscitur ab ipso et diligitur ; quum vel duce natura bonum sponte amemus, cupiamus, conquiramus. Præterea Deus ex gratia insidet animæ justæ tamquam in templo, modo penitus intimo et singulari ; ex quo etiam sequitur ea necessitudo caritatis, qua Deo adhæret anima conjunctissime, plus quam amico amicus possit benevolenti maxime et dilecto, eoque plene suaviterque fruitur. — Hæc autem mira conjunctio, quæ suo nomine *inhabitatio* dicitur,

(1) S. Th. 3ª, *q.* XXXII, a. 1.
(2) Joann. III, 7.
(3) Rom. V, 5.
(4) S. Th. 1ª, *q.* VIII, *a.* 3.

conditione tantum seu statu ab ea discrepans qua cælites Deus beando complectitur, tametsi verissime efficitur præsenti totius Trinitatis numine, *ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus* (1), attamen de Spiritu Sancto tamquam peculiaris prædicatur. Siquidem divinæ et potentiæ et sapientiæ vel in homine improbo apparent vestigia; caritatis, quæ propria Spiritus veluti nota est, alius nemo nisi justus est particeps. Atque illud cum re cohæret, eumdem Spiritum nominari Sanctum, ideo etiam quod ipse, primus summusque Amor, animos moveat agatque ad sanctitatem, quæ demum amore in Deum continetur. Quapropter Apostolus quum justos appellat templum Dei, tales non expresse Patris aut Filii appellat, sed Spiritus Sancti : *An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo* (2) ? — Inhabitantem in animis piis Spiritum Sanctum ubertas munerum cælestium multis modis consequitur. Nam, quæ est Aquinatis doctrina, *Quum Spiritus Sanctus procedat ut amor, procedit in ratione doni primi; unde dicit Augustinus, quod per donum quod est Spiritus Sanctus, multa propria dona dividuntur membris Christi* (3). In his autem muneribus sunt arcanæ illæ admonitiones invitationesque, quæ instinctu Sancti Spiritus identidem in mentibus animisque excitantur ; quæ si desint, neque initium viæ bonæ habetur, neque progressiones, neque exitus salutis æternæ. Et quoniam hujusmodi voces et motiones occulte admodum in animis fiunt, apte in sacris paginis similes nonnunquam habentur venientis auræ sibilo ; easque Doctor Angelicus scite confert motibus cordis, cujus tota vis est in animante perabdita : *Cor habet quamdam influentiam occultam, et ideo cordi comparatur Spiritus Sanctus, qui invisibiliter Ecclesiam vivificat et unit* (4). — Hoc amplius, homini justo, vitam scilicet viventi divinæ gratiæ et per congruas virtutes tamquam facultates agenti, opus plane est septenis illis quæ proprie dicuntur Spiritus Sancti donis. Horum enim beneficio instruitur animus et munitur ut ejus vocibus atque impulsioni facilius promptiusque obsequatur ; hæc propterea dona

(1) Joan. XIV, 23.
(2) I Cor. VI, 19.
(3) *Summ. th.* 1ª, *q.* XXXVIII, *a.* 2. — S. Aug. *de Trin.* L. XV, c. 19.
(4) *Summ. th.* 3ª, *q.* VIII, *a.* 1 *ad.* 3.

tantæ sunt efficacitatis ut eum ad fastigium sanctimoniæ adducant, tantæque excellentiæ ut in cælesti regno eadem, quamquam perfectius, perseverent. Ipsorumque ope charismatum provocatur animus et effertur ad appetendas adipiscendasque beatitudines evangelicas quæ, perinde ac flores verno tempore erumpentes, indices ac nunciæ sunt beatitatis perpetuo mansuræ. Felices denique sunt fructus ii, ab Apostolo enumerati (1), quos hominibus justis in hac etiam caduca vita Spiritus parit et exhibet, omni refertos dulcedine et gaudio ; cujusmodi esse debent a Spiritu, *qui est in Trinitate genitoris genitique suavitas, ingenti largitate atque ubertate perfundens omnes creaturas* (2). — Itaque divinus Spiritus in æterno sanctitatis lumine a Patre et a Verbo procedens, amor idem et donum, postquam se per velamen imaginum in testamento veteri exhibuit, plenam sui copiam effudit in Christum in ejusque corpus mysticum, quæ est Ecclesia ; atque homines in pravitatem et corruptelam abeuntes præsentiâ et gratia sua tam salutariter revocavit, ut jam non de terra terreni, longe alia saperent et vellent, quasi de cælo cælestes.

Hæc omnia quum tanta sint, quumque Spiritus Sancti bonitatem in nos immensam luculenter declarent, omnino postulant a nobis, ut obsequii pietatisque studium in eum quam maxime intendamus. Id autem christiani homines recte optimeque efficient, si eumdem certaverint majore quotidie cura et noscere et amare et exorare : cujus rei gratiâ sit hæc ad ipsos, prout sponte fluit paterno ex animo, cohortatio. — Fortasse ne hodie quidem in eis desunt, qui similiter rogati ut quidam olim a Paulo apostolo, accepcrintne Spiritum Sanctum, respondeant similiter : *Sed neque si Spiritus Sanctus est, audivimus* (3). Sin minus, multi certe in ejus cognitione valde deficiunt ; cujus quidem crebro usurpant nomen in religiosis actibus exercendis, sed ea fide quæ crassis tenebris circumfusa est. Quapropter quotquot sunt sacri concionatores curatoresque animarum hoc meminerint esse suum, ut quæ ad Spiritum Sanctum pertinent

(1) Gal. V, 22.
(2) S. Aug. *de Trin.* L. VI, c. 9.
(3) Act. XIX, 2.

diligentibus atque uberius populo tradant; sic tamen ut difficiles subtilesque absint controversiæ, et prava eorum stultitia devitetur qui omnia etiam arcana divina temere conantur perscrutari. Illud potius commemorandum enucleateque explanandum est, quam multa et magna beneficia ab hoc largitore divino et manaverint ad nos et manare non desinant; ut vel error vel ignoratio tantarum rerum, *lucis filiis* indigna, prorsus depellatur. Hoc autem propterea urgemus, non modo quia id attingit mysterium quo ad vitam æternam proxime dirigimur, ob eamque rem firme credendum; verum etiam quia bonum quo clarius pleniusque habetur cognitum, eo impensius diligitur et amatur. — Nempe Spiritui Sancto, quod alterum præstandum esse monuimus, debetur amor, quia Deus est: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua et ex tota fortitudine tua* (1). Amandusque idem est, quippe substantialis, æternus, primus amor; amore autem nihil est amabilius: multoque id magis quia summis ipse nos cumulavit beneficiis, quæ ut largientis benevolentiam testantur, ita gratum animum accipientis reposcunt. Qui amor duplicem habet utilitatem neque eam exiguam. Nam tum ad illustriorem in dies notitiam de Spiritu Sancto capiendam nos exacuet; *Amans* enim, ut Angelicus ait, *non est contentus superficiali apprehensione amati, sed nititur singula quæ ad amatum pertinent intrinsecus disquirere, et sic ad interiora ejus ingreditur, sicut de Spiritu Sancto, qui est amor Dei, dicitur quod scrutatur etiam profunda Dei* (2): tum cælestium donorum copiam nobis conciliabit largiorem, eo quod donantis manum ut angustus animus contrahit, ita gratus et memor dilatat. Curandum tamen magnopere ut iste amor ejusmodi sit qui non in cogitatione arida externoque obsequio subsistat, sed ad agendum prosiliat, refugiat maxime a culpa; quum hæc Spiritui Sancto, peculiari quodam nomine, accidat injuriosior. Quanticumque enim sumus, tanti sumus ex bonitate divina; quæ idem Spiritui præsertim adscribitur: hunc benigne sibi facientem is offendit qui peccat, quique ipsis ejus abusus muneribus et bonitati confisus, quotidie

(1) Deut. VI, 5.
(2) I Cor. II. 10. — *Summ. Th.* 1ª 2ª, *q.* XXVIII, *a.* 2.

magis insolescit. — Ad hæc, quum veritatis ille sit Spiritus, si qui ex infirmitate aut inscitia deliquerit, forsitan excusationis aliquid apud Deum habeat ; at qui per malitiam veritati repugnet ab eaque se avertat, in Spiritum Sanctum peccat gravissime. Quod quidem ætate nostra increbuit adeo, ut deterrima ea tempora advenisse videantur a Paulo prænunciata, quibus homines justissimo Dei judicio obcæcati, falsa pro veris habituri sint, et *hujus mundi principi,* qui mendax est et mendacii pater, tamquam veritatis magistro credituri ; *Mittet illis Deus operationem erroris ut credant mendacio* (1) : *in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis dæmoniorum* (2) Quoniam vero Spiritus Sanctus in nobis, ut supra monuimus, quasi suo quodam in templo habitat, suadendum est illud Apostoli : *Nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis* (3). Idque ipsum non satis est, indigna omnia defugere, sed omni virtutum laude christianus homo nitere debet, ut hospiti tam magno tamque benigno placeat, castimonia in primis et sanctitudine ; casta enim et sancta addecent templum. Hinc idem Apostolus : *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis ? Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus ; templum enim Dei sanctum est, quod estis vos* (4) : formidolosæ eæ quidem, sed perquam justæ minæ. — Postremo, Spiritum Sanctum exorari et obsecrari oportet, quippe cujus præsidio adjumentisque nemo unus non egeat maxime. Ut enim quisque est inops consilii, viribus infirmus, ærumnis pressus, pronus in vetitum, ita ad eum confugere debet qui luminis, fortitudinis, consolationis, sanctitatis fons patet perennis. Atque illa homini in primis necessaria, admissorum venia, ab eo potissimum expetenda est : *Spiritus Sancti proprium est quod sit donum Patris et Filii ; remissio autem peccatorum fit per Spiritum Sanctum, tamquam per donum Dei* (5) : de quo Spiritu apertius habetur in ordine rituali : *Ipse est*

---

(1) II Thess. II, 10.
(2) I Tim. IV, 1.
(3) Eph. IV, 30.
(4) I Cor. III, 16, 17.
(5) *Summ. th.* 3ª, *q.* III, *a.* 3 *ad* 3ᵐ.

remissio omnium peccatorum (1). — Quanam vero ratione sit exorandus, perapte docet Ecclesia, quæ supplex eum compellat et obtestatur suavissimis quibusque nominibus : *Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium : consolator optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium :* eumdemque enixe implorat ut eluat, ut sanet, ut irriget mentes atque corda, detque confidentibus et *virtutis meritum* et *salutis exitum* et *perenne gaudium*. Nec dubitare ullo pacto licet an hujusmodi preces auditurus ille sit, quo auctore scriptum legimus : *Ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus* (2). Demum hoc est fidenter assidueque supplicandum, ut nos quotidie magis et luce sua illustret et caritatis suæ quasi facibus incendat ; sic enim fide et amore freti acriter enitamur ad præmia sempiterna, quoniam ipse *est pignus hereditatis nostræ* (3).

Habetis, Venerabiles Fratres, quæ ad fovendum Spiritus Sancti cultum monendo hortandoque placuit edicere : minimeque dubitamus, quin ope præsertim navitatis sollertiæque vestræ præclaros in christiano populo sint fructus latura. Nostra quidem tantæ huic rei persequendæ nulla unquam defutura est opera, atque etiam consilium est ut, quibus subinde modis videbitur opportunius, idem pietatis studium tam præstabile alamus et provehamus. Interea, quoniam biennio ante, datis litteris *Provida matris,* peculiares preces, easque ad maturandum christianæ unitatis bonum, in sollemnibus Pentecostes catholicis commendavimus, libet de hoc ipso capite ampliora quædam decernere. Decernimus igitur et mandamus ut per orbem catholicum universum, hoc anno itemque annis in perpetuum consequentibus, supplicatio novendialis ante Pentecosten, in omnibus curialibus templis et, si Ordinarii locorum utile judicarint, in aliis etiam templis sacrariisve fiat. Omnibus autem qui eidem novendiali supplicationi interfuerint, et ad mentem Nostram, rite oraverint, eis annorum septem septemque quadragenarum apud Deum indulgentiam in singulos dies concedimus ; tum plenariam in uno quolibet eorumdem dierum vel festo ipso die Pentecostes, vel etiam quolibet ex octo subsequentibus, modo rite confes-

(1) *In Miss. rom. fer.* III *post Pent.*
(2) Rom. VIII, 26.
(3) Eph. I, 14.

sione abluti sacràque communione refecti ad eamdem mentem Nostram pie supplicaverint. Quibus beneficiis frui pariter eos posse volumus quos publicis illis precibus legitima causa prohibeat, vel ubi non ita commode, secundum Ordinarii prudentiam, in templo res fieri possit ; dum tamen supplicationi novendiali privatim detur opera ceteræque conditiones expleantur. Hoc præterea placet de thesauro Ecclesiæ in perpetuum tribuere, ut si qui vel publice vel privatim preces aliquas ad Spiritum Sanctum pro pietate sua iterum præstent quotidie per octavam Pentecostes ad festum inclusive sanctæ Trinitatis, ceterisque ut supra conditionibus rite satisfecerint, ipsis liceat utramque iterum consequi indulgentiam. Quæ omnia indulgentiæ munera etiam animabus piis igni purgatorio addictis converti in suffragium posse, misericorditer in Domino concedimus.

Jam Nobis mens animusque ad ea revolat vota quæ initio aperuimus ; quorum eventum summis precibus a divino Spiritu flagitamus, flagitabimus. Agite, Venerabiles Fratres, Nostris cum precibus vestras consocietis, vobisque hortatoribus universæ christianæ gentes conjungant suas, adhibita conciliatrice potenti et peraccepta Virgine Beatissima. Quæ ipsi rationes cum Spiritu Sancto intercedant intimæ admirabilesque, probe nostis ; ut Sponsa ejus immaculata merito nominetur. Ipsius deprecatio Virginis multum profecto valuit et ad mysterium Incarnationis et ad ejusdem Paracliti in Apostolorum coronam adventum. Communes igitur preces pergat ipsa suffragio suo benignissima roborare, ut in universitate nationum tam misere laborantium divina rerum prodigia per almum Spiritum feliciter instaurentur, quæ vaticinatione Davidica sunt celebrata : *Emittes Spiritum tuum et creabuntur et renovabis faciem terræ* (1). — Cælestium vero donorum auspicem et benevolentiæ Nostræ testem vobis, Venerabiles Fratres, Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem perámanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die IX Maii anno MDCCCLXXXXVII, Pontificatus Nostri vigesimo.

LEO PP. XIII

(1) Ps. CIII, 30.

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Augusti-Septembris (1)

I

Expone *ad Ephes.* II, 3 : « *Eramus natura filii iræ, sicut et ceteri* ».

II

Enuntiato dogmate Immaculatæ Conceptionis B.M.V. ipsum ex Gen. III, 14, 15 comproba.

III

An et quanta est obligatio reparandi damnum injuste illatum cum culpa veniali ?

IV

Quousque tenetur quis reparare damnum per sua animalia, suos pueros, famulos, alumnos illatum ?

V

Quid est et quandonam generatim intervenit obligatio restituendi in solidum ?

VI

La fabrique peut-elle, sans autorisation préalable, acheter ou vendre des meubles d'église ou des fonds publics ?

---

(1) Quæstioni pro Conferentiis mensis Julii (suprà, p. 308) nº 1 propositæ substituatur sequens :

Compone III Reg. VIII, 13 : *Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum,* cum III Reg. VIII, 27 : *Ergone putandum est quod vere Deus habitet super terram ?* Necnon cum Act. Ap. XVII, 24 : *Deus... non in manufactis templis habitat.*

Responsa

ad quæstiones in conferentiis mensis Maii 1897 propositas

—

I

Q. An et quare licitum fuit matrimonium Salomonis cum filia Pharaonis? III Reg. III, 1. Cf. XI, 1, 2.

R. « Deut. VII, 3 (Cf. Exod. XXXIV, 16) prohibet Dominus filiis Israel contrahere matrimonium cum mulieribus alienigenis. Quin etiam infra (III Reg. XI, 1, 2) reprehenditur Salomon, quòd duxisset uxores alienigenas. Meritò ergo *quæritur* utrum Salomon etiam peccaverit ducendo hanc filiam Pharaonis? Causa dubitandi est. Nam mox hoc capite subjungitur v. 4: *Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis David patris sui.* Ac deinde Scriptura initio regni Salomonis vehementer eum commendat; quam commendationem non merebatur, si statim initio regni tam gravi detestabilis conjugii peccato Deum offendisset. Ad hanc igitur quæstionem, salvo meliori judicio, respondendum videtur, Salomonem eatenus non peccasse.

Nam quod Deut. VII, 3 lex prohibet, intelligendum principaliter est de alienigenis habitantibus in terra promissionis: quamvis etiam referatur aliquo modo ad alias nationes, ut patet I Esdræ, IX, 1, 2, sed tamen cum hac exceptione, nisi scilicet alienigenæ illæ mulieres cultum gentilem relinquerent, et unius veri Dei cultum amplecterentur. Et hanc exceptionem etiam ipsa Scriptura exemplis comprobat: Sic enim Moyses duxit Sephoram Madianitidem, Booz Ruth Moabitidem, David Maacha filiam Tholmai regis Gessur; denique

et Salmon duxit Rahab, quæ erat ex terra Chanaan. Sed omnes istæ ad cultum unius Dei conversæ erant. Et similiter omnino verisimile est Salomonem filiam Pharaonis initio regni sui non prius sibi copulasse, quàm illa verum Dei cultum suscipere parata esset. Quod quia in aliis fœminis alienigenis postea non observavit, idcirco scilicet postea gravissime reprehenditur » Estius. Cf. comment. nostr. in Exod. XXXIV, 16.

Cum tamen infra XI, 1, 2 filia Pharaonis connumeretur inter mulieres alienigenas propter quarum connubium Salomon a Deo reprehenditur, dicendum videtur ipsam, Hebræorum religionem prius sive ex animo, sive simulate amplexam, postea tamen, cum ad thalamum et regium nomen advocari vidit tot alias peregrinæ religionis feminas, animo mutato aut larva deposita, patriam religionem rursum professam esse, ac præter cæteras plurimum contulisse ad flagitia et lapsum Salomonis novissimis annis illius. « Quare etiam propter ipsam hic arguitur Salomon, non minus quam propter alias idololatrides: nam sicut has assumere non poterat, lege id severe vetante, ita neque istam in conjugali consortio retinere, quàm primum rescivit ipsam publicè alienam ab Hebræorum religione mentem prodidisse » Tirinus.

G. V. D. P.

II

Q. Demonstra protoparentes immediate a Deo creatos esse, totumque genus humanum ex Adamo originem ducere.

R. Bipartita quæstio est. In priori parte affirmatur protoparentes nostros immediate a Deo creatos esse. In posteriori vero totum genus humanum ex protoparentibus nostris, Adamo et Eva, originem ducere.

I. Probatur prior pars. *Protoparentes nostri*

immediate a Deo creati sunt, et hoc tum quoad corpus, tum quoad animam ; quoad corpus quidem ex materia præjacente, quoad animam verò ex nihilo.

Hæc prior pars probatur ex Gen. I, 26 et seqq. cum Gen. II, 5, 7, 18, 20, 21, 22, 23 ; et confirmatur Sap. VII, 1 ; Eccli. XVII, 1, 5 ; I Cor. XI, 8 ; 1 Tim. II, 13. Ita enim habet Gen. : « *Et ait* (Deus) : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et præsit piscibus maris, et volatilibus cœli, et bestiis, universæque terræ, omnique reptili, quod movetur in terra. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam ; ad imaginem Dei creavit illum, masculum et fœminam creavit eos. Benedixitque illis Deus et ait : Crescite et multiplicamini, et replete terram, et subjicite eam, et dominamini piscibus maris, et volatilibus cœli, et universis animantibus, quæ moventur super terram* » (I, 26-28). « *Et homo non erat qui operaretur terram... Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem... Dixit quoque Dominus Deus : Non est bonum esse hominem solum : faciamus ei adjutorium simile sibi... Adæ vero non inveniebatur adjutor similis ejus... Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam : cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea. Et ædificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem : et adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam : Hoc nunc, os ex ossibus meis, et caro de carne mea : hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est* » (II, 5, 7, 18, 20, 21, 22, 23) (1).

Ex his verbis sequenti modo ratiocinamur :

(1) Loca Sæ Scripturæ confirmantia nostram propositionem sic habent: « *Sum quidem et ego mortalis homo, similis omnibus, et ex genere terreni illius, qui prior factus est* » (Sap. VII, 1). — « *Deus creavit de terra hominem et secundum imaginem suam fecit illum* » (Eccli. XVII, 1). — « *Creavit ex ipso adjutorium simile sibi* » (Ibid. vu 5). — « *Non enim vir ex muliere, sed mulier ex viro* » (I Cor. XI, 8). — « *Adam enim primus formatus est, deinde Eva* » (I Tim. II, 13).

A. *Generatim :* Homo tum quoad corpus tum quoad animam immediate a Deo productus est.

Juxta sanas hermeneuticæ regulas verba Sæ Scripturæ litteraliter sunt sumenda nisi quid obstet in contrarium.

Atqui verba Geneseos, prout jacent, nobis referunt immediatam productionem hominis a Deo tum quoad corpus tum quoad animam.

Etenim 1° neque in subjecta materia, neque in contextu, neque ubivis, vel minimum habetur quod obstet in contrarium ; 2° immo verba Adami Evam aspicientis : « *Hoc nunc, os ex ossibus meis et caro de carne mea,* etc. » nullum sensum haberent si verba narrationis Geneseos litteraliter non sumerentur.

Ergo litteraliter sumenda sunt verba Geneseos et affirmanda immediata hominis creatio a Deo tum quoad corpus tum quoad animam.

B. *Speciatim pro anima :* Anima primi hominis immediate a Deo creata est.

Hæc propositio et est de fide et probatur certa ex sola ratione.

Nam 1° legitur in Gen. II, 7 : « Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ et factus est homo in animam viventem ».

Hæc verba clare affirmant Deum inspirasse, absque ullo intermedio, in corpus hominis spiraculum, quod vocatur spiraculum *vitæ,* et quod effecit ut homo fuerit *anima vivens.*

Jamvero spiraculum vitæ quod unione sua cum corpore hominem efficit animam viventem est præcise hominis anima.

Ergo Deus inspiravit in faciem primi hominis, et quidem immediate, animam.

2° In Gen. I, 27 : « Et *creavit* Deus hominem ad imaginem suam ; ad imaginem Dei *creavit* illum, mascu-

lum et feminam *creavit* eos, » repetit auctor sacer usque ter vocem hebraïcam *bârâ'*. Jamvero demonstrant interpretes et theologi vocem *bara'*, in forma Kal aut Niphal adhibitam, semper in Sª Scriptura significare *creationem ex nihilo*. Atqui homo, quoad corpus, non fuit ex nihilo productus. Restat ut saltem quoad animam creatione ex nihilo a Deo immediate fuerit productus.

3º Uti in philosophia demonstratur a) anima hominis est substantia non modo simplex sed et spiritualis, in esse suo a materia plane independens. Ex quo immediate sequitur animam nullatenus posse produci ex elemento quodam materiali. « Si enim anima produce-« retur ex elemento materiali hoc fieret vel per abscis-« sionem vel per efficientiam alicujus virtutis hujus « elementi. Atqui neutrum admitti potest: Non primum, « quia illud quod a materia abscinditur et ipsum neces-« sario est materia et quantitate affecta; non secundum, « nam quod e potentia materiæ educitur, seu ex materia « fit, non potest penitus conditiones materiæ transcen-« dere et quoad suam existentiam esse independens a « materia ; anima autem nec est materialis, nec a mate-« ria dependens. Ergo non potest produci ex elemento « quodam materiali (1). » Ad rem Sus Thomas (S. Th., p. 1ª, q. 118, c. 2). « Impossibile est virtutem activam, « quæ est in materia, extendere suam actionem ad « producendum immaterialem effectum. Manifestum est « autem, quod principium intellectivum in homine est « principium transcendens materiam; habet enim opera-« tionem, in qua non communicat corpus. Et ideo « impossibile est quod virtus, quæ est in semine *(materia)*, « sit productiva intellectivi principii. Ponere animam « intellectivam a generante causari, nihil est aliud quam « ponere eam non subsistentem, et per consequens « corrumpi cum corpore. » b) Quod autem anima primi hominis non potuerit produci ex alia quadam substantia

(1) Lambrecht, *De Deo Creatore*, Gandavi, 1893, p. 573.

spirituali evidens est ex hoc quod « tantopere repu-
« gnat animam decerpi et veluti desecari ex substantia
« quadam simplice et immateriali quantopere rationi
« contradicit ut aliquid partibus carens in particulas
« discerpatur et dilaceretur (1). »

C. *Speciatim pro corpore:* Corpora primorum hominum Adami et Evæ immediate a Deo, ex materia tamen præjacente, effecta sunt.

Hæc propositio, juxta quosdam est de fide, et juxta communiorem sententiam, saltem est *certa* ex inspecto sacro textu. Sunt quidem auctores catholici, inter quos eminet G. Mivart (*Genesis of species,* 277 ; *Lessons of nature,* 1876, p. 177 ; *Dublin review,* 1872. Jan.) qui contendunt admitti posse, juxta principia rationis et revelationis, successivam quamdam inter varias species animalium evolutionem, quæ pro termino ultimo habuisset corpus humanum, ita tamen ut ultimus gradus perfectionis, seu esse corporis humani, non sit tribuendum evolutioni sed infusioni animæ spiritualis immediate a Deo peractæ.

Hæc sententia, uti diximus, falsa est.

Nam, præterquam quod hic apprime valet argumentum generale datum sub A, notari potest: 1° Sicuti Gen. II, 9 : « Produxit Dominus Deus *de humo* omne lignum » causa materialis *immediata,* non remota significatur, ita etiam eodem capite II, v^a 7 : « Formavit Dominus Deus hominem *de limo* terræ. »

2° In secundo inciso versus 7^i cap. II : « Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ », vox *inspiravit,* adversariis catholicis fatentibus, intelligi debet de *immediata* operatione Dei, qua auctor fuit animæ ; quare ergo vox *formavit* in primo inciso ejusdem versus, non intelligi debet de actione Dei *immediata,* qua auctor fuit corporis ?

3° Nemo negabit Evæ productionem describi *imme-*

(1) JUNGMANN, *De Deo Creatore,* Ratisbonæ, 1875, p. 177, seu parte 2ª, cap. I, a. 3°, n° 216.

diatam cap. II, 21 et seqq. Atqui sicut ipsa dicitur *de viro sumpta*, ita prorsus eodem modo Adamus dicitur *de limo terræ* formatus (II, 7) et *de terra sumptus* (III, 19). Ergo nomine *limi* et *terræ* designatur causa materialis *immediata* corporis Adami, sicuti nomine *viri* designatur causa materialis *immediata* corporis Evæ.

4° Ipsum nomen *Adami* significare videtur *immediatam* hominis ex limo productionem. Ideo enim dictus est Adam, quod ex *'adâmâh* (limo terræ) sit productus ; sicuti Eva dicta est « virago quoniam de viro sumpta est » scilicet immediate.

5° Adam, Gen. II, 19-20, adductis coram se omnibus animantibus, non invenit *adjutorem similem sibi ;* sed visa Eva prorupit in hæc verba : *Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea.* Quomodo hæc fuissent possibilia si ipse Adam fuisset, ut affirmat hæc theoria quam impugnamus, os de ossibus et caro de carne bruti ?

6° In Gen. III, 19 homo dicitur in terram reversurus, de qua sumptus est. Videtur indicari hominem in terram reversurum eo modo quo de terra sumptus fuit. Jamvero non revertitur homo in terram per innumeras formas ordinis animalis. Ergo nec per innumeras formas ex terra demum formatus est in hominem. Cfr. Eccli XVII, 1, 2 ; XXXIII, 10 et Eccle. XII, 7.

7° Denique hæc opinio videtur solemniter damnari in Conc. Coloniensi tit. 4, c. 14 : « Primi parentes a Deo immediate conditi sunt. Itaque Scripturæ S^æ fideique plane adversantem illorum declaramus sententiam, qui asserere non verentur, spontanea naturæ imperfectioris in perfectiorem continuo ultimoque humanam hanc immutatione hominem, si *corpus* quidem spectes, prodiisse. » Hinc etiam inaudita in universa christiana antiquitate, quæ illam et diserte et æquivalenter nunquam non respuit.

II. PROBATUR POSTERIOR PARS. *Totum genus humanum ex protoparentibus nostris, Adamo et Eva, originem ducit.*

Hæc propositio, quae *de fide* est, probatur.

A. Ex Sª Scriptura : 1º In Gen. I, II et III, dicitur a) cæteris omnibus creatis, (ante creationem Adami scilicet), nondum fuisse hominem ; *ideoque* Deum formasse hominem (cfr. Gen. II, 5) ; et etiam, ante creationem Evæ, Adamo non fuisse adjutorem similem ejus (cfr. Gen. II, 20) ; et hinc Deum dixisse : « Non est bonum esse hominem solum : faciamus ei adjutorium simile sibi » (Gen. II, 18) ; et *ideo* Adamo immisisse soporem et Evam condidisse (Gen. II, 21) ; b) Deum eumque solum formasse hominem ; et hoc ita exprimitur in textu hebraïco et in textu græco ut vox *hominem* construatur cum articulo (I, 27 : « Creavit Deus hominem *hâ 'âdâm,* τὸν ἄνθρωπον » et II, 6 : « Formavit igitur Dominus Deus hominem *hâ 'âdâm,* τὸν ἄνθρωπον »), adeoque ut ibi exprimatur non aliqualem hominem fuisse creatum sed ipsum hominem seu ipsam naturam humanam ; c) Deum benedixisse Adamo et Evæ ut multiplicarentur et terram implerent (Gen. I, 28) ; d) ab ipso Adamo mulierem nominatam fuisse Evam, « *eo quod mater esset omnium viventium* » (Gen. III, 20). e) Adde Gen. V, narrari generatos fuisse ab Adamo et Eva filios et filias ; enumerarique juxta præcipuas familias Adæ successionem ; et post hoc (Gen. VI, 1) dici *homines cœpisse multiplicari super terram.* Quæ omnia nullum sensum habent nisi dicatur Adamum et Evam parentes esse totius generis humani.

2º In aliis pluribus Sæ Scripturæ locis hæc eadem veritas affirmatur, uti v. gr. Eccli XVII ; XL, 1 ; Sap. VII, 1 ; X, 1 ; Matth. XIX, 4 ; Act. Ap. XVII, 24 et seqq. (præsertim v. 26).

3º Eadem veritas colligitur ex dogmate catholico de peccato originali, secundum quod *omnes* homines nascuntur originali peccato infecti, mortique obnoxii, eo quod ex eodem stipite et capite, ex Adamo, naturam peccato infectam trahunt. Cfr Rom. V, 12 et seqq. coll. 1 Cor. V, 21.

B. Ex Ratione. Non tantum disciplinæ naturales

non demonstrant repugnantiam originis tot diversarum gentium ab uno communi stipite; sed celeberrimi scientiarum naturalium cultores ut Buffon, Cuvier, Linné, Jo. Müller, Owen, Alex. Humboldt, Blumenbach, Reusch, Schubert, Rud. et Andr. Wagner, Quatrefages, Car. Ern. de Baer, Van Beneden etc. etc. ipsas scientias naturales hanc originem ab uno stipite demonstrare aut saltem confirmare affirmant.

« His confirmandis porro inserviunt clarissimorum « virorum : 1° Studia *ethnographica,* quibus communia « populorum vincula naturalia patefiunt, et historicæ « transmigrationum notitiæ, quibus, ex uno fonte gentes « maxime varias esse, ostenditur. 2° Conferunt studia « *physiologica,* quibus novimus, in tanta differentia « hominum, nullam tamen reperiri notam, quæ flagitet « discrimina specifica in humano genere, verum diver- « sitates omnes externis causis commode explicari, « adeoque omnes homines facile ad unam stirpem « revocari. 3° Confirmantur hæc studiis *philologicis,* « quibus docemur, linguas ita esse affines, ut intelligatur « ex uno eas fonte fluxisse. 4° Conferunt his probandis « vetustissimæ populorum *anthropogoniæ et traditiones,* « quæ, quamvis fabulis defiguratæ, expressæ tamen « apparent pleræque ad anthropogoniam Mosaicam. « 5° Conferunt postremo omnia *archæologica* populorum « studia, ex quibus peritissimi quique communem origi- « nem hominum ostendunt. » (Jungmann, De Deo Creatore, Ratisbonæ, 1875, p. 152, seu Parte 2ª, cap. I, art. 1°, n° 184.

V. J. C.

III

Determina quantitatem seu speciem theologicam injustæ diffamationis proximi per actus internos, scilicet judicium, opinionem, suspicionem, dubitationem.

Resp. I. *Judicium* temerarium, seu firmus assensus

in aliquem defectum proximi sine rationibus sufficientibus, est *injuria gravis ex genere suo.*

Injuriam quidem esse constat « primo, quia unusquisque jus habet ad propriam famam retinendam apud alios : ergo sicut peccamus contra justitiam, illam apud alios tollendo per detractionem, sic etiam apud nosmetipsos per judicium temerarium. Secundo, quia hæc judicia pariunt ex se proximi contemptum, impediunt ejus honorem externum, et plura alia commoda, ex quo fit, homines gravissime ferre, quando sciunt se ab aliis temere judicari et condemnari, etiamsi judicium non prodierit in detractionem externam. » Lugo, *de just.* disp. 14, n. 11.

Gravem vero esse ex suo genere hanc injuriam inficiari posses : quia probabiliter deest gravis injuria in injusta criminis revelatione uni viro probo a quo non timetur ulterior divulgatio ; ergo et in judicio temerario, ex quo apud unum tantum fama amittitur. At, concesso antecedente (quamvis communior et probabilior sit sententia opposita), negatur consequentia : nam imponere alicui crimen falsum, indubie est injuria ex genere suo gravis ; atqui judicium temerarium assimilandum est impositioni criminis falsi, non autem veri delicti revelationi.

Ulterius, ut judicium temerarium in actu individuo graviter injuriosum sit, fieri debet 1) circa materiam magni momenti ; 2) erga personam sufficienter determinatam ; 3) cum temeritate notabili ; 4) cum plena deliberatione.

Dicitur 1) *circa materiam magni momenti.* Non dicitur : circa peccatum grave. Nam interdum non sufficit ut de proximo temere judices peccatum grave : « Ut si de milite profano judices velle se vindicare ab eo a quo alapam accepit ; » Interdum e contra peccatum veniale, imo inculpabilis defectus, sufficit ad gravitatem judicii temerarii : « ut si de viro valde religioso et sancto

judices temere, esse ambitiosum vel frequenter mentiri », aut « si de viro primario temere judices esse ignobilem et parentes habuisse infimæ plebis et viles (Lugo, ibid. n. 23). » Similiter interdum alicujus, puta negotiatoris aut magistratus, multo magis interest ne judicetur furtulum commisisse, quam ne judicetur blasphemasse aut missam dominicalem omisisse. Quibus exemplis apparet gravitatem materiæ multum pendere ex qualitate personæ læsæ.

Dicitur 2) *erga personam sufficienter determinatam.* Deest grave peccatum si temere judices aliquod scelus fuisse commissum ab aliquo indeterminate : « Tunc enim nemini in particulari fit injuria gravis atque ideo nemo id graviter feret. Aliud esset si judicares aliquem ex tali conventu religiosorum id fecisse, tunc enim communitas illa et singuli graviter conquererentur, quando crimen in communitatis ipsius dedecus redundare posset, etiamsi ab uno solo commissum fuisset. Similiter si de aliquo a longe veniente, quem non agnoscis, judices aliquod malum grave [puta, esse latronem] absque sufficienti fundamento, non videtur esse injuria gravis : quia quamdiu eum non agnoscis, nec agnoscere potes, ipse non notabiliter ægre feret sinistram opinionem de ipso non cognito habitam. » Lugo, ibid. n. 26. Sed in hoc altero casu et similibus, regulariter aberit omnino temerarium judicium imo et opinio. Sic viator, obviam habens ignotum, sibi cavet, non quia judicat hunc esse latronem, sed quia cavere vult periculum possibile, et ideo propter meram possibilitatem aggressionis practice se gerit ac si alter latro esset : qui modus agendi nihil injuriosi aut illiciti continet. Cfr. S. Thomas, 2-2, q. 60, a. 4 ad 3.

Dicitur 3) *cum temeritate notabili :* v. gr. si judicas firmiter ubi ne opinari quidem prudenter posses.

Dicitur 4) *cum plena deliberatione :* advertendo hinc ad momentum materiæ, se nempe apud seipsum lædere

famam proximi in re gravi, — hinc ad sui judicii temeritatem notabilem, se nempe judicare ex motivis omnino insufficientibus aut insufficienter perpensis.

II. *Opinio, suspicio, dubitatio* temeraria circa proximum generatim sunt tantum peccatum veniale : ob ipsam imperfectionem actus, seu defectum assensus firmi. Attamen interdum, ob materiam gravissimam et temeritatem magnam, pertingere possunt ad mortale, « ut si de sancto homine et perfecto aliquis dubitaret an esset sodomiticus, quia eum semel vidit cum juvene loquentem » (Lugo, ibid. n. 19). Complures quidem auctores antiquiores, quibus favent S. Augustinus (tract. 90 in Jo. n. 2) et S. Thomas (l. c. art. 3), universaliter affirmant tales actus esse tantum venialiter malos. Sed ex his pauci sunt qui clare significent se loqui absolute et non tantum secundum communiter contingentia : quibus paucis antiquioribus paucissimi recentiores accesserunt. Nec tantum extrinsece, verum etiam intrinsece probabilior est sententia quam sequimur. Nam si hi actus sunt imperfecti in genere judicii, non tamen sunt imperfecti, ut supponimus, in genere actus deliberati ; defectus autem firmitatis excessu gravitatis materiæ compensari potest. Ac reipsa vir probus non minus ægre feret alterum de ipso opinari, vel et suspicari, gravissimum scelus, quam judicare delictum multo minus. — Cæterum, etiam in sententia nostra, quum solum in extraordinario casu constare possit de gravitate temerariæ opinionis ac præsertim suspicionis aut dubitationis, confessarius, per modum regulæ practicæ, recte judicabit tales actus non esse graviter malos. Ideo multum interest ut *discernat* firma judicia temeraria a cæteris actibus. Id quidem vix deteget ex ipsis verbis pœnitentis, nam fideles solent tales actus confuse confiteri sub uno nomine malæ suspicionis (qui modus loquendi invenitur etiam apud theologos et ipsum S. Thomam, l. c. art. 3) ; sed usui

erit regula data a Wiggers, in 2-2, tr. 6, c. 1, n. 24 (post Cajetanum, ad q. 60, a. 3) : « Si quis assentiatur sic ut rogatus responderet *se ita putare, tamen posse se falli, neque habere pro certo,* tunc censebitur tantum suspicio : si autem sic assentiatur ut responderet *se habere illud pro re moraliter certa,* aut *se non dubitare,* tunc censebitur judicium. » Præter hoc discrimen assensus firmi et infirmi, ad practicum judicium de peccati gravitate juvabit consideratio *originis* judiciorum aut suspicionum circa proximum. Si nempe pœnitens erga quemdam male afficitur, eumque odio et invidia prosequitur, facile peccabit graviter judicio temerario, perversa voluntate impellente intellectum ad judicandum ex indiciis prorsus incertis. E contra si tali affectu malo caret, vix unquam aderit peccatum grave in « malis suspicionibus » quas confitetur : deerit in assensu notabilis temeritas aut advertentia ad ipsam, vel etiam non erunt veri assensus sed tantum indeliberatæ cogitationes aut dubitationes circa proximum.

O. E. D.

IV

Determina qualitatem seu speciem moralem injustæ diffamationis proximi per actus externos.

R. Horum quidem actuum malitia generica est *injuriæ*, magis autem specifica *injustæ diffamationis*. At hic quæritur ultima determinatio speciei moralis. Imprimis, an distinguuntur specie morali hi actus externi ab actibus internis contra famam proximi, de quibus in quæstione præcedenti ? Deinde, an ipsi actus externi sunt omnes unius speciei moralis infimæ ?

Ad 1m : actus externi diffamationis videntur distingui specie morali ab internis. — Oppositum quidem censuit Molina (tract. 4, disp. 13, n. 1) : quia, quod fama proximi lædatur apud alios per detractionem, vel apud

nosmetipsos per judicium temerarium, differentia mere materialis est. At subtiliter ipsi respondit Lugo (disp. 14, n. 33) : « In ipsa fama, si res attente consideratur, duo sunt bona diversa, nempe notitia quam habeo de virtute Petri, et rursus assensus quo propter talem notitiam, quam accepi, credo positive Petri probitatem et virtutem... Poterit dici, notitiam præcedentem esse *famam quasi radicalem,* assensum vero consequentem esse ipsam *famam formalem*... Hoc ergo supposito, apparet jam differentia magna inter judicium temerarium et detractionem. Per hanc enim immediate aufero apud audientes, non quidem assensum, sed notitiam quam habebant de bonitate Petri, cui notitiæ debebant talem assensum : quare non aufero immediate assensum, sed debitum habendi assensum, quod debitum fundabatur in tali notitia, quam immediate aufero ingerendo notitiam contrariam. At vero per judicium temerarium ego non aufero mihi notitiam, quam habebam, de bonitate Petri, imo tota illa materia manet in me sicut antea, sed solum nego assensum intellectualem, quem tali notitiæ debebam ; quare non lædo famam Petri radicalem, hanc enim retineo illæsam, sed solum pecco non solvendo debitum, quod ob talem notitiam debebam solvere... Quare sicut honor differt a fama, quia honor est aliquid debitum famæ et bonæ existimationi præcedenti : et sicut injuria circa honorem differt specie ab injuria circa famam, quia inhonoratio est negatio testificationis debitæ ob existimationem bonam et famam præcedentem : sic fama radicalis, seu notitia præcedens differt a fama formali, seu assensu qui præcedenti notitiæ debetur ; et injuria circa famam formalem, qualis fit per judicium temerarium, differt specie ab injuria circa famam radicalem, qualis fit per detractionem, quia injuria circa famam formalem est negatio assensus et existimationis debitæ ob famam radicalem et notitiam præcedentem. »

Ad 2^{m} : actus externi inter se specie non distinguuntur

ratione ipsius diffamationis, quum omnes idem bonum famæ lædant. *Aliunde* tamen aliæ species malitiæ adjungi possunt : quod fit in detractione contumeliosa, susurratione et calumnia. — In detractione contumeliosa, simul cum fama læditur honor diffamati. Est autem plerumque contumeliosa ea detractio quæ fit in præsentia illius cui detrahitur : quia haud facile sine dehonoratione objiciuntur proximo sui defectus occulti vel falsi. In susurratione, quæ est detractio seminans discordiam inter amicos, præter bonum famæ, bonum amicitiæ et pacis læditur. Tandem in calumnia, quæ tamquam impositio defectus falsi distinguitur a detractione simplici seu injusta manifestatione defectus veri, additur læsioni famæ læsio veritatis sive mendacium. Sed quum hæc altera species, præcise sumpta, non sit gravis, non est per se in confessione explicandum, utrum per calumniam, an vero per simplicem detractionem, proximus graviter læsus fuerit. Per accidens tamen sæpius erit utilis aut necessaria hæc explicatio : tum ut confessarius judicet de peccato, nam infamatio proximi per calumniam facilius quam detractio simplex ad mortale pertingit; tum ut proponat modum reparandi famam læsam, nam, prout explicatur in tract. de restitutione, multum differt modus reparandi calumniam a modo reparandi detractionem.

O. E. D.

V

Determina quantitatem et qualitatem injustæ inhonorationis proximi.

R. ad 1m : Inhonorare proximum sine sufficiente causa est injuria ex suo genere gravis : quum honor, sicut fama, sit bonum magni momenti, quod merito pluris quam opes æstimatur. Ut autem determinetur materiæ gravitas, considerari debent, tum ipsa actio

aut omissio inhonorans, tum qualitas personæ læsæ et lædentis, tum adjuncta, inter quæ præsertim publicitas et præsentia aut absentia personæ læsæ.

Dicitur a) *ipsa actio*, seu signum positivum contemptus, verbis, nutibus, factis in vario gradu contumeliosis expressum; *aut omissio,* seu negatio signi honoris ex adjunctis aliquem contemptum importans. Cæteris paribus, gravior est inhonoratio positiva quam negativa.

b) Potissimum *qualitas personæ læsæ,* eadem enim actio sive omissio facilius et gravius inhonorat spectabilem virum quam plebeium; simul qualitas *lædentis,* nam, quum honor debeatur excellentiæ, eo gravior injuria est, quo magis lædens a læso præcellitur aut læso subjicitur. Ideo facile gravis fit contumelia illata parentibus, principi civili, superiori ecclesiastico; et inter omnes inhonorationes «nihil horribilius blasphemia quæ ponit in Excelsum os suum.» S. Hier. in Is. XVIII. E contra plerumque abest inhonoratio gravis in convitiis erga æquales et inferiores, maxime in convitiis et irrisionibus quibus pueri, mulierculæ, homines infimæ plebis sese mutuo impetere solent. Nam ex communi apprehensione inter tales pro nihilo fere ducuntur convitia quæ inter optimates gravissima haberentur. «Serio tamen monendi sunt ii qui habent consuetudinem contumelias effutiendi, quia ex gravi ira sic loqui solent, scandalum dant astantibus, et licet honorem aliorum graviter non lædant quia eorum dictis non creditur, equidem ipsos exacerbare solent. Parentes autem qui solent proles suas probrosis nominibus appellare, sæpe graviter peccant ratione scandali, cum dura agendi ratione proles quoque duras, morosas, inhumanas et iracundas efficiant» Theol. Mechl. *de Jure,* n. 52.

c) Præter *publicitatem,* quæ manifesto contumeliam aggravat, *præsentia aut absentia personæ læsæ.* Quibusdam personis primariæ dignitatis, puta principibus,

etiam physice absentibus, debetur honor, ita ut facile gravis evadat contumelia illata eorum imagini, litteris imo et nomini. Sed quoad alios absentes, etiam parentes quando adstantes dicta aut facta contumeliosa absentibus non sunt relaturi, non censetur gravis contumelia ; quamvis aliunde gravis malitia adesse possit, ratione detractionis, odii, interni contemptus. Cfr. Lugo, disp. 14, n. 8 ; S. Alphonsus, l. 3, n. 334 ; Ill. ac Rev. Waffelaert, *de just.* II, n. 169 ; Lehmkuhl, I, n. 1188.

Ad 2m : Inhonoratio quidem ab infamatione specie morali distinguitur, sed varii ejus modi, seu species quasi physicæ, conveniunt in infima specie morali. Utrumque colligitur ex dictis in R. præcedenti. At rursus aliæ malitiæ frequenter accedunt : ita malitia *scandali,* si alter ad iram, vindictam, blasphemiam commovendus prævidetur ; *læsæ pietatis,* si parentibus contumelia infertur ; novæ *injustitiæ,* si contumelia simul lædit alterius famam, corpus, fortunam. Præterea confessarius frequenter modum inhonorationis cognoscere debebit ut de hujus gravitate judicare possit.

O. E. D.

VI

Q. Les fondateurs ont-ils le droit de déterminer à leur gré le taux des honoraires que le célébrant pourra percevoir à l'occasion de l'exonération des services fondés ? Justifiez votre réponse.

R. En principe les fondateurs ont le droit de fixer les honoraires des services fondés, et leur liberté à cet égard n'est pas restreinte dans les limites du tarif diocésain approuvé par le gouvernement ; lors même qu'ils stipulent une rétribution supérieure au taux fixé par le tarif, leur volonté doit être respectée, sauf la faculté reconnue à l'établissement institué de ne pas accepter des fondations onéreuses.

En effet, la volonté des fondateurs constitue la loi des fondations. Quiconque fait une libéralité a le droit d'y apposer toutes les conditions raisonnables et légales.

Or, la raison et la loi s'accordent pour reconnaître aux fondateurs la faculté de déterminer les honoraires des services et leur laisser dans la fixation de ces honoraires une grande latitude. Outre que la nature même de la fondation avec l'infinie diversité de ses clauses résiste à ce qu'elle tombe sous les prescriptions générales et uniformes d'un tarif, plusieurs raisons peuvent engager le fondateur à stipuler un honoraire plus élevé. La première, et sans doute la principale, c'est d'assurer à perpétuité l'exécution de sa volonté et d'éviter que, par suite de l'augmentation du tarif, les charges pieuses ne doivent être réduites ou exonérées dans une autre église contrairement à son intention. Un autre motif peut être son désir de participer plus abondamment aux fruits de la messe, ou bien encore de suppléer à l'insuffisance du traitement des ministres du culte. Il résulte de là que les fidèles, en fixant un honoraire plus élevé, font de cette stipulation une condition essentielle de leurs libéralités ; et c'est ouvertement méconnaître leur volonté que de prétendre réduire au taux du tarif les dispositions qu'ils ont prises. D'autre part, qu'elle bonne raison pourrait-il y avoir de mettre des entraves à la liberté des fondateurs au risque de tarir ainsi la source de leurs libéralités ? L'intervention de l'Evêque et du Gouvernement qui est requise pour chaque fondation, ne suffit-elle pour parer aux abus possibles ou imaginaires que l'on prétexte ? Nous concluons donc qu'on ne peut raisonnablement refuser aux fondateurs le droit de fixer les honoraires des services fondés et d'allouer aux prêtres qui les exonèrent une rétribution supérieure au tarif existant.

Cette conclusion n'est d'ailleurs contredite par aucun

texte de loi. La législation ecclésiastique (1) et l'ancien droit civil (2) la confirment formellement ; et, dans tout le droit nouveau, nous ne rencontrons aucune disposition qui impose aux fondateurs l'obligation de se conformer au tarif. Bien au contraire, « la liberté des fondateurs, consacrée par l'article 15 du Concordat et réglée par l'article 73 des Organiques, emporte avec elle la faculté pour le fondateur de déterminer les accessoires de la fondation... et, par conséquent, l'honoraire plus ou moins élevé,.. suivant le degré de solennité, les circonstances de temps, de lieux, etc., qu'un tarif général ne peut prévoir » (Lettre des Evêques à M. Bara, du 11 Nov. 1878). Cette interprétation se trouve confirmée par le décret du 30 Décembre 1809, dont plusieurs articles supposent à toute évidence la liberté des fondateurs par le soin qu'ils apportent à régler d'une manière vraiment minutieuse le contrôle auquel sera soumise la fidélité du clergé et de la fabrique à exécuter, ponctuellement et intégralement, toutes et chacune des charges, même insignifiantes en apparence, des fondations (art. 26, 29 et 31). Il est cependant certaines dispositons de loi qui semblent contraires à notre thèse. Pour prouver le caractère obligatoire du tarif, les adversaires s'appuient principalement sur l'article 69 des Organiques. Mais cet article concerne uniquement les *oblations,* et n'a aucun rapport avec les fondations, qui sont régies par l'article 73. Cet argument croule donc par sa base. Au surplus, l'art. 69 n'a pas pour but d'entraver la liberté et la charité de ceux qui font les oblations, mais de prévenir l'arbitraire et les exigences immodérées de ceux auxquels

(1) Voir Ben. XIV, *De synodo,* L. V. cap. 8 ; Van de Burgt, *De celebratione missarum,* n. 69 ss. ; *Nouv. rev. théol.,* T. III, p. 433 ; Van Messem, Les fondations de messes en Belgique, p. 11.

(2) Voir Jousse, *Traité du gouvernement des paroisses,* chap. II, art. 2, § 2, Remarques ; Durand de Maillane, *Dictionnaire de droit canonique,* V° Fondation.

les oblations sont dues (1). On objecte encore le décret du 22 Fructidor an XIII et l'avis du Conseil d'Etat du 21 Frimaire an XIV, lesquels, prétend-on, appliquent aux fondations la règle établie par l'article 69 pour les oblations. Nous répondons tout d'abord que ces actes législatifs n'établissent pas avec certitude l'obligation de payer les honoraires conformement au tarif ; la plupart des auteurs les interprétent dans un sens favorable au droit naturel des fondateurs. Quoi qu'il en soit, il est certain que ces documents ne concernent que les fondations *anciennes* ; et, vu leur caractère exceptionnel et dérogatoire au droit commun, ils ne peuvent légitimement être étendus aux fondations nouvelles, en présence surtout de l'article 15 du Concordat, de l'article 73 des Organiques et de l'article 26 du décret de 1809, qui maintiennent le principe de la libre volonté des disposants pour les fondations à établir (2).

Une pratique de trois quarts de siècle, remontant à l'origine du Concordat et des articles Organiques et constamment suivie en Belgique sous les divers régimes et sous tous les ministères, avait consacré la doctrine, généralement admise, que nous venons d'établir, lorsque, en 1870, M. Bara, ministre de la justice, rompant

(1) Aussi les tribunaux ont décidé que l'existence d'un tarif général ne fait pas obstacle à l'existence de tarifs locaux, et n'empêche nullement la légalité d'accords particuliers intervenus librement avec les intéressés. Arrêt de la cour de Cassation du 28 Janvier 1897 (*Collationes*, II, p. 278).

(2) Consultez *Le Mémorial belge*, an. 1871, p. 9 ss. ; an 1872, p. 339 ss. ; an. 1878, p. 745 ss. et 805 ss. ; an 1879, p. 45 ss. ; *Annales parlementaires*, séances de la Ch. des répr. des 20, 21 et 22 Février 1872 ; 10 et 12 Décembre 1878 ; 16, 20, 21 et 23 Janvier 1885 ; Lauwers, *Examen de la jurisprudence libérale belge*, p. 21 ss. et *Code de droit civil ecclésiastique*, p. 186 ss. ; Brixhe, *Dictionnaire des fabriques d'églises*, 2me édit., V° Fondation, n. 12 ss. ; Van Messem, *ouvr. cité* ; Moulart, *Des fabriques d'églises*, 8me édit., p. 378 et p. 534 ss. ; De Brabandere, *Comp. jur. can.*, edit. 5a, n. 1041 ; *La revue des fabriques*, 2me année, p. 81 ss. ; de Corswarem, *Uitlegging der wetten over de kerkfabrieken*, n. 154 ss. ; Giron, *Dictionnaire de droit administratif*, V° Fondation en faveur du culte, n. 9; *Pandectes belges*, V° Fabriques d'église, n. 1295 ss.

avec toutes les traditions, introduisit un système contraire. Par dépêches ministérielles en date des 12 Février et 21-24 Mai 1870, conformes à l'arrêté royal du 21 Février de la même année, il statua « que les particuliers ne peuvent, par voie de fondation obliger les fabriques à accorder aux desservants et aux assistants une rétribution supérieure à celle fixée par le tarif ». M. Cornesse, par dépêche en date du 16 Décembre 1870, convertie en circulaire le 30 du même mois, rétablit les véritables principes ; mais M. Bara, revenu au pouvoir en 1878, reprit la jurisprudence qu'il avait inaugurée en 1870 et décida, « qu'il n'est pas possible de reconnaître aux fondateurs, le droit de déterminer à leur gré le taux des honoraires... que c'est le tarif seul qui doit être suivi, et que les honoraires supérieurs au tarif doivent être rejetés comme contraires à la loi ». Circ. du 20 Sept. 1878. Voir dans le même sens les circulaires des 14 Août et 8 Déc. 1880, et 26 Juin 1882 (Leroy, *Instructions pratiques,* etc., Annexes, p. XV ss.).

Chose étonnante, et triste à constater, le système introduit par M. Bara a fini par prévaloir. Voir les circulaires ministérielles du 17 Juillet 1884 et du 15 Mai 1885. Cf. Arr. roy. du 3 Mars 1897 (*Moniteur,* p. 967) (1). Bien que cette jurisprudence soit contraire à la légalité, les Evêques dans un esprit de sage conciliation s'y sont conformés. Voir les lettres circulaires de Mgr l'Evêque de Bruges en date du 25 Février 1880 et du 19 Juillet 1884, et les décrets prosynodaux du 20 Mai 1880, n. 2, et du 14 Juin 1889, n. 6 (*Coll. epist. pastoral.,* T. XIII, p. 301 et p. 310 ; T. XIV, p. 187 et T. XV, p. 86.)

C. V. C.

---

(1) En pratique, l'administration laisse parfois une certaine latitude aux fondateurs. Voir p. ex. les arr. roy. du 10 Février 1891 (*Moniteur,* p. 438) ; des 12 et 19 Décembre 1892 (*Moniteur,* pp. 3768 et 3798). etc.

Evangelia dominicarum

DOM. VIII POST PENTEC.

—

Parabola de villico improbo. Luc. XVI, 1-9.

Te dien tijde, 1. zei Jesus tot zijne leerlingen deze gelijkenisse: Daar was een zeker rijk mensch, die eenen rentmeester had; en deze werd bij hem verklaagd als dat hij zijn goed verkwist had. 2. En hij riep hem, en zei tot hem: Wat hoor ik daar van u? geef rekeninge van uw rentmeesterschap: want gij en zult niet meer kunnen rentmeester zijn. 3. En de rentmeester zei bij hemzelven: Wat zal ik doen, daar mijn heer mij het rentmeesterschap afneemt? spitten en kan ik niet, te bedelen schaam ik mij. 4. Ik weet wat ik doen zal, opdat, wanneer ik afgesteld zal zijn van het rentmeesterschap, zij mij in hunne huizen ontvangen. 5. En hij riep tot hem elkeen van de schuldenaars zijns heeren, en zei tot den eersten: Hoe veel zijt gij mijnen heer schuldig? 6. En deze zei: Honderd vaten olie. En hij zei tot hem: Neem uw handschrift, en zet u spoedig neder en schrijf vijftig. 7. Daarna zei hij tot eenen anderen: En gij, hoe veel zijt gij schuldig? Deze zei: Honderd mudden tarwe. En hij zei tot hem: Neem uwen *schuld*-brief, en schrijf tachtig. 8. En de heer prees den onrechtveerdigen rentmeester, omdat hij voorzichtig gehandeld had. Want de kinderen dezer wereld zijn voorzichtiger dan de kinderen des lichts, in hun geslachte. 9. En ik zeg u lieden: Maakt u vrienden uit den mammon der ongerechtigheid, opdat, wanneer gij zult bezweken zijn, zij u ontvangen in de eeuwige woningen.

* * *

Sensus totius parabolæ

« Quemadmodum infidelis ille villicus seu dispensator, audita comminatione heri sui, quòd officio amovendus esset, anxius, consilio apud se accepto, curavit, antequam amoveretur, ex bonis heri amicos sibi comparare, qui officio destitutum reciperent foverentque domi suæ, ne egestate periret, et ab hero, damnum licet passo, ob prudentiam laudatus est : ita vos, antequam moriamini, quod brevî erit, ex bonis quæ dispensationi vestræ commisit Deus, quibus sæpe non ut oportet usi, ne dicam abusi estis, procurate vobis amicos pauperes, qui vos dispensatione per mortem abdicatos, recipiant in eas, quæ propriæ ipsorum, non vestræ sunt, cælestes mansiones, et sustineant serventque secum æternùm beatos. Id si feceritis, solidam consequemini laudem a Deo, qui ditissimus damnum nullum potest sustinere, immo cujus præceptum est, ut bonis quæ vobis credidit, hac ratione, in commodum vestrum utamini ; laudem, inquam, ob prudentiam, qua filiis sæculi, in rebus vestris gerendis, non inferiores, ut par est, sitis » Luc. Brug.

Parabolæ scopus ac mystica tractatio.

« Id primò certum est, quod villicus iste iniquitatis, qui a Domino nobis ad imitandum proponitur, non quoad omnia quæ de ipso narrantur imitandus proponitur. Non enim aut Domino nostro facienda est aliqua fraus, aut de ipsa fraude et de alienis eleemosynæ erogandæ : neque eos a quibus recipi volumus in æterna tabernacula, tamquam debitores Domini nostri fas est intelligere, cum justi et sancti potissimum significentur hoc loco, qui eos introducant in æterna tabernacula, a quibus necessitates eorum in præsenti vita sunt sublevatæ. Proinde in hac maxime parabola summa dumtaxat spectanda est : nec singula sic sunt persequenda, ut in

quibuslibet partibus similitudinem propriam quæramus, et singula villici nobis accommodemus...

Summa ergo parabolæ in tribus consistit :

Primùm, ut intelligamus nos omnes bonorum temporalium non esse dominos, sed tantùm dispensatores, ac ob id exactam à nobis rationem poscendam aliquando, ut summa cum sollicitudine curandum nobis sit quò illa ad voluntatem Domini dispensemus.

Secundo, ad hoc tendit parabola, idque præcipuè, ut sicut dispensator ille, cum intelligeret se sua privandum dispensatione, sollicitus fuit ut futuræ vitæ prospiceret, nec aliud præsentius reperit quam ut bonis Domini sui in suum commodum utens quamdiu posset pararet sibi amicos ex bonis domini sui, qui ipsum suo munere destitutum alerent : ita et nos cogitemus aliquando nos a temporalium horum bonorum dispensatione amovendos, ac ob id solliciti simus qua ratione nobis in æterna vita, ubi non erit horum in manu nostra dispensatio, prospiciamus, sciamusque illam demùm prospiciendi nobis rationem esse commodissimam, si ex acceptis divinitus facultatibus benefaciamus liberaliter pauperibus, per quos in æterna simùs recipiendi tabernacula, cum defuncti fuerimus dispensationis nostræ officio.

Tertio, ad hoc tendit parabola, ut intelligamus quòd si Dominus iniqui dispensatoris passus dispendia laudat dispensatoris prudentiam, quòd adversus Dominum quidem fraudulenter, sed pro se prudenter egerit : multo magis a Domino nostro, qui et ditissimus est, et nullum damnum potest sustinere, et cujus præceptum est ut pauperibus benefaciamus, laudandi sumus, si bonis ejus nostræ dispensationi commissis ab ipso, ita in nostrum commodum utamur, ut per ea nobis paremus locum in æternis mansionibus.

Quamquam nobis ex parte imitandus proponatur dispensator iniquus, in multis tamen non est imitandus, quodque in eo nobis imitandum proponitur, magis

significatur ex dissimilitudine, argumento a minori affirmative, quàm argumento a simili. Quod enim significare voluit Dominus, istud est : Si dispensator ille pro temporali vita adeo fuit sollicitus, et tanta astutia usus est, ut futuræ inopiæ occurreret, multò magis vos laudandi ab eo qui et non patitur damnum, et hoc vos majori præditos prudentia, de æterna vita vobis convenit simili ratione providere. Et si ille laudatus est à Domino injuria affecto, quòd prudenter sibi prospexisset, multò magis vos laudandi ab eo qui et non patitur damnum, et hoc vos facere præcepit » Jans. Gand.

Conclusio.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis : ut, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. « Expendenda est expresse vis et pondus hujus sententiæ dominicæ, qua nulla alia efficacior esse potest ad eleemosynæ commendationem, ad quam homines sunt tardissimi, cùm nihil sit magis ad salutem necessarium et utile. Cùm enim per parabolam insinuetur nos omnes bonorum temporalium tantùm esse dispensatores, et dispensatio in bonum et commodum Domini sit facienda : hac tamen sententia demonstratur, quomodo in maximum nostrum bonum commissorum nobis bonorum dispensationem facere possumus, cum gratia veri Domini. Deinde cum divitias dicat esse mammona iniquitatis, tamen ostendit Dominus quomodo injustitiam illam nobis vertere possumus in justitiam : cumque divitiis homines fere quærant sibi facere quæstum, et lucrum augere, ostendit qua ratione sibi per eas maxime prospicere possint, non in aliquot annos sed in perpetuum : quomodo scilicet vere census augeatur, et reditus parentur perpetui. Postremum, cum divites fere velint a pauperibus multùm rogari, et velut benefactores ab eis haberi, Dominus contra significat pauperes potius

a divitibus quærendos, et ambiendos, ac necessitatis beneficia eis obtrudenda, ut eos apud Deum habeant patronos et intercessores. Unde D. Gregorius libr. 21 Moralium capit. 14 : Multum, inquit, ad edomandam dantis superbiam valet, si cùm terrena tribuit, verba sollicite cœlestis magistri penset, qui ait : Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Si enim eorum amicitiis æterna tabernacula acquirimus, dantes procul-dubio pensare debemus, quia patronis potius munera offerimus, quam egenis dona largimur. Qui itaque nunc temporale subsidium pauperi tribuit, ab eo postmodum perpetua recepturus, ut ita dicam, quasi ad frugem terram excolit quæ quod accepit, uberiùs reddit. Hæc ille » Jans. Gand.

G. V. D. P.

Jurisprudence administrative

De l'usage des cloches et des clochers des églises

(Voir les *Collationes,* II, 228).

—

3° « Les droits traditionnels de l'autorité civile en cette matière sont d'autant moins contestables qu'une jurisprudence aujourd'hui constante reconnait aux *églises* le caractère de *propriétés communales* ». Giron, *Dictionnaire,* V° Cloches, n. 4. « La commune puise dans son droit de propriété de l'église et de ses dépendances, le droit de sonner elle-même pour *toute*

autre cause que pour cause religieuse ». Cour de Gand, 21 Mai 1884.

R. Voici nos remarques au sujet de cet argument, que la Cour de Gand qualifie de « motif péremptoire ».

a) Cet argument croule par la base. La jurisprudence actuelle (1) reconnaît, il est vrai, aux *anciennes* églises, le caractère de propriétés communales ; mais cette solution, outre qu'elle est d'une légalité fort contestable, ne s'applique pas aux églises *nouvelles,* bâties depuis le Concordat. Celles-ci appartiennent à l'établissement, commune ou fabrique, qui les a construites ou qui en a fait l'acquisition par achat, donation ou legs (2). Remarquez qu'elles appartiennent à la fabrique, alors même que celle-ci a été mise à même de les bâtir par des subsides fournis par la commune, la province et l'Etat.

Ensuite, de ce que la commune soit propriétaire de l'église, il ne s'en suit pas qu'elle soit propriétaire des cloches. En principe, les cloches sont meubles ; elles ne deviennent immeubles par destination et ne doivent être considérées comme suivant le sort de l'église, que

(1) Pendant plus de trente ans, une jurisprudence uniforme, inaugurée par le remarquable arrêt de Cassation du 20 Juillet 1843 (*Pasic.*, I, 237), et adoptée depuis par nos trois Cours d'appel, avait résolu la question de la propriété des anciens immeubles affectés au service du culte en faveur des *fabriques.* Mais depuis lors, il s'est produit un revirement en faveur des communes. Nos Cours de justice se sont conformées aux aspirations du libéralisme et aux doctrines du Pouvoir ; et nous avons assisté à cette *évolution* étrange de la magistrature, dont les arrêts nouveaux, par une singularité choquante, ne visent précisément que les droits de l'Église et du clergé catholique !

(2) Contrairement à l'opinion de certains auteurs (Voir Giron, *Dictionnaire*, V° Fabriques d'église, n. 61) et à la jurisprudence inaugurée par M. Bara (circulaires du 10 Mai et du 19 Juillet 1882), nous soutenons que les fabriques d'église, personnifiant le culte, ont capacité pour construire et reconstruire les églises, pour fournir les meubles placés dans les églises à perpétuelle demeure, et pour recevoir les libéralités destinées à cet effet. Voir en ce sens les circulaires ministérielles du 3 Septembre 1884 et du 15 Mai 1885.

dans les cas exceptionnels prévus par les articles 524 et 525 du code civil. En conséquence, toutes les cloches qui ont été fournies par la fabrique, même celles placées dans une église appartenant à la commune, sont et demeurent propriétés fabriciennes. Giron, *Dictionnaire,* V° Cloches, n. 2. Cfr *Revue des fabriques,* 1893, p. 24 ; et *Mémorial belge,* 1867, p. 243 coll. 1884, p. 115 ss. Or, dans la plupart des paroisses, c'est uniquement sur les fonds de la fabrique ou sur ceux qu'elle obtint des dons volontaires des fidèles, que l'acquisition des cloches a eu lieu (1). Donc, dans bien des localités, la prétention de l'autorité communale manque absolument de fondement.

b) Alors même qu'il serait établi que les églises et les cloches sont propriétés communales, il n'en suivrait pas que l'autorité communale ait le droit de se servir des cloches à son gré. Cette propriété, par sa nature et son caractère, ne peut appartenir au domaine public communal qu'avec la charge de l'usage exclusif au profit du culte. Les anciennes églises ont été mises à la disposition des Evèques, et confiées à la surveillance des fabriques, chargées de leur entretien et de leur conservation ; et cette remise, *si* elle n'implique pas un droit de propriété dans le chef des fabriques, comporte tout au moins pour le culte catholique l'usage qu'il en faisait avant sa suppression et la mainmise nationale sur ses édifices, c'est-à-dire un droit d'usage spécial et religieux, exclusif de tout usage profane. Cela résulte à l'évidence des termes des articles 75 et 76 de la loi du 18 Germinal an X ainsi que de l'ensemble des dispositions du décret de 1809 (Tribunal de Termonde,

(1) La révolution française étendit jusqu'aux cloches le système de spoliation générale organisée contre l'Eglise. Le décret du 21 Frimaire an II n'excepta qu'une cloche par commune pour le timbre de son horloge ; toutes les autres furent officiellemeut volées et fondues : la République en fit des monnaies et des canons.

14 Juillet 1882). De même les églises nouvelles « sont grevées, au profit du culte, d'une affectation spéciale et permanente qui s'oppose à ce que les communes, même lorsqu'elles sont propriétaires de ces édifices, en disposent pour un usage quelconque sans y être autorisées par la loi » (Arr. roy. du 13 Juin 1896). Cette affectation s'étend aux clochers, qui sont des dépendances des églises ; et partant aussi aux cloches, lesquelles, bénites comme les églises, ont comme elles un caractère religieux et reçoivent, dès qu'elles sont attachées au service de l'église, une destination perpétuelle et exclusive. La commune ne peut pas les détourner de cette destination, pas plus qu'elle ne pourrait détourner de leur destination une église qu'elle aurait fait construire, des ornements sacerdotaux, des vases sacrés qu'elle aurait achetés.

Cependant on nous objecte que « le droit d'usage ou de jouissance accordé au clergé pour les besoins et le service du culte ne restreint le droit de propriété de la commune que dans la mesure commandée par la nécessité de donner pleine et entière satisfaction à cet intérêt... L'unique préoccupation des auteurs de la loi du 18 Germinal an X a été de ne conférer au clergé que les seuls droits destinés à assurer le service du culte... Etendre ses droits en ce qui concerne les cloches jusqu'au pouvoir de sonner pour cause absolument étrangère aux choses du culte, c'est provoquer des conflits, placer l'autorité civile sous la dépendance de l'autorité religieuse et exposer la première à voir paralyser, par le fait de la seconde, l'accomplissement des devoirs qui lui sont imposés par la loi ». Cour de Gand, 21 Mai 1884.

Et puis ? Quelles conclusions entend-on déduire de ces prémisses ? Que le législateur de l'an X a voulu limiter les droits du clergé en ce qui concerne les cloches aux *seules* sonneries religieuses ? Mais les

termes mêmes de l'article 48 viennent contredire cette assertion. Que la commune propriétaire a « le droit de sonner elle-même pour *toute* autre cause que pour cause religieuse » ? Mais nous venons d'établir la fausseté de cette thèse.

On nous oppose les inconvénients qu'il y a à étendre les droits du clergé jusqu'au pouvoir de sonner pour cause étrangère aux choses du culte. Mais, une pratique presque séculaire ne démontre-t-elle pas à l'évidence que les inconvénients signalés sont purement imaginaires ? D'ailleurs le législateur de l'an X n'a-t-il pas lui-même apposé à l'exercice des droits du clergé certaines restrictions qui sont de nature à obvier à ces inconvénients et à sauvegarder absolument les prétendues prérogatives de l'autorité civile ? Dans la supposition, absurde autant qu'offensante, que les curés abuseraient des droits que la loi leur confère, l'article 48 de la loi de Germinal et l'article 14 de la Constitution belge ne fournissent-ils pas au pouvoir civil le moyen de prévenir ou de réprimer les abus qui pourraient se commettre ? Enfin, la thèse libérale d'après laquelle la commune puise dans son droit de propriété le droit absolu de disposer à son gré des cloches pour toute cause étrangère au service divin, n'ouvre-t-elle pas la porte à tous les abus ? Le droit de propriété de la commune ainsi entendu, peut-il se concilier avec le droit d'usage accordé au clergé pour les besoins du culte même restreint « dans la mesure commandée par la nécessité de donner *pleine et entière* satisfaction à cet intérêt » ? Comment, sous l'empire de la liberté des cultes, l'autorité civile pourrait-elle disposer d'objets destinés à l'exercice du culte, perpétuellement affectés à ce service ? N'en résulterait-il pas un intolérable désordre, s'il était permis à l'autorité communale de régler arbitrairement l'usage de ces objets ? Combien fréquemment ne pourrait-il pas arriver, surtout dans les grandes paroisses

où les cérémonies et exercices religieux sont plus fréquents, que le ministère du culte serait troublé, si le bourgmestre pouvait, sans le consentement du curé, faire sonner les cloches pour telles fins qu'il juge nécessaires ou opportunes ! Étendre les droits de l'autorité communale en ce qui concerne les cloches des églises jusqu'au pouvoir de les sonner pour toute cause étrangère aux choses du culte, c'est provoquer des conflits, placer l'autorité religieuse sous la dépendance de l'autorité civile et exposer la première à voir paralyser, par le fait de la seconde, l'exercice des droits qui lui sont expressément reconnus par la loi !

4° Enfin, voici un argument tiré du texte de l'article 48.

« Ainsi que l'a décidé le Conseil d'État de France, le 21 Juillet 1835 (abbé Prompsault, *Dictionnaire de droit et de jurisprudenee civile et ecclésiastique,* Paris, 1849, V° *Cloches,* p. 914), par cela même que la *permission* de la police locale est déclarée nécessaire lorsque l'on croit devoir sonner pour toute autre cause que le service divin, il y aurait contradiction à refuser à cette autorité d'*ordonner* ces sonneries de son propre mouvement, le cas échéant ;... par suite, la seule interprétation logique de l'article 48 est que l'*autorité civile est indépendante* de l'autorité ecclésiastique lorsqu'elle juge à propos de disposer des cloches dans un intérêt purement civil ». Arrêt de Gand, 21 Mai 1884. Comp. Giron, *Dictionnaire,* V° *Cloches,* n. 4.

R. « Nous ne nous chargeons pas, dirons-nous avec Prompsault (*ouv. cité,* p. 415), d'expliquer comment on a pu persuader au Conseil d'Etat que la police avait le droit d'ordonner tout ce qu'elle était autorisée à permettre » ; et nous ajouterons que nous ne comprenons pas comment des magistrats et des jurisconsultes osent recourir à des arguments aussi peu sérieux et faire leurs des conclusions aussi illogiques ! En effet, quelle contradiction y a-t-il à dire qu'un pouvoir, compétent

pour *autoriser*, ne l'est pas pour *ordonner ?* Une foule d'actes judiciaires ne peuvent être posés sans la permission du juge ; et cependant le juge n'en peut poser aucun de son propre mouvement. La Cour de Cassation a décidé qu'il est au pouvoir de la police communale, d'interdire la danse (arrêt du 4 Juillet 1892 ; *Pasic.*, I, 312) et le chant ou la musique (arrêt du 23 Mars 1896 ; *Pasic.*, I, 138) dans les auberges, sans permission du bourgmestre. Dira-t-on que le bourgmestre qui a, le cas échéant, le droit d'autoriser la danse et la musique, peut aussi ordonner ces exercices ? Mais passons.

La Cour de Gand est d'ailleurs forcée de reconnaître que le même Conseil d'Etat de France, dans un avis du 17 Janvier 1840 (1), « a formulé une interprétation contraire ; qu'il a déclaré « que le curé seul doit avoir la clef du clocher », et refusé, « en principe, au maire le droit de faire sonner les cloches pour les besoins de la commune ». Arrêt cité.

Cependant la Cour observe « que cet avis (de 1840) est resté isolé ; que, depuis lors, le Conseil d'Etat est revenu à sa manière de voir, exprimée dans son avis de 1835 » ; et elle cite une décision du dit Conseil en date du 8 Août 1882. (2)

Nous ferons remarquer que la décision de 1882 n'a aucunement pour objet d'interpréter le § 2 de l'article 48; dans la partie énonciative de cet avis, le Conseil d'Etat dit, il est vrai, « qu'il appartient au maire exerçant la police locale de disposer des cloches pour les services civils » ; mais cette affirmation gratuite, faite incidemment dans un simple considérant, ne saurait prévaloir, comme doctrine et comme interprétation, contre le remarquable avis de 1840, dans lequel la question est traitée *ex professo*, et décidée, après long et sérieux

(1) Le texte de cet avis est rapporté *in extenso* dans le *Mémorial belge*, an. 1864, Appendice, p. XVIII et ss.

(2) Voir *Journal des tribunaux*, 1882, p. 786.

examen, dans le sens favorable à la thèse que nous soutenons. Au surplus, cette affirmation est manifestement contraire au texte et à l'esprit de l'article 48 ; elle est contredite par la presque généralité des auteurs ; elle est en opposition avec une pratique universelle et constante ; elle est incompatible avec le droit de police du curé et la liberté des cultes garantie par la Constitution belge.

Conclusion. Nous avons exposé les deux interprétations divergentes auxquelles a donné lieu le texte de l'article 48 de la loi du 18 Germinal an X ; et nous avons reproduit loyalement les diverses considérations que l'on fait valoir de part et d'autre pour justifier ces interprétations opposées. Si nous mettons en regard les arguments apportés en faveur de l'un et de l'autre système, il nous semble que pour tout esprit impartial l'hésitation n'est pas possible ; et nous concluons avec une pleine assurance, qu'en vertu des lois qui nous régissent, « la mission de sonner les cloches ne rentre point dans les attributions du bourgmestre » (Cour de Gand, 3 Avril 1883) ; qu'au contraire, *en principe et en général, l'autorité ecclésiastique, représentée par le curé, a seule le droit de les faire sonner.*

C. V. C.

(A suivre).

Fabriques d'église — Libéralités avec charges de services religieux — Nécessité de désigner l'église

—

Un pieux bienfaiteur fit donation à la fabrique de l'église de Saint-Nicolas, à Nivelles, de divers titres de l'emprunt belge, représentant une valeur nominale de 11,700 fr., à charge de faire célébrer, *chaque année*

et à perpétuité, dans l'église de Saint-Nicolas *ou ailleurs,* à Nivelles, cent messes basses, pour le repos des âmes de N. N.

Un arrêté royal en date du 15 Mai 1897 (*Moniteur,* p. 2014) autorise la fabrique de la dite église à accepter la donation prémentionnée, — « Vu la déclaration du donateur, en date du 28 Avril 1897, portant que les messes constituant la charge de la libéralité dont il s'agit devront être dites dans l'église de Saint-Nicolas, à Nivelles ».

Observation. Cette décision se justifie en tant qu'elle subordonne l'autorisation de la donation à la condition que le donateur désigne *une église paroissiale déterminée* dans laquelle les messes devront être célébrées. En effet, la disposition ordonnant la célébration, *chaque année et à perpétuité,* de services religieux, contient une véritable *fondation* (*Collationes,* II, p. 260) ; dès lors, elle doit être acceptée par une église *déterminée* et légalement *capable* de recueillir les sommes destinées à l'exonération des services fondés.

Il en est autrement lorsqu'il s'agit de dispositions ordonnant la célébration de *messes une fois dites.* Une personne ayant fait un legs au bureau de bienfaisance de N., à la charge par le dit bureau de faire célébrer un certain nombre de messes, soit à l'église paroissiale de la localité, *soit à l'abbaye d'Afflighem, soit ailleurs,* où elles pourraient être célébrées le plus convenablement, et le plus rapidement, le bureau de bienfaisance fut autorisé à accepter les legs aux conditions prescrites. Arrêté royal du 30 Septembre 1896 (*Moniteur,* p. 4373).

Toutefois le gouvernement ne résolut pas toujours la question dans ce sens. Ainsi, un arrêté royal en date du 23 Mai 1887 (*Moniteur,* p. 1569) décida que la disposition, ordonnant au bureau de bienfaisance légataire de faire célébrer un certain nombre de messes *dans une église desservie par des religieux,* est nulle et

ne peut sortir ses effets, par la raison que « cette église n'étant pas légalement reconnue, ne peut recevoir les sommes nécessaires pour la célébration des dites messes ».

Cette décision n'est pas fondée ; en effet, il n'y a pas ici de *fondation* en faveur du culte, mais une simple charge d'hérédité que le bureau de bienfaisance doit remplir, conformément aux intentions du testateur ; dès lors, l'église désignée pour la célébration des services n'a pas à intervenir pour recueillir la somme nécessaire à cet effet ; il suffit que le chef de cette église reçoive cette somme et en donne décharge au bureau de bienfaisance.

C. V. C.

Ex S. R. et Univ. Inquisitione

Prohibetur usus fœcundationis artificialis.

Fer. IV, die 24 Martii 1897.

In Congregatione generali S. R. et U. I. habita coràm Emis ac Rmis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, proposito dubio : *An adhiberi possit artificialis mulieris fœcundatio ?* — Omnibus diligentissimo examine perpensis, præhabitoque DD. Consultorum voto, iidem Emi Cardinales respondendum mandarunt :

Non licere.

Feria vero VI, die 26 ejusdem mensis et anni, in solita audientia r. p. d. Adsessori S. O. impertita, facta de suprascriptis accurata relatione SSmo D. N. Leoni Pp. XIII, Sanctitas sua resolutionem Emorum Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. Mancini, S. R. et U. I. Not.

Ex Vicariatu Urbis

Dubia varia circa piam adsociationem a S. Familia.

Plures R^mi^ Ordinarii varia Dubia proposuerunt solvenda circa hanc Piam Adsociationem, quorum præcipua, intra Romanam Ephemeridem *Analecta Ecclesiastica,* ut nota fiant, quibus interest, referri permittimus.

Dubium I. — An ii, qui cum familia quadam, mensa communi utuntur et familiariter vivunt, in sociorum numerum adscisci cupientes, sub nomine illius familiæ percipi possint?

Affirmative, sed in Regesto Parochiali adnotanda sunt nomina et cognomina et circumstantia cohabitationis.

Dubium II. — An ii, quibus societas cum certa familia non est, ad communes preces domesticas, recitandas cuilibet familiæ se adjungere possint, et hoc modo indulgentias concessas lucrentur?

Affirmative, dummodo qui familiæ ad recitandas preces consociantur, jam nomen dederint Piæ Consociationi.

Dubium III. — An ad indulgentias plenarias et partiales lucrificandas sufficiat sola adscriptio in tabulas Piæ Consociationis.

Provisum in Statutis et Regulis. — Requiritur adscriptio et simul recitatio precum.

Dubium IV. — An ad indulgentias lucrandas Consecrationis formula per parochum rectorem in facie ecclesiæ adhibenda sit?

Provisum in Statutis sub. n. 5, nempe : Non indigere essentialiter.

Dubium V. — An ad familiam per parochum in ecclesia consecrandam, cunctos domesticos personaliter se sistere opus sit?

Non indigere, si cæteris conditionibus ipsi domestici satisfaciant. Nomina vero domesticorum in Regesto adnotanda sunt.

Dubium VI. — An ad lucrandas indulgentias, per præsentiam solius patrisfamilias vel matrisfamilias satisfiat?

Indulgentiæ lucrantur a quibus formula recitatur vel preces præscriptæ.

Dubium VII. — An parochus, qui est rector in sua parochia, cum domesticis suis Piæ Consociationi se adscribere et aggregare queat?

Affirmative.

Dubium VIII. — An parochus, quando senectute vel adversa valetudine confractus, officia Piæ Consociationi con-

juncta alii presbytero comittit, etiam privilegia et indulgentias a Sede Apostolica parocho concessa, illi presbytero suas vices gerenti delegare valeat ?

Affirmative. Servatis tamen regulis Juris Canonici, quoad delegationem.

Datum Romæ, ex Ædibus Vicariatus, die 28 Martii 1897.

RAPHAEL CHIMENTI.

Piæ Adsociationis a Sacra Familia Secretarius.

Consultationes

I

« Non satis intelligo naturam actus charitatis seu amoris Dei super omnia propter Seipsum. Videlicet hic amor vel excludit omnem respectum ad Deum ut est bonum nostrum : et tunc videtur impossibilis, quum bonum nostrum quæramus in omni actu nostro ; vel non excludit : et tunc non apparet quomodo specifice distinguatur ab amore imperfecto seu amore Spei. »

R. Charitas non excludit omnem respectum ad bonum nostrum ; et nihilominus ab amore spei specie differt, quia simul includit, seu efficit, formalem relationem boni nostri ad Deum, ultimun finem nostrum. Revera naturaliter felicitatem nostram quærimus in omni actu, adeoque in dilectione Dei : at hoc ipsum tripliciter quis facere poterit. 1) Vitiose, referendo Deum, summum bonum, ad seipsum hominem ut finem : qui amor erit egoïsmus maxime perversus. 2) Honeste, sed nondum perfecte : referendo Deum, summum bonum, ad se ipsum, tamquam ad subjectum ex possessione Dei beatificandum, ita ut ipsa hominis beatitudo maneat referibilis in Deum finem ultimum : qui amor est concupiscentiæ seu spei. In isto actu homo sibi concupiscit Deum possidendum : ipsa tamen possessio referibilis est ad Deum ultimum finem, utpote quammaxime cedens in gloriam Dei. *Referibilis* est : ideo actus

honestus est ; at ex actu formaliter non *refertur* : ideo actus non est perfectus. Aliis verbis amor spei hanc ultimam relationem non excludit, neque efficit, sed faciendam charitati relinquit. 3) Perfecte, si amor noster hanc relationem seu subordinationem efficit, nos ipsos cum nostra beatitudine volendo ipsi Deo, seu nostram felicitatem in felicitate Dei ultimatim constituendo. Sic indubie actum perfecti amoris elicit, qui « cupit dissolvi » ut sua beatitudine Deum glorificet. Cfr. v. gr. Bouquillon, *de virt. theolog.* n. 351, 388, 405-408, cll. *Theol. Fund.*, l. 1, n. 10.

O. E. D.

II

Legendo responsa « *Collationum Brugensium* » inveni veram (ut mihi videtur) difficultatem. Dicitur nempe, t. I, p. 294 : « Si [confessiones] institutæ sunt cum ignorantia SS. Trinitatis et Incarnationis non graviter culpabili, probabilius validæ fuere (dummodo cæteræ conditiones adfuerint) et non urget obligatio eas repetendi. »

At : probabilius tantum validæ fuerunt. Atqui quando agitur de valore sacramentorum, non sufficit probabilitas, neque etiam probabilioritas, sed pars tutior est sequenda, nisi in casu necessitatis. Ergo hæ confessiones sunt repetendæ.

Respondetur negando suppositum minoris : agi hic de « valore sacramentorum » scilicet *de administratione et receptione sacramenti probabiliter invalidi*. De isto quidem casu actum est in initio 2^æ partis Responsi citati, ibique diximus (p. 292) non posse ante instructionem absolvi pœnitentem ignorantem mysteria SS. Trinitatis et Incarnationis, præter casum rarissimum urgentis necessitatis. Hic vero agitur de *obligatione* repetendi confessiones præteritas, institutas cum ignorantia horum mysteriorum non graviter culpabili, ideoque (suppositis cæteris conditionibus) probabilius validas, et resolvimus « non urgere obligationem eas repetendi. » Jure et

merito : nam non esse obligationem repetendi confessionem probabiliter validam, docent Probabilistæ communiter ; suamque doctrinam complures expresse nostro etiam casui applicant (1). Hanc sententiam practice tutam esse nemo, puto, diffitebitur. Unde prorsus in tuto collocatur *valor* confessionis præsentis : nam pœnitens, qui non repetit confessiones ad quas repetendas non obligatur et a nemine urgeri potest, sua autem peccata cum debita dispositione confitetur, indubie confitetur integre ac valide. Quodsi reapse confessiones præteritæ fuerint invalidæ, peccata præterita cum peccatis nunc confessis remittuntur.

O. E. D.

TRACTATUS DE INDULGENTIIS *ad usum alumnorum seminarii archiepiscopalis Mechliniensis.* — Altera editio. — Mechliniæ, H. Dessain. — (1897).

Quum paucos ante annos eruditissimus Professor Lauwerys hoc suum opus primùm in lucem edidit, omnium laudem consecutus est ; et merito : concise enim, dilucide ac docte, in priori libri parte, doctrinam theologico-canonicam de indulgentiis *in genere* explicat ; in altera parte, non minus erudite tradit scitu necessaria vel utilia de plerisque indulgentiis *in specie*. — Præstat autem hæc nova editio anteriori tum quia ad recentiora S. Sedis decreta ac resolutiones est elaborata, tum quia ampliores exhibet notiones circa nonnullas indulgentiarum species (putà : *Benedictionem cum annexa indulgentia plenaria — varias confraternitates et pias uniones in particulari,* etc), tum denique quia usum ejus faciliorem reddit additus index alphabeticus.

Itaque dum doctissimo auctori de hoc præclaro suo opere sincere congratulamur, idem periodici nostri lectoribus enixe commendamus, tanquam ad propriam ipsorum atque fidelium instructionem utilissimum.

H. V. D. B.

---

(1) Videsis inter recentes : Ballerini, *ad Gury*, I, n. 196, et in *Opere theol.* t. II, n. 18 ; — Lahousse, *de Pœnit.* n. 219 ; — Haine, *theolog.* I, de virt. theol. q. 30 ; — Génicot, *theolog.* I, n. 191 ; quibus favet theol. Mechl. *de virt.* n. 31, q. 5.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra p. 297.)

§ II.

De transmittenda divina revelatione, et signis quibus eadem revelatio facta dignoscitur.

65. Explicata divina revelatione in se, jam accedimus ad exponendos actus eam consequentes, nempe divinam motionem prophetæ, qui immediate Dei locutionem percepit, ad transmittendum aliis divinum verbum, idque confirmandum signis divinis tamquam revera a Deo factum.

« Primi discipuli Christi ad hoc fuerunt ab ipso electi, ut per universum orbem discurrentes, fidem ejus ubique prædicarent, secundum illud Matth., *ult.* : *Euntes docete omnes gentes* (1). Et certe, « cognitio... quam aliquis a Deo accipit, in utilitatem alterius converti non posset, nisi mediante locutione. Et quia Spiritus sanctus non deficit in aliquo quod pertinet ad Ecclesiæ utilitatem, etiam providit membris Ecclesiæ in locutione, non solum ut aliquis sic loquatur, ut a diversis possit intelligi, quod pertinet ad donum linguarum, sed etiam quod efficaciter loquatur, quod pertinet ad gratiam sermonis... Ad quod quidem efficiendum Spiritus sanctus utitur lingua hominis quasi quodam instrumento, ipse autem est qui perficit operationem interius (2). »

Præterea, sicut dictum est, « Spiritus sanctus sufficienter providet Ecclesiæ in his, quæ sunt utilia ad

(1) S. Thomas, 2. 2, q. 176, art. 1, in corp.
(2) *Ibid.*, q. 177, art. 1, in corp.

salutem, ad quod ordinantur gratiæ gratis datæ. Sicut autem oportet quod notitia, quam quis divinitus accepit, in notitiam aliorum deducatur per donum linguarum et per gratiam sermonis : ita necesse est, quod sermo prolatus confirmetur ad hoc quod credibilis fiat. Hoc autem fit per operationem miraculorum, secundum illud Marci, *ult. : Et Sermonem confirmante sequentibus signis :* et hoc rationabiliter. Naturale enim est homini, ut veritatem intelligibilem per sensibiles effectus deprehendat. Unde sicut ductu naturalis rationis homo pervenire potest ad aliquam Dei notitiam per effectus naturales : ita per aliquos supernaturales effectus, qui miracula dicuntur, in aliquam supernaturalem cognitionem credendorum homo inducitur, et ideo operatio miraculorum pertinet ad gratiam gratis datam (1) ».

66. Quod jam attinet primo locutionem propheticam, seu annuntiationem verbi Dei ab illo qui immediate id percepit, necnon scriptionem inspiratam divini verbi, quæ ejusdem rationis est, ex universim dictis facile intelligitur, eam prædicationem hancque scriptionem prærequirere et includere prophetiam seu revelationem, tum secundum actum præparatorium, quem supra ex S. Thoma inspirationem vocavimus et explicavimus, tum secundum actum formalem revelationis seu cognitionis infusionem. Præterea, his positis superaddit locutio prophetica motionem Spiritus sancti ad loquendum ea omnia et sola quæ tamquam divinitus revelata proponi vult idem Spiritus, simul cum assistentia ut hæc locutio absque errore et modo apto ad finem promulgationis divini verbi fiat. Scriptio autem simili modo superaddit motionem Spiritus sancti ad scribendum ea omnia et sola quæ tanquam divinitus revelata scribi vult idem Spiritus, simul cum assistentia ut scripta sint absque errore et apta ad finem a Spiritu

(1) Q. 178, art. 1, in corp.

sancto intentum. En notio scripti divinitus inspirati seu inspirationis, ut nunc vocari solet, librorum sacrorum vere verbum Dei continentium et auctore Spiritu sancto scriptorum, quam, ne confusio oriatur, continere adverte 1° inspirationem, altero sensu supra ex S. Thoma, præparatoriam revelationis, et præterea 2° revelationem, non quidem eo sensu quod sacer scriptor aliunde jam scire nequeat quæ scribenda sunt, sed quod ea omnino, priusquam scribat, divinitus ut Dei verbum percipere debeat, quo sensu supra revelationis notionem exposuimus ; 3° motionem divinam ad scribendum, ut supra ; et 4° assistentiam divinam item supra declaratam. Quæ quidem motio et assistentia proprium scriptoris humani ingenium et indolem ac artem scribendi minime excludunt, ea vero continent ac dirigunt intra limites veræ et aptæ divini verbi expressionis, qualem intendit Spiritus sanctus.

67. Tandem oportet ut certis quibusdam signis constet quæ divinus præco loquitur vel scribit ut divinum verbum reapse divinitus esse revelata. Jamvero, quemadmodum concinne exponit Van Weddingen (1): « Ut *certo* ac positive inferat quis revelationis *factum,* ad signum quod virtualiter Dei testimonium et auctoritatem contineat erit tandem recurrendum. Tale autem Dei testimonium, respectu nostri, constare debebit hisce operibus *quorum Deus unice auctor esse possit.* Sed Dei operationes proxime dimanant, saltem nostro concipiendi modo, ex ipsius *omniscientia* atque *omnipotentia.* Hinc concludimus vera ac propria criteria divinæ revelationis fore manifestationes divinæ scientiæ atque divinæ voluntatis, prout ex illis, tamquam ex formali et peremptorio argumento, doctrinæ religiosæ divinitas et factum revelationis nobis innotescere possunt. Atqui sensibilis divinæ omniscientiæ manifestatio,

(1) *De Miraculo.* Prolegom., III, 14.

quatenus sumitur ut connexa, in ratione signi, cum veritate aliqua fidei nostræ exhibita continetur in propositione cognitionum *quas Deus solus habere ac communicare possit:* has autem proprie *prophetias* dicunt. Et rursum sensibilis manifestatio divinæ omnipotentiæ complectitur opera et signa *quæ, in concreto suo statu, causæ primæ actioni unice possint referri:* atque ejus generis opera *miracula* vocantur. Prophetiæ igitur et miracula *certa* et *positiva* revelationis criteria sunt. Illa enim doctrinæ quam afficiunt ipsius primæ Veritatis auctoritatem conciliant et suffragium plenamque circa cœlestem ejus originem procurant certitudinem. Quoniam autem ea criteria non fluunt ex subjecti revelationis sive hominis natura, sed fiunt præter exigentiam et supra vires naturæ totius, nec doctrinæ ipsi inhærent, sequitur miracula et prophetias *extrinseca* et *supernaturalia* criteria esse dicenda. »

68. Duo igitur maxime sunt consideranda : vera notio miraculi, qua et prophetiam complectitur, utpote divinæ unice scientiæ manifestationem ; et ejusdem miraculi efficacia tanquam divinum testimonium irrefragabile.

Notio quidem hic ulterius explicanda non est, breviter Doctor Angelicus eam exponit his verbis : « Id quod fit præter ordinem totius naturæ (1). » Adeoque opus est sensibile, quod agens creatum nullum patrare valeat virtute sua propria, quodque proinde *soli causæ primæ* referendum est tamquam auctori, eique operanti extra ordinem a se statutum. Ut tamen amplitudo ordinis *miraculosi* pateat, addimus quam in summam contrahit disputationem Van Weddingen : Ordo miraculosus constat « formaliter, proprie et primario iis operibus quæ sunt præter exigentiam ac supra vires naturæ

(1) *Summa theol.*, I, q. 110, a. 4, ad 2m. — De miraculo doctrinam, pro more suo, egregiam tradit S. Thomas, in *Summa theol.*, 1a, q. 105, art. 6, 7, 8, coll. 2. 2, q. 178 ; in *Summa contra Gent.*, lib. III, cap. 98, 99, 100-107, et *QQ. disp. de Potentia*, q. VI.

totius : sive naturæ facultatem superent *quoad effectus substantiam totam,* sive *quoad ipsum effectionis modum,* sive rursum opus *substantia* vel *modo* supernaturale efficiatur a Deo *immediate,* nullo adhibito naturali agente, adeoque actu vel creativo, vel creativo æquivalente et exclusivo divinæ omnipotentiæ exercitio ; sive effectus a Deo causetur, adhibitis naturalibus quibusdam agentibus creatis, addito tamen ipso primæ causæ concursu speciali, qui ipse naturæ totius facultatem et exigentiam omnem transcendat. Verum in præsenti Providentia, ordo miraculosus, in ratione divini manifestativi, *secundario* et *ab extrinseco* constituitur etiam ex mirabilibus operibus Spirituum, quatenus, actione sua sensibili, interveniunt in mundum aspectabilem atque varia portenta efficiunt ad divini alicujus consilii manifestationem vel fidei probationem, ipso Deo, præter constitutum universi ordinem, hanc Spirituum interventionem vel jubente vel tolerante. — Ut proin ordo miraculosus latius sumptus, sive complexus operum quæ infallibile Dei consiliorum signum ad nos deferunt, complectatur tum opera quæ solus Deus ac causa prima præter constitutum naturæ ordinem patrare potest, tum opera mirabilia spirituum. — Hinc si danda sit definitio miraculi theologice et univoce sumpti, illud in concreto suo statu describi poterit : *Effectus sensibilis, qui transcendit exigentiam et facultatem naturæ totius.* — Si vero exhibenda sit definitio miraculi *analogice* accepti, miracula dicentur : sensibiles et extraordinarii effectus qui, in præsenti Providentia, *sive in actu primo, sive saltem in actu secundo* et spectata concreta earum connexione cum doctrina pro supernaturali proposita, excedunt exigentiam ac facultatem causarum secundarum omnium et proxime pendent ab ipsa primæ causæ vel efficientia, vel saltem tolerantia aut jussione (1). »

69. Altera sedulo advertenda ea ratio est qua miracu-

(1) *De Miraculo,* parte I, cap. III, § 3, in fine.

lum vere est æquivalens testimonium divinum veritatis asserti, dummodo in hujus confirmationem adhibeatur, adeoque divinitatis verbi revelati quod tamquam divinum propositum confirmatur miraculo. Et hæc quidem miraculi *efficacia* in ratione signi ac testimonii divini ex ipsa ejus notione deducitur : quemadmodum omnia opera sua ad extra Deus edit ut sese creaturæ rationali manifestet, ita quoties Deus directo ac personali interventu, extra ordinem a se statutum, operatur, id fieri nequit nisi ex animo seu intentione manifestandi se hominesque attentos reddendi ad aliquid peculiare quod ipsis vult manifestari extra ordinem naturæ statutum (1), nec alius finis concipi ex parte Dei potest, qui nihil inutile operatur. Igitur prophetia Deus ipse manifestat suam omniscientiam, miraculo quovis manifestat suam omnipotentiam, aliasque perfectiones sibi proprias ; quodsi in confirmationem alicujus doctrinæ fiat miraculum seu invocetur in confirmationem veritatis aut divinitatis alicujus asserti, eo ipso Deus testatur seu confirmat suo testimonio veritatem aut divinitatem ejusdem doctrinæ. « In miraculoso effectu, *ait Van Weddingen* (2), hæc quinque adjuncta concurrunt : 1° Opus quod soli Deo tamquam causæ non tantum primæ, sed etiam principali et exclusivæ tribuendum est ; 2° connexio istius operis cum determinata aliqua doctrina quæ pro divina hominum fidei proponitur *quæque ex morali adjunctorum omnium æstimatione talis haberi minime repugnat;* 3° ipsa operis miraculosi actualis ordinatio, ut in exclusivum veritatis criterium assumatur ; 4° actualis in operante (Deo) cognitio veritatis de doctrinæ veritate aut falsitate ; 5° inductabilis hominum, quotquot existunt omnium tendentia, naturæ visceribus insita, habendi tale opus ceu summi Dei ac primæ Veritatis testimonium. — Porro ex

(1) Recole quæ supra ex S. Thoma citavimus, 2. 2, q. 178, art. 1, coll. 3, q. 13, a. 1.

(2) *De Miraculo*, p. 1, cap. VI, n. 4.

horum omnium concursu est ut legitima sit hæc conclusio : quotiescumque Deus verum miraculum operatur, ipse vi institutæ a se Providentiæ et comparatæ mentis humanæ indolis, opus patrat quod necessario et exclusive, ex se toto ad veritatis probationem ordinatum est. Si igitur illud connotaret doctrinam non veram vel non divinam (quæ ut talis confirmatur) Deus verissime mendacii ac deceptionis auctor foret (1). »

70. Hucusque de convenientia miraculi ad supernaturalis revelationis probationem, quid vero de *necessitate* ejus ad eumdem finem ? In primis negandum non est de potentia Dei absoluta et ordine Providentiæ possibili fieri potuisse ut religionis divinitas hominibus vel quodam instinctu prophetico, vel alio supernaturali quidem, non tamen sensibili et publico medio at potius interno et quasi privato principio agnosceretur. Imo et in præsenti ordine non repugnat quin medio interno, extraordinaria illuminatione ac motione prophetica unum alterumve, puta, immediate percipientem divinum verbum, Deus edoceat ; atvero, attenta hominum communitate, merito Suarez docet post S. Thomam supra citatum n. 66 in fine : « Quamvis miracula non sint necessaria singulis ut possent credere, tamen respectu communitatis possunt dici quodammodo necessaria, quia sine illis pauci crederent. Et hæc ratio necessitatis maxime augetur, si Ecclesia non consideratur solum prout erat in illis hominibus qui Christum audierunt, sed ut erat perpetuo usque ad finem sæculi duratura, in eis qui nec viderunt Christum, nec audierunt (2). »

Et hoc quidem evidentius apparebit in sequentibus, ubi expositam modo doctrinam applicabimus revelationi reapse factæ, præsertim per Christum, et miraculis in ejusdem confirmationem reipsa patratis.

(Continuabitur.)

---

(1) Lege Lugo, *de Fide*, d. II, s. 1, n. 26 et Suarez, *De mysteriis vitæ Christi*, disp. 31, sect 2, n. 7.

(2) *De Mysteriis vitæ Christi*, disp. 31, s. 1, n. 6.

Acta Congr. Prosynodalis

habitæ Brugis die 1 Junii 1897

Amplissimi et Reverendi admodum Domini, ad Congregationem Prosynodalem invitati, die 1 Junii 1897, hora cum dimidia, convenerunt in sacellum Ill^{mi} ac Rev^{mi} D^{ni} Episcopi ; ubi interfuerunt sacrosancto Missæ sacrificio, per Ampl. D. Archipresbyterum in honorem Spiritus Sancti celebrato.

Post Missam, omnes in aulam palatii episcopalis majorem convenerunt, ubi, recitato hymno *Veni Creator,* Ill^{mus} ac Rev^{mus} D^{nus} venerabilem cœtum sequentibus verbis allocutus est :

Amplissimi Domini ac dilecti in Christo Cooperatores,

Utile Nobis visum est, in principio hujus nostri consessus, quædam agendis optime accommodata Vobis brevi sermone proponere, quæ quidem ad tria capita reduci possunt, quorum 1^{m} est de doctrina salutari addiscenda ac docenda, 2^{m} de disciplina cleri ac populi, 3^{m} de administratione sacrorum et re liturgica. Potiori autem jure hæc coram Vobis eloquimur, quod Rev, adm. Decanis denuo specialiter demandamus accuratam ecclesiarum ac parochiarum visitationem, quam imperfecte nimis per Nos ipsos instituere valemus, reservata Nobis ecclesiarum decanalium visitatione.

Cæterum, ut monet sapientissimus Pontifex Benedictus XIV : « Necesse non est, ut in qualibet synodo novæ semper condantur leges, sed quandoque expedit antiquas tantum instaurare, earumque insistere observationi (1). » Neque juvat contra certos in specie abusus leges ferre et condere decreta, nisi eos irrepsisse constet aut verum periculum sit ne iidem irrepant, nec profecto sufficit apud unum alterumve eos fuisse deprehensos. Ideo mens Nostra est nova decreta non addere, nisi forte quædam in hoc cœtu nostro necessaria

(1) *De Synodo*, lib. VI, cap. 1, n. II.

proponi contingat ; eo vel magis, quod admodum pauca sint quæ tanquam in hoc prosynodali conventu collegistis tractanda, quæque uno saltem mense ante congregationem, juxta præscriptum statutorum diœcesanorum, id probante Benedicto XIV (1), ad Episcopum transmittuntur.

Hunc igitur finem hisce animadversionibus generalibus præcipue prosequimur, ut clero Nostro in iis quæ majoris momenti sunt, pro temporum et locorum adjunctis præsentibus, optima præbeamus consilia, salutaria proferamus monita.

I.

De doctrina salutis addiscenda ac docenda.

Maxime Nobis cordi est, quemadmodum pluribus jam actis demonstravimus, ut clerus Noster sapientia ac scientia salutis emineat ; nec sine optima ratione id vehementer cupimus, cum sacra doctrina sacerdotibus non modo ornamento sit ac decori, sed præterea agendis prælucere debeat, sitque radix omnium bonorum, tum ipsi sacerdoti, tum populo eidem commisso, sit contra omnia pericula efficacissima præservatio, firmissimum tutamentum, sit excitamentum simul ac moderamen zeli sacerdotalis, nostra præcipue tempestate apprime necessarium.

« Hæc est vestra sapientia, et intellectus coram populis, ut audientes universa præcepta hæc, dicant: En populus sapiens et intelligens, gens magna (2). »

Sapientiam variis locis magnifice celebrat ipsa divina Scriptura : « Beatus homo, qui invenit sapientiam, et qui affluit prudentia : melior est acquisitio ejus negotiatione argenti, et auri primi et purissimi fructus ejus. Pretiosior est cunctis opibus, et omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera ejus, et in sinistra illius divitiæ, et gloria. Viæ ejus viæ pulchræ, et omnes semitæ illius pacificæ. Lignum vitæ est his, qui apprehende-

(1) *De Synodo*, lib. VI, cap. I, n. 1.
(2) Deut., IV, 6.

rint eam, et qui tenuerit eam beatus... Custodi legem atque consilium : et erit vita animæ tuæ, et gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, et pes tuus non impinget : si dormieris, non timebis : quiesces, et suavis erit somnus tuus. Ne paveas repentino terrore, et irruentes tibi potentias impiorum (1). » Et rursum : « Propter hoc optavi, et datus est mihi sensus : et invocavi, et venit in me spiritus sapientiæ ; et præposui illam regnis et sedibus, et divitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec comparavi illi lapidem pretiosum : quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, et tamquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem et speciem dilexi illam, et proposui pro luce habere illam : quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, et innumerabilis honestas per manus illius. Et lætatus sum in omnibus : quoniam antecebat me ista sapientia, et ignorabam quoniam horum omnium mater est... Infinitus enim thesaurus est hominibus ; quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei... Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, et qui capiat omnes spiritus: intelligibilis, mundus, subtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia : attingit autem ubique propter suam munditiam. Vapor est enim virtutis Dei, et emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera : et ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis æternæ et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius. Et cum sit una, omnia potest, et in se permanens omnia innovat (2). » Plurima addi digna (3) quæ longum esset adducere; sufficiant hæc in laudem sapientiæ et sacræ doctrinæ ab ipso Spiritu sancto effata, quibus ejusdem pretium et commoda infinita, necessitas quoque luculenter ostenduntur.

(1) Prov., III, 13-25.
(2) Sap., VII, 7-12, 22-27.
(3) Ibid. Cap. VIII.

Postulemus igitur frequenter a Domino pro nobis ipsis totoque clero hanc cœlestum sapientiam : « Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam... Mitte illam de cœlis sanctis tuis et a sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit et mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te ; scit enim illa omnia, et intelligit, et deducet me in operibus meis sobrie, et custodiet me in sua potentia. Et erunt accepta opera mea, et disponam populum tuum juste, et ero dignus sedium patris mei (1). »

Simul cum ferventi oratione, proprius labor ac studium acquirendæ scientiæ ac prudentiæ conjungatur oportet. Ideo rogo vos atque obsecro, Rev. adm. DD. ac dilecti Cooperatores, ut collationes ecclesiasticas, quales denuo ordinavimus, omni modo, omni ope atque opera tueri velitis, invigilare diligenter ut fideliter præscripta ac vota impleantur, identidem, quam frequentius licet, tum Parochorum, tum etiam Vicepastorum collationibus assistere, et illa opportunitate varia monita, optimaque consilia proponere ; hortari etiam parochos, quos ad id adstringere præcepto, ut in variis diœcesibus obtinet, nunc noluimus, ut mittant responsa sua frequentius, proprias quoque vestras animadversiones ac responsa ad Nos dirigere.

Et hoc quidem scientiæ sacræ ac sapientiæ studium eo majoris momenti apparet nostris diebus, quod majus periculum sit ne vel ipse clerus, præsertim junior, doctrinis novis ac peregrinis abducatur. Quanta rursum necessitas, ut et ipsi sacerdotes docendi muneri sint apti, imo in dies fiant aptiores. Quanta necessitas docendi populum cujus, apud certas saltem classes, excrevit rerum salutarium ignorantia. Vigilate ergo, RR. adm. DD., et iniquirite non solum in solemni visitatione, sed in frequentioribus visitationibus, omni opportunitate, etiam libenter excipiendo clerum vestrum, utrum omnes gnaviter studiis incumbant, utrum in prædicando verbo Dei ante omnia *doceant,* utrum saltem præceptis hac de re inhæreant : monete verbo, exemplo præite.

(1) Sap. IX, 4, 10-12.

II.

De disciplina cleri et populi.

Quædam ad disciplinam cleri ac populi propius spectantia attingere statuimus.

Cleri decus est integritas morum ac castitas. Omni ergo cura Nobiscum invigilent RR. adm. DD. Decani, ut quæcumque a clero Nobis commisso avertantur pericula. Ut ea quæ de ancillis præcepta vel vetita sunt omnes ad amussim servent : ut non admittantur garrulæ, vanitati inservientes, præsertim ne juniores et leviores. Abstineant sacerdotes ab omni consortio protracto aut inutili feminarum, a frequentioribus visitationibus ; in ipso sacro ministerio, in sacro tribunali, sint prudentissimi, ab omni specie etiam dubia mali abstinentes. Hanc vigilantiæ obligationem, quam mandato decanali assumpsistis, momentosam, gravissimam diligenter subite.

Nec vereamini paterno modo monere, si in hujusmodi re periculum etiam quodammodo remotius advertatis, quod nonnumquam sub prætextu rei intimæ, difficilis (delicatæ, ut aiunt), a superioribus immediatis negligitur. Monitum enim principiis obstans majoris imo necessariæ charitatis est, et melius quam, re in pejus forte versa, severior repressio.

Præterea, quod maxime, instantissime commendamus, hoc est, ut servetur decessorum ac patrum nostrorum, hujus diœcesis olim sacerdotum, antiqua simplicitas, modestia, humilitas, in seniores ac superiores quosvis reverentia ac obedientia : sæculum nostrum in hoc maxime perversum, nec sine periculo junioribus clericis. Dolentes dicimus : jam quædam indicia prodierunt quibus aliqui in regione nostra, non dico voluntate et deliberato judicio, sed quasi trahente sæculo quocum communicant, secreta quadam superbia, pertinacia judicii, potestatis et imperii crisi, obedientiæ detrectatione infici visi sunt ; quæ quidem quam longe aberant a mentibus et animis antiquorum sacerdotum Flandriæ, virorum gravium, doctorum ast humilitate conspicuorum, per omnia subditorum suis superioribus, non humano sensu sed fide ac religione omnia judicantium,

memorum se ante omnia esse Ecclesiæ filios et sacerdotes, Dei ministros in salutem animarum. Utinam etiam longissime in futuro tanta mala absint a nostro clero :ne unquam sint, qui de omnibus loquantur liberrime, qui populum, nedum contineant et dirigant, potius excitent, in quæstionibus quæ vehementius affectus et animos movent, ut quæstione flandrica, quæstione sociali, etc. personas aggrediantur, imprudenter conclament et scribant ; hæc omnia profecto, non modo sacerdotem, sed et virum vere christianum dedecent. Quis non videt sacerdotes, utpote cooperatores Episcopi, hujus non dico contraire judicio sed illud prævertere quam sit perversum, quam imprudens ! Quot etiam quæstiones, quæ primo intuitu non longe prospicientibus videntur mere politicæ, mere civiles, in quibus, ut imprudentes facile loquuntur, ecclesiastica potestas auctoritate non pollet, quæque contra potius huic potestati reservantur ! Ita, exempli gratia, sermo jam fuit de universitate studiorum flandrica. Ast, quis non videt, si de vere catholica universitate agitur, nec sane aliam cupiunt isti, hanc quæstionem reservari Episcopis, imo quadamtenus S. Sedi, ut nihil addamus de requisitis omne genus quibus nunc in unica Lovaniensi vix sufficimus. Ut igitur omni qua polletis auctoritate doctrinæ, ætatis, experientiæ ac virtutis præstantia animos juniorum sanis principiis imbuatis, recta dirigatis, in Domino obsecramus, per viscera Christi obtestamur. In specie, ne scriptis ac periodicis se dirigi sinant, nec ipsi eadem scribant aut dirigant absque Episcopi auctoritate invigilate, in memoriam revocantes regulas Indicis nuper a SS. Domino Leone XIII editas, in quibus legitur : « Viri e clero sæculari ne libros quidem, qui de artibus scientiisque mere naturalibus tractant, inconsultis suis Ordinariis publicent, ut obsequentis animi erga illos exemplum præbeant. »

Iidem prohibentur quominus, absque prævia Ordinarium venia, diaria vel folia periodica moderanda suscipiant (1). »

Tandem omne genus imprudentiæ ut vitent satagite, ita in quæstione flandrica, ne bellum personis indicentibus ac violenta quæque molientibus consentiant. Nonne, in ea

(1) *Decreta generalia de prohib. et censura librorum*, tit. II, cap. III. n. 42.

quæstione multo opportunius ac efficacius, et modo sacerdote digno, cooperari possunt conservationi ac restaurationi morum antiquorum patriæ christianæ, docendo christianam doctrinam, mores mitiores, humaniores inducendo, christianam urbanitatem inculcando, quibus in rebus, si solam naturam ac indolem populi nostri inspicias, fateri oportebit, longe a perfecto ipsum abesse, et sua sponte ac indole satis rudem ad mores minus humanos proclivem esse.

Sic autem transimus ad disciplinam in populo. Qua in re, sufficit in mentem revocare quæ anno elapso dictavimus : tria nempe sunt, maxime inculcanda, opportune et importune, publice et per domos, præprimis in scholis, congregationibus, in institutis operum socialium, ut dicitur : nempe 1º temperantia, 2º parcimonia, 3º christiana urbanitas, quæ connectitur intime cum exercitio plurium imo omnium erga proximum virtutum christianarum, ab iisdem oritur et eas juvat, iisdem quasi coalescit : nempe charitate, benevolentia, beneficentia, misericordia, patientia, mansuetudine, reverentia, etc. Si tria illa in Flandria nostra florerent : temperantia, parcimonia, urbanitas, quanta mala exciderent, quanta simul bona orirentur. Hæc inculcentur magistris utriusque sexus, ideoque visitatio scholarum frequens sit, ad amussim implendo hac de re præscripta, nec umquam satis in memoriam revocanda.

III.

De administratione sacrorum et re liturgica.

Jam re mature perpensa, et jamdiu præparata per doctrinam præsertim in Seminario traditam, animus Nobis est præscribendi usum Ritualis Romani ; quod quidem propositum initio anni ecclesiastici, a prima videlicet dominica Adventus proxime futuri, obtentis quæ desiderantur dispensationibus v. g. in administratione Extremæ Unctionis, Nos executuros speramus, obsequii gratia in sanctam sedem et Romanam Ecclesiam, omnium Matrem et Magistram. Hac in re, notandum est agi de solo *Rituali Romano,* non vero de abrogandis bonis, quas Romana Ecclesia non improbat,

traditionibus ; ideo nihil in re liturgica mutetur aut innovetur, nisi de expressa Nostra licentia et exspectata Nostra futura ordinatione. Cæterum, si merito credimus S. Sedis mentem esse ut Rituali Romano utamur, immerito tamen censeret quis spernendas esse omnes præter Romanos ritus traditiones, et erraret qui putaret hanc esse S. Sedis voluntatem, cum ipsum Rituale et sacrosanctum Conc. Tridentinum quosdam ritus traditos servari exoptet, et sapientissimus Pontifex Benedictus XIV, in lib. *de Synodo,* passim de administratione sacramentorum varia alleget Ritualia, et expresse de Mechliniensi, ita loquatur : « Pastorale Mechliniense, cujus non levis est auctoritas, tum quia ab Academia Lovaniensi anno 1588 approbatum, tum quia ab Octavio Frangipanio, Episcopo Tricariensi, per Germaniam, ac Belgium Nuntio Apostolico, ad diœcesis quoque Coloniensis usum protractum (1). »

Hanc opportunitatem nacti, qua agimus de administratione sacramentorum et re liturgica, pauca specialia attingere vellemus. Et 1° quidem, ut RR. adm. DD. Decani, in visitationibus suis, non tantum solemnibus, velint invigilare ut acta baptismatis collati, conjugii celebrati, etc., accuratissime et sedulo statimque inscribantur. Res evidenter maximi momenti est, et nonnumquam hujus rei momenti non satis conscii sunt sacerdotes ; in specie cura maxima esse debet ut, si contingat prolem per subsequens matrimonium legitimari, id non omittatur addi in regesto actorum etiam baptismalium.

2° Quod confessionalia attinet, in mentem revocantes quæ olim statuta fuerunt circa craten per quam pœnitens confessario loquitur, addimus optime hæc obtineri, sine mutatione ipsius sedis confessionalis, si ubique hujusmodi crates, a parte interiori, obducatur textili metallico, vulgo « jalousie métallique ».

Quod confessiones monialium attinet, notandum eisdem non licere e conventu suo exire ut se sistant extraordinario confessario, sed hunc confessarium, si petatur, accedere ad conventum debere. De confessariis quos designavimus, ad

(1) *De Synodo*, lib. VIII, c. III, n. IV.

tramitem decreti Congreg. Episc. et Reg. de die 17 Decembris 1890, quidam dubia suscitarunt, quæ facile resolvuntur inhærendo sensui obvio et menti seu intentioni designantis. Designati sunt confessarii omnes pro monialibus approbati, modo et moniales et confessarius ad eumdem pertineant decanatum. Mens fuit ut, cum exire nolimus moniales confitendi gratia, non advocent confessarium e longinquo, sed solum e decanatu ubi actu legitime commorantur, et hoc sensu pertinere debent *residentia* ad eumdem decanatum confessarius et monialis pœnitens.

Hac occasione, rursum monemus ut omnes Parochi aliique directores monialium paterno modo cum iisdem agant, vitantes omnem speciem familiaritatis aut levitatis simulque omnem duritiem. Sintque fideles observatores omnium quæ sapienter a Decessoribus nostris hac in re statuta sunt, nominatim circa instructionem seu conferentiam tempore suo habendam.

3º De sacramentis Pœnitentiæ et Eucharistiæ agentes, quoniam frequens ad sacramenta accessus vita est parochiæ, cumque tam necesse sit ad dignum accessum fideles specialiter identidem præparentur et confessarii extranei advocentur, iterum hortamur atque obsecramus RR. adm. DD. Decanos et Parochos ut missiones tum completas, juxta præscripta diœcesana, tum partiales occasione adorationis perpetuæ aliave, sedulo promoveant. Hoc opus est parochiale eximium.

Clerus doctus et sapiens, scholæ omnis gradus florentes, sanctimonialium Congregationes ferventes, varia instituta pia et socialia, frequentia sacramentorum in parochiis, hæc sunt quæ ab initio oneris episcopalis suscepti continuo ante oculos habuimus, sed et, Deo juvante, habebimus ad ultimum vitæ spiritum.

Amplissimi ac dilectissimi Domini, Nobiscum vigilate, Nobiscum laborate, Nobiscum orate, ut hæc Nobis concedat Dominus. Frequenter visitate parochias, libenter excipite sacerdotes vobis commissos, omnes ad fervorem excitate ; in relatione quoque de visitatione vestra instituta, speciatim de his quæ in hac concione vobis proposuimus, in futuro vos referre mandamus.

Equidem scimus plures ex RR. adm. DD. Decanis, etiam ut Parochos subire onus gravissimum, ideoque forsan minus frequenter visitare suas parochias, pauca ad Nos circa statum sui decanatus referre ; at vero, licet possibile sit munus decani minoribus parochiis, ut olim fiebat, annectere, non tamen decet, nec libenter id a principalioribus parochiis detraheremus. Cæterum omnibus, quotquot sumus, si muneri implendo fervide studemus, tempus non deerit, nec, Deo favente, bonus laboris nostri exitus. Quod vobis Nobisque apprecamur a Domino.

Post orationem ab Illmo D^no^ habitam, exceptis omnium Venerabilium Dominorum votis, eorumque exquisito de variis rebus consilio, visum est nova non esse condenda decreta, sed postea, simul cum ordinatione circa usum Ritualis Romani, quædam scitu utilia esse publicanda.

Unum tantum addendum : Approbante venerando cœtu, præcipimus ut in omnibus ecclesiis, in Dominica solemnitatis SS. Petri et Pauli, sub summo Sacro, concio fiat ad populum in qua opus eximium Denarii S. Petri denuo explicetur ac commendetur, eo fine ut fidelium fervor et liberalitas excitentur. Curent hac occasione RR. DD. Parochi eleemosynas abundantiores colligere ; modum autem colligendi relinquimus, pro diversis locorum adjunctis, eorum arbitrio : sive per collectam in ecclesia, sive per oblata in Missæ sacrificio, sive instaurato cœtu zelatorum seu zelatricum, ut aiunt, eleemosynas per domos colligentium, quod, ubi fieri potest, ut fiat omnino est optandum.

—

Reverenter et paramanter subscribimus, dilecti in Christo Domini,

† G. J., Episc. Brugen.

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Octobris

I

III Reg. XXII, 15 legitur : « Venit itaque (Michæas propheta) ad regem (Achab), et ait illi rex : Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an cessare ? Cui ille respondit : *Ascende, et vade prospere, et tradet eam Dominus in manus regis.* »

Ostende in his verbis prophetæ nullum esse mendacium.

II

Probando responsum, expone utrum omnes homines, absque ulla exceptione, de facto morituri sint.

III

Ad quamnam reparationem tenetur qui puellam ad fornicationem induxit per fictam promissionem matrimonii ?

IV

Sit casus « mulieris Avenionensis » quem refert Alciatus (*Lucubrat. in jus civ.,* Parergon, l. 9, c. 12) : « Memini, cum Avenione profiterer, fuisse quandam mulierem quæ... habebat plures liberos : quibus, cum moribunda in lecto esset, accersitis : Filii, inquit, mei, priusquam hac ex vita migrem, ne animæ meæ jacturam patiar, sum vobis quiddam relatura. Unus vestrum est mihi non ex marito conceptus qui rem mariti injuste possidet. Eum vobis nuncupabo, nisi vos nolueritis. Tum filii, cum quilibet de se metueret : Quin, inquiunt, mater, ab hoc onere nos te absolvimus, et mutuo nos liberamus. » Quæritur : 1) an mater quædam adultera tenetur marito suo vel filio suo spurio peccatum suum revelare, si aliter restituere nequit ? 2) Quomodo dijudicas modum agendi mulieris Avenionensis.

V

Indica practice modum reparandi læsionem famæ et honoris.

VI

Quænam cæremoniæ a celebrante missam privatam sunt servandæ et reverentiæ præstandæ, dum legit Introitum et hymnum *Gloria in excelsis?*

Responsa

ad quæstiones in conferentiis mensis Junii 1897 propositas

I

Q. Proba Act. Ap. XX, 7: « Una autem sabbati *cum convenissemus ad frangendum panem* », sermonem esse de celebratione Eucharistiæ.

R. « Interpretes Catholici nonnulli negarunt sermonem esse hoc loco de celebratione Eucharistiæ; sed horum sententia pluribus non probatur. Et vero de Eucharistia hic agi ut credamus, rationes satis firmæ suadent. Ac primum quidem ipsa dictio Κλᾶν τον αρτον, *frangere panem,* quæ solennis est ad eam rem significandam locutio (cf. Act. Cap. II, 42 et I Cor. X, 16); tum, quod hæc *fractio panis* locum habuit die dominica, qua die solebant Christiani sacros agere conventus (cf. I Cor. XVI, 2); et Eucharistiam celebrare (cf. S. Justinus, Apol. 1, nº 67, pag. 83 in edit. Benedict.); porro, quod in tota hac narratione ne unum

quidem verbum occurrit, ex quo conjicere liceat, sermonem hic esse de vulgari quodam convivio, ad quod Paulus Troadenses vocasset. Imo, quod illi conventui adessent quoque qui fenestræ insiderent (v. 9), id profecto convivio non belle congruit. Denique sic visum est plerisque ex Antiquis ; nam et Interpretes Syrus, Arabs, et Æthiops hoc loco celebratam Eucharistiam intellexerunt ; in eadem sententia pariter fuere S. Augustinus (Ep. 86 apud Lorinum ad h. l.), et Ven. Beda (ad h. l.). Itaque dicendum videtur, Troadenses illuc convenisse ad celebrationem Eucharistiæ » Beelen.

G. V. D. P.

II

Q. Ex S. Scriptura demonstra protoparentes nostros fuisse a Deo ornatos donis supernaturalibus gratiæ et sanctitatis.

R. PRIMUM ARGUMENTUM. Ex Eccle. VII, 30 : « *Solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum, et ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.* »

Sensus hujus textus : Ecclesiastes in hoc capite VII commendat hominibus justitiam et sanctitatem vitæ, conqueritur autem quod *non sit homo justus in terra, qui faciat bonum et non peccet* (v^s 21), et quod in mille hominibus unum tantum virum virtutis invenerit (v^s 29), et, dicit se quæsivisse rationem hujus rei (v^s 28), et post hoc statim addit : *Solummodo hoc inveni quod fecerit Deus hominem rectum* (scilicet, solummodo inveni hoc : causam cur homo peccet non esse Deum, nam Deus fecit hominem rectum), *et ipse se infinitis miscuerit quæstionibus* seu, juxta textum hebraïcum cui consentiunt Chald., Syr., Arab. et LXX, *et ipsi* (homines scil.) *inquisierunt computationes* (inventiones, cogitationes, ratiocinia λογισμοὺς dicunt LXX) *multas,* (scil. sed homo est qui multas peccaminosas cogitationes quæsivit, quia « libero arbitrio derelicti, vitio nostro ad pejora

labimur, dum majora quærimus et ultra vires nostras varia cogitamus » Hier. in hunc locum).

Argumentatio. In hoc loco Eccles. asserit Deum creasse hominem rectum.

Atqui hic agitur de rectitudine : 1° morali, 2° supernaturali.

Ergo Eccles. asserit Deum creasse hominem rectum rectitudine morali et supernaturali.

Rectitudo autem supernaturalis habetur per ornatum donorum supernaturalium gratiæ et sanctitatis.

Ergo Eccles. asserit Deum ornasse hominem donis supernaturalibus gratiæ et sanctitatis.

Probatur minor : 1° *Agitur de rectitudine morali.* Nam hoc sequitur evidenter ex toto contextu, et ex sensu textus, et ex hoc : solemne esse in Sª Sª justos vocari rectos.

2° *Agitur de rectitudine supernaturali.* Nam a) In toto hoc capite Ecclesiastes continuo hortatur homines ut juste et sancte id est sapienter vivant. Jamvero Sª Sª nunquam hortatur ad solam justitiam naturalem sed ad supernaturalem ; hortatur enim ut homines vivant ita ut assequantur finem suum ultimum. Finis autem ultimus hominum de facto est supernaturalis, supernaturali sanctitate assequendus. Hortatur ergo homines ad vivendum in supernaturali justitia. Conqueritur autem quod ita non vivant, et addit : Attamen culpa non est Deo tribuenda, nam Deus creavit hominem *rectum,* id est ergo, *cum hac rectitudine supernaturali ;* secus enim ratiocinatio Ecclesiastes nullum valorem haberet. — b) Ex toto usu biblico. Usus est universalissimus et continuus in Sª Sª ut voce *rectitudinis* non designetur simpliciter rectitudo mere naturalis sed *semper rectitudo supernaturalis.* Sic α) Deus dicitur justus et *rectus* (Deut. XXXII, 4). Job, *cui non erat similis in terra,* dicitur *simplex et rectus* (Job. I, 8). Reges populi Israelitici, quando sancte vixerunt et

rexerunt, laudantur *quod fecerint quod rectum erat coram Domino* (3 Reg. XI, 38 ; XV, 5 ; 4 Reg. XII, 2 et passim). Jamverò ibi ubique agitur de rectitudine supernaturali. Sic β) talia dicuntur de *rectis* quæ dici non possunt nisi de justis justitia supernaturali ; et talia ipsis dantur præmia quæ mereri non possunt nisi operibus supernaturalibus. Iniqui struunt insidias ut *sagittent in obscuros rectos corde* (Ps. X, 3) ; sed Deus *salvos facit rectos corde* (Ps. VII, 11) ; Deus prætendit *justitiam suam his qui recto sunt corde* (Ps. XXXV, 11) ; *generatio rectorum benedicetur* (Ps. CXI, 2) ; recti *diligunt Deum* ut sponsum animæ suæ (Cant. I, 4), quæ est dilectio supernaturalis ; in judicio Dei *videbunt recti et lætabuntur, et omnis iniquitas oppilabit os suum* (Ps. CVI, 4) ; quæ merces hîc promissa supernaturalis erit. Sic γ) in pluribus psalmis expressio *rectus corde* prorsus synonyma habetur expressioni *justus et sanctus,* agendo de justitia supernaturali. Sic legimus : *Lætamini in Domino et exultate justi, et gloriamini omnes recti corde* (Ps. XXXI, 11) ; *Exultate justi in Domino, rectos decet collaudatio* (Ps. XXXII, 1) ; *Lux orta est justo, et rectis corde lætitia* (Ps. XCVI, 11) ; *Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo ; et habitabunt recti cum vultu tuo* (Ps. CIX, 14).

Secundum argumentum. Ex Gen. I, 26 : « *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* » His verbis dicitur homo effectus, saltem etiam, ad imaginem Dei *supernaturalem.* Ergo Deus creavit hominem ornatum donis supernaturalibus gratiæ.

Demonstratur antecedens : 1° Nullus ex Sis Patribus est qui neget hæc verba etiam de supernaturali imagine dici posse ; nonnulli unice loquuntur de imagine supernaturali ; illi qui tradunt interpretationem tum de naturali tum de supernaturali imagine addunt hanc ultimam explicationem esse potiorem. 2° Auctor libri Sap. cap. II, 23 et seqq. postquam dixit Deum : « *Ad imaginem similitudinis suæ fecisse illum* » hominem scil.,

explicat in quo consistit hæc imago. Jamvero eam explicat enumerando dona præternaturalia et *supernaturalia* et præsertim *gratiam sanctificantem*. 3° S^us^ Paulus in duplici loco ubi alludit ad textum Geneseos (Eph. IV, 23; Col. III, 9, 10) refert expressiones: « *secundum Deum* » « *imaginem Dei* » ad justitiam et sanctitatem supernaturalem (Cfr. argum. tertium).

Tertium argumentum. Ex Eph. IV, 22, 23: « *Renovamini spiritu mentis vestræ et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis* » coll. Col. III, 10: « *Induentes novum* (hominem) *eum, qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus, qui creavit illum.* » Ex quibus verbis ita ratiocinamur: 1° In his verbis Apostolus hortatur christianos ut modum suum vivendi renovent, novi fiant, et virtutes exerceant. Jamvero in toto capite IV et V ad Ephesios et in toto capite III ad Col. Apostolus addit *quidnam* facere debeant ut sint renovati, *quomodo* vivere debeant, *quasnam* virtutes colere ipsos oporteat. Hæc omnia autem quæ ita enumerat *supernaturalia* sunt. Ergo jam sequitur ad evidentiam usque hæc verba: « qui secundum Deum creatus est *in justitia et sanctitate veritatis* » et « *secundum imaginem ejus* » significare non justitiam et sanctitatem *pure naturalem* aut imaginem *juxta ordinem naturæ tantum* sed *justitiam et sanctitatem supernaturalem* et *imaginem supernaturalem*. Affirmat ergo Apostolus hunc novum hominem, qui induendus est, fuisse creatum in justitia *supernaturali* et *secundum imaginem Dei supernaturalem*.

2° Hoc jam posito: Novus ille homo, is qui induendus est, juxta multos interpretes tum novos tum antiquos, est ipse Adam. Sensus tunc esset: Vos per peccata vestra non vivitis ut boni christiani. Hortor ergo vos ut deponatis omnem malitiam, et ut novi homines fiatis, ut induatis Adamum, sicuti erat ante peccatum suum, scil. Adamum sicuti creatus est in justitia et sanctitate, sicuti erat secundum imaginem Dei. In hâc sententia,

quum demonstravimus sub 1° hanc justitiam, sanctitatem et imaginem esse *supernaturales,* evidens est affirmari Adamum fuisse creatum cum donis supernaturalibus gratiæ et sanctitatis.

3° Sed sunt etiam plures qui cum S° Hieronymo tenent hunc novum hominem *directe* significare Christum sicuti ad Rom. XIII, 14 : « *Induimini Dominum Jesum Christum* ». Ast etiam in hâc sententia propositio nostra demonstratur. Nam a) dicitur : *Renovamini.* Ergo actio induendi novum hominem debet fieri renovatione quadam, id est, recuperando seu denuo induendo id quod fuerat amissum, quod fuerat depositum. Atqui, uti sub 1° demonstravimus, hæc renovatio fit assumendo virtutes *supernaturales.* Ergo quandoque amissa et deposita fuerunt dona *supernaturalia.* Ergo ante peccatum suum Adam habebat dona supernaturalia. — b) Verba « *qui secundum Deum creatus est* » et « *secundum imaginem ejus qui creavit illum* » sunt clara allusio ad Gen. I, 27 : « *Et creavit Deus hominem ad imaginem suam.* » Ergo etiamsi directe significetur Christus tamen etiam indirecte adsignificatur Adam, ita ut sensus sit : Renovamini, illudque, quod perdidistis, recuperate, et induimini Dominum Jesum Christum, ut, quemadmodum primus homo Adam, ita et vos iterum sitis ad imaginem et similitudinem Dei constituti in sanctitate et justitia supernaturali.

QUARTUM ARGUMENTUM. Tota S. Scriptura nos docet redemptionem esse reparationem lapsûs quo protoparentes bona ipsis collata amiserunt, et restitutionem boni præcipui.

Atqui reparatio consistit in collatione gratiæ sanctificantis.

Ergo tota S. Scriptura nos docet amissam fuisse gratiam sanctificantem.

Ergo Adam, ante peccatum, habebat gratiam sanctificantem.

V. J. C.

III

Q. Explica et vindica distinctionem materiæ furti in *absolute* et *respective* gravem.

R. Materia absolute gravis est quæ ad grave peccatum sufficit quæcumque sit persona læsa. Materia respective gravis est quæ ad grave peccatum sufficit respectu habito ad conditionem personæ læsæ, ita ut ipsa haberi possit levis respectu alterius personæ.

Jamvero 1) in materia furti statuendam esse materiam respective gravem, seu habendum esse respectum ad conditionem personæ læsæ, sententia est fere communis antiquiorum, quæ apud recentes omnino communis evasit. Et merito : nam ex ablata pecunia materialiter eadem, homo mediocris grave damnum, dives leve tantum damnum patietur, et ideo rationabiliter ille, non vero iste, graviter invitus erit. Hæc autem materia respective gravis, ut videbimus, censetur communiter ea quæ secundum conditionem personæ læsæ sufficit ipsi pro diurna sui suæque familiæ sustentatione.

Objicies : ad eamdem pecuniæ summam, puta quinque francorum, idem jus habet dominus, sive dives sit, sive pauper. Respondetur : jus divitis esse *æque strictum seu rigorosum,* sed non esse *ejusdem momenti.* Quod communi experientia constat : nam si pauculi franci surripiuntur diviti, ipse de damno sibi illato vix dolebit deque recuperatione pecuniæ vix curabit ; e contra pauper rationabiliter dolebit ac curabit multum : « mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, et everrit domum, et quærit diligenter, donec inveniat ? Luc. XV, 8.

At manet altera difficultas : si ea censetur in furto materia gravis, cujus privationem alter grave damnum æstimat, nonne erga opulentissimos ad centum francos et ultra assurget ? Ut enim, apud S. Alphonsum h. l. ait S. Thomas (seu potius Gulielmus Peraldus) in opusc.

de eruditione principum, l. 7, c. 8 : « in amissione unius gallinæ plus pauper gravatur quam unus multum dives gravaretur in mille marcis.» Iterumque si mensura materiæ gravis censetur diurna sustentatio illius qui læditur, quid de locupletibus qui quingentos francos de die expendunt ? Respondetur pro his extraordinarie divitibus materiam gravem jam non esse respective sumendam neque indefinite augendam proportione divitiarum : quia præter damnum quod his personis directe infertur, spectandum est grave damnum quod ipsa societas humana pateretur, si non graviter prohiberetur ablatio rei, minoris quidem momenti pro extraordinaria conditione personæ læsæ, magni vero momenti pro omnibus communiter hominibus.

Ideo 2) materia absolute gravis erit quæ tanta videtur ut jam unusquisque censeri debeat graviter invitus erga furem, si minus quia hoc furtum sibi personaliter et directe hic et nunc notabile damnum infert, saltem quia graviter nocet ordini et securitati societatis.

Objicies : si ex hoc capite desumitur malitia furti gravis erga ditissimos, debuit etiam graviter prohiberi furtum rei modicæ : quia licet secundum se modicum detrimentum videatur afferre, magnum tamen detrimentum sequi poterit ex iis furtis frequenter et communiter repetitis. Respondetur negando sequelam. Experientia enim testatur de facto non sequi illud grave detrimentum. Et ratio est, quod licet timor gravis culpæ a furtulis non deterreat, spes tamen magni lucri ad ea non invitat : e contrario furtum quantitatis absolute gravis tantum lucrum affert ut, nisi graviter prohiberetur, a multis frequenter committeretur cum gravissimo detrimento divitum, principum, civitatum. Cæterum repetita furtula interdum in gravem materiam coalescunt. — Cfr. Lugo, *de just.* disp. XVI, n. 23, 29-32.

Q. E. D.

IV

Q. Hanc materiam absolute et respective gravem pro nostris locis et temporibus, quantum fieri potest, determina.

R. Quædam prænotamus. 1) Materiam tum absolute tum respective gravem omnino presse determinare non valemus sed quibusdam tantum limitibus constringere. Quod omnes AA. fatentur et rei natura satis manifestat. Hic igitur, sicut in multis materiis, quid sit objective peccatum mortale, quid veniale « difficillimum est invenire, periculosissimum definire. » S. Aug. de civit. Dei, l. 21, c. 27, n. 5.

2) Determinatio repetenda est ex judicio prudentum, scil. ex doctrina theologorum, potius quam directe ex intrinsecis rationibus. Hæc enim determinatio, præsertim accuratior, ex quodam sensu ac tactu theologico magis quam ex certa ac definita ratione pendet. Egregie S. Alphonsus (H. Apost. tr. 10, n. 22.) « Talis commensuratio pendet a sapientum existimatione, ideoque recte dicunt Salmanticenses opiniones in hoc communiores fieri etiam intrinsece probabiliores. »

3) Auctores, pro materia gravi aliquam pecuniæ summam indicantes, pro suo quisque loco et tempore loquuntur. Unde primo, æstimandus est hujus pecuniæ *valor* qui dicitur *absolutus,* ex quantitate auri aut argenti sinceri in moneta assignata contenti eo præcise loco et tempore quo auctor scribebat. Secundo, hujus summæ *valor relativus,* in ordine ad res utiles emendas eo loco ac tempore, comparandus est cum valore relativo quem nostris locis ac temporibus habet : etenim valor pecuniæ relativus tum pro variis adjunctis *locorum* varius est et fuit ; tum præcipue pro diversis *temporibus* fuit diversissimus. Ut autem rite fiat hæc comparatio, non sufficit conferre quarumdam rerum pretia, sed totus status œconomicus regionis, in qua degebat scriptor, cum

statu nostro præsenti diligentissime conferendus est. Ideo, quamvis auctoritas antiquiorum theologorum in genere majoris facienda sit quam modernorum, in hac tamen quæstione, præsertim ob magnam difficultatem æstimandi ac conferendi valorem relativum pecuniæ, primarie recentiorum sententiis, adjuncta veterum doctrina, insistendum.

Jam *ad primam quæstionis partem.* Pro nostra regione ac nostro tempore materia absolute gravis poni nequit infra valorem 20 fr., neque supra 40 fr. Si inter hos limites pressior determinatio requiratur, censemus inter hos terminos sapienter teneri medium, ita ut circiter valor 30 fr. statuatur.

Hanc resolutionem breviter tueri conabimur ex doctrina theologorum modernorum, adjuncta etiam veterum theologorum doctrina.

A) Si exquiras sententias præcipuorum auctorum qui in ultimo vicennio scripserunt, invenies reipsa servari limites quos indicavimus. Ita Lehmkuhl (t. I, n. 931), in Germania, statuit 15 marc. seu pene 20 fr.; Aertnys (l. III, n. 287), in Hollandia, 20 fr.; Crolly (t. III, n. 282), in Anglia, 17-18 shill. seu 22 fr.; Haine (t. II, de just. q. 92), in Belgio, Marc (I, n. 906), in Italia et Theologia Claromontensis (t. VI, n. 148), in Gallia, 20-25 fr.; Marres (t. I, l. II, n. 162), in Hollandia, 10-12 flor seu 22-25 fr.; Sabetti (n. 404), in Fœd. Stat. Americæ, 5 doll. seu circ. 27 fr.; Bucceroni (Instit. Th. mor., de 7° præc. n. 448 : « 20 vel 30 lib. et 30 potius quam 20 »), in Italia, 30 fr.; Berardi (Prax. C. n. 367), ibidem, 30 fr.; D'Annibale (II, n. 193), ibidem, ultra 30 fr.; Ill. ac Rev. Waffelaert (de Just. II, n. 215), quem sequitur Génicot (Theol. I, n. 497), in Belgio, circ. 40 fr.; Konings (apud Génicot, l. c.), in Fœd. Stat. Americæ, 10 doll. seu circ. 54 fr. (at ibi multo minor est valor relativus pecuniæ). Ulterius, si has omnes quantitates addendo ac dividendo mediam quantitatem quæras,

invenies circiter 29 fr. (et si semoveas Konings et Sabetti, pro Fœd. St. Amer. scribentes, adhuc habebis 27 fr.). Igitur, etiamsi intendat quis medium tenere et æquam rationem habeat de severis et benignis æstimationibus, ad 30 circiter fr. ascendere poterit.

B) Si nunc auctores anteactorum temporum consulamus, haud facile sententias eorum ad nostra tempora transferre poterimus. Etenim hucusque vix tentarunt eruditi, pro præcipuis Europæ regionibus ac diversis temporibus actis, accurate conferre valorem relativum pecuniarum cum valore relativo quem nunc habent, atque ita indagare multiplicatorem adhibendum ut summæ ab AA. assignatæ respondentem sibi valorem hodiernum repræsentent. Pro Gallia, novimus duo opera præstantia : primum brevius, editum a *Leber* anno 1847 : *Essai sur l'appréciation de la fortune privée au moyen-âge,* alterum fusissimum, nuper conscriptum a *D'Avenel : Histoire économique de la propriété, des salaires, des denrées et de tous les prix en général, depuis l'an 1200 jusqu'en l'an 1800,* vol. 1 et 2 (1894), cujus compendium vulgavit sub titulo : *La fortune privée à travers sept siècles* (1895). Hic quidem scriptor, patientissimo labore, ferme sexaginta millia pretiorum collegit, ad nostrum systema metricum ac monetarium reduxit, suasque inde conclusiones statuit. Nihilominus neque olim erudito operi Leber defuit acris contradictio (ut notatur in *Précis historiques,* a. 1873, p. 290), neque ipsi eruditissimæ lucubrationi D'Avenel (ut notatur in *Polybiblion,* t. LXXIV, p. 29) omnis contradictio deest. Præterea maxime attendendum ipsos de *sola Gallia* scripsisse ac diserte testari suos computus ex speciali Galliæ conditione, ex pace aut bello, prosperis aut adversis quomodocumque rebus gallicis, plurimum affici. Nequeunt profecto tales computus simpliciter applicari summis quas assignant theologi Germani, Itali, Belgæ, ac præsertim Hispani : quum omnino

specialis fuerit conditio Hispaniæ, tempore quo ex Novo Orbe immensa auri et argenti copia in portus hispanicos exundabat (cfr. Molina, t. III, disp. 685, n. 2). Igitur pro nostra quæstione hi computus accuratam normam præbere nequeunt : sed utiles erunt ut aliquali approximatione æstimemus quantitates ab AA. assignatas (1).

His notatis 1° opinamur melius semoveri summistas aliosve theologos sæculi XV et initii sæc. XVI : tum quia valde difficile est rationem satis accuratam habere de toto statu œconomico eorum regionis ac temporis ; tum præsertim quia sine diligenti examine ex aliquo juris romani textu ac glossa videntur rem definire. Ita Angelus a Clavasio († 1495), in *Summa Angelica*, V° *Furtum*, n. 34: « minima accipere non erit peccatum

---

(1) Utramque æstimationem hic compendiose exhibemus. 1) *Leber*, relate ad sua tempora scil. a. 1800-1840, valorem seu vim pecuniæ censuit fuisse a. 1200-1525 sicut 6 ad 1 ; a. 1525-1550, sicut 4 ; a. 1550-1575, sicut 3 ; a. 1575-1800, sicut 2. Ut hanc æstimationem ad nostra tempora reduceret, proposuit aliquis doctus scriptor in *Précis Hist.*, a. cit. p. 291, multiplicatorem 3/2 : ita haberemus 9 pro a. 1200-1525, 6 pro a. 1525-1550, 4 1/2 pro a. 1550-1575, 3 pro a. 1575-1800 et 3/2 pro a. 1800-1840. At valorem pecuniæ relativum abhinc 100 annos fuisse revera *triplicem* gallici œconomistæ minime admittunt (D'Avenel, op. minoris, p. 37-39 ; P. Leroy-Beaulieu, *Essai sur la répartition des richesses*, p. 104). Quoad hanc æstimationem Leber, notari juvat ipsam fuisse omnino erronee transscriptam a J. Garnier, *Traité d'économie politique*, (7e édit.), n. 433 s., ita ut dicta a Leber de sæculo decimo *sexto* tanquam de sæculo decimo *septimo* dicta exhibeantur. — 2) D'Avenel, in op. minore cit., p. 37, ita habet : Le pouvoir des métaux précieux, de 1200 à 1800, comparé à leur pouvoir actuel *pris comme unité*, semble avoir été :

En 1201-1225, de	4 1/2	En 1551-1575, de	3.00
En 1226-1300, de	4.00	En 1576-1600, de	2 1/2
En 1301-1350, de	3 1/2	De 1601 à 1625.	3.00
En 1351-1375, de	3.00	De 1626 à 1650.	2.50
En 1376-1400, de	4.00	De 1651 à 1675.	2.00
En 1401-1425, de	4 1/4	De 1676 à 1700.	2.33
En 1426-1450, de	4 1/2	De 1701 à 1725.	2.75
En 1451-1500, de	6.00	De 1726 à 1750.	3.00
En 1501-1525, de	5.00	De 1751 à 1775.	2.33
En 1526-1550, de	4.00	De 1776 à 1790.	2.00

mortale... In l. *et eleganter,* § ultimo ff. *de dolo,* dicitur : " Nam nisi ex magna re et evidenti calliditate, non debet actio dari de dolo " et ibi glossa dicit : magna i. e. ultra duos aureos. Quod limito verum circa magnum dominum : secus circa communes personas. » Similia habet Angeli suppar, Silvester Prierias († 1523), in *Summa Silvestrina,* v° *Furtum,* n. 5. Quum autem valor absolutus *aurei,* sive *aurei ducati,* fuerit *circiter* francorum quinque cum dimidio, apparet hanc veterum summistarum sententiam, cujuscumque ponderis habeatur, fuisse multo benigniorem sententiis modernorum : sequendo nempe æstimationem D'Avenel, invenies hodiernum valorem 66 et 55 francorum pro duobus aureis quos hi auctores nondum pro magno furto erga magnum dominum habebant.

2° Ab a. 1550 jam securius doctrinam magnorum theologorum investigare nostrisque temporibus applicare possumus. Hanc autem doctrinam plenissime propositam habemus apud Ill. ac Rev. Waffelaert, *de justit.,* II, in tabula synoptica annexa numero 215, ubi afferuntur viginti septem auctores graves ac plerique insignes, qui variis temporibus ac regionibus floruerunt, a Dominico Soto (qui a. 1554 suum opus *de just.* complevit) ad Voit et S. Alphonsum. Jamvero, inter hos auctores viginti septem, invenimus duos singulariter severos : Molinam (tom. 3, disp. 685, n. 4), qui *etiam dimidium aureum* æstimat materiam absolute gravem, et Toletum (Instr. sac. l. V, c. 16, n. 3), qui adhuc paulo minus assignavit. Contra, tres invenimus cæteris benigniores, qui *duos vel tres aureos* statuunt : Soto (l. V, q. 3, a. 3), Laymann (l. III, tr. 3, p. 1, c. 1, n. 3) et Tamburini (l. VII, tr. 2, c. 2, n. 2). At nota ipsos satis indeterminate loqui. Soto habet : « *ut si v. gr. dicamus* duo tresve aurei ducati. » Laymann : « duo vel tres ducati a quocumque auferantur, quamvis rege potentissimo, mortale peccatum constituunt... Quia

hæc est communis hominum persuasio, valorem *qui duos aureos excedit* non esse modicum. » Denique Tamburini : « fateor... a ditissimo Principe *nisi duos vel tres aureos furteris, fortasse te non peccaturum mortaliter.* » Porro nullum theologum invenire potuimus qui simpliciter seu absolute *tres* aureos statuat (1). Videtur igitur veritas requirenda apud theologos illos plurimos qui inter hæc duo extrema mediam viam tenuerunt. Inter quos primo invenimus seriem auctorum insignium, statuentium *unum aureum* (val. absol. circiter fr. 5,50): sunt scil. Suarez (de Relig. p. 2, l. 8, c. 6, n. 6 sqq.), Becanus (Theol., in 2-2, q. 66, q. 3), Filliucius (tr. 31, c. 4, n. 239 sq.), Lugo (disp. XVI, sect. 2, n. 28), Catalanus (Decal. q. 19, c. 2), Roncaglia (tr. 13 de 7° præc., q. 5), quibus fere consentit Platel (p. 3, c. 4, § 10, n. 778 : 40 asses = 2/3 unius aurei) (2). Aliam deinde seriem auctorum habemus, a quibus statuitur *aureus unus vel duo* aut *inter unum et duos :* sunt Wiggers (tr. 3, c. 1, dub. 2, n. 15 : 1 vel 2 aurei), Bonacina (tr. de restit. in part. disp. 2, q. 8, p. 1, n. 7 : 1 aureus ut minimum... 1 aut 2...), Amicus (disp. 37, sect. 2 : 3 vel 4 argentei ducati = val. abs. fr. 8,25-11), Salmanticenses (tr. 13, c. 5, p. 2, n. 17 : aureus 1 1/2),

(1) Ideo quando S. Alphonsus (l. III, n. 527) dicit : « plurimi alii *extendunt usque ad tres aureos,* ut Wigandt, cum Bann. et Serra, ac Laym. cum P. Nav., Ang., Silvest., Sot., Arag., Rodr., Corduba, et communi, ut asserit Laym. » intellige : plurimos statuere *ultra duos aureos* (ut Ang. et Silvest. ll. cc. supra ; Arag., Rodrig. et Corduba apud Salmant. tr. 13, c. 5, n. 15), *duos vel tres aureos* (ut Soto et Laym, ll. cc.), *duos aureos et ad summum tres* (ut ait Serra, in summam, 2-2, q. 66, a. 6) ; et hoc tantum a Laymann dici sententiam communem (« *duo vel tres* ducati... Hæc est communis assertio apud... ; quamvis aliqui... minorem summam statuant »). Minus accurate hac in re loquitur Ballerini, Op. mor., de furto, n. 65.

(2) Huic seriei plures AA. graves addi possent : Reginaldus (Praxis fori pœnit. l. XXIII, n. 19), Bassæus (Flores, v° Furtum I, n. 4), P. Marchantius (Tribunal, tr. VIII, tit, 1, q. 5), Herinckx (Theol. disp. 8, q. 1, n. 7), Cardenas (Crisis theol. p. IV, diss. 23, a. 4, n. 105-111), Taberna (Synops. p. 2, tr. 2, c. 28, q. 1).

Viva (Curs. Theol. t. I, p. 3, q. 7, a. 5, n. 5 : duo vel unus aureus), Giribaldi (tr. 12, dub. 2, n. 8 : 1 vel 2). Tandem longa series auctorum statuit pro materia absolute seu respectu omnium gravi *duos aureos :* sunt Azor (p. III, l. V, c. 13), Lacroix (l. III, p. 1, n. 986), Sporer (tr. 5, c. 5, ass. 2, § 4), Babenstuber (tr. 7, disp. 5, a. 5, § 2), Elbel (Th. mor. decal. p. 4, n. 287), Reuter (p. 3, tr. 3, n. 437), Amort (de 7° præc. disp. 8, q. 7), Voit (n. 765 sq.) et S. Doctor Alphonsus (l. III, n. 528 : 1 aur. a magnatibus, 1 1/2 a communitate opulenta, 2 a regibus) (1). Si nunc harum quantitatum valorem relativum hodiernum æstimare conamur et *pro aliquali approximatione* utimur computatione recenti d'Avenel (quæ cæterum a computatione Leber non multum differt), adhibendi erunt pro diversis auctoribus varii multiplicatores, a 2.33 ad 3. Atque ita, si quis omnino velit tenere mathematicum medium inter quantitates a viginti septem citatis auctoribus assignatas, inveniet pro nostro tempore valorem fere 23 francorum. Sed profecto etiam prudenter et tuto sequi possumus plurimorum DD. sententiam, cui adhæsit S. Alphonsus, quæque statuit duos aureos, seu circa 11 fr. val. absol. Adhibendo iterum multiplicatorem 2.33-3, invenimus 25-33 fr. seu mediam quantitatem 29 francorum. Igitur non minus antiquiorum quam recentium sententiis commendari videtur nostra resolutio.

Ad alteram quæstionis partem. « Communiter DD. dicunt in furto illam esse gravem materiam, quæ alicui juxta suam conditionem in die sufficeret pro sui suæque familiæ sustentatione. » S. Alph. l. III, n. 527. Attamen

(1) Hic referimus plures, scil. Babenstuber, Elbel, Amort et Voit, qui tamen diserte assignant *unum* aureum et ideo pro alia sententia subinde citantur. At hi Germani loquuntur de *aureo sequino* seu *zegino*, aliove *aureo ducato*, continente *duos* ex illis aureis sive ducatis de quibus apud alios sermo est. Reapse se loqui de tali aureo duplici explicite dicunt Elbel et Amort ; implicite etiam Babenstuber et Voit, dum pro materia gravi respectu valde divitum assurgunt jam ad 3 flor. seu fr. 7,50.

hæc regula, ut statim advertit S. Doctor, satis confusa est neque universe pro omnibus valet. Ideo rem magis determinare conantur, pro varia conditione sociali distinguendo præcipua quædam personarum genera. Ita 1) respectu *operariorum,* valor diurnæ eorumdem sustentationis sive diurni salarii gravis materia dicitur : nam merito graviter ferre censetur operarius ablationem illius boni ex quo per integrum diem congrue vivere possit vel ad quod acquirendum per integrum diem laborare debeat. Ponamus igitur pro communi operario circiter 2 fr. ; at 3 fr. aut 4, pro his qui pingue salarium percipiunt, sive ex speciali personæ, sive ex generali loci conditione. Hic nempe bene notavit quædam Conferentia majorem esse taxandam quantitatem in pluribus locis, Galliæ conterminis, ubi operarii multam lucrantur pecuniam ac multam expendunt, quam aliis in locis, ubi parco salario gaudent ac tenui victu utuntur. — Infra communes operarios, respectu vere pauperum, moderni AA. fere omnes unum fr., et interdum minus, gravem materiam æstimant: sed tantilla materia, cujus valor diurnam sustentationem communis operarii non attingit, dici potest materia per se levis, quæ tantum per accidens gravis evadit, ob gravem molestiam quam ejusdem privatio alicui personæ pauperi, ægrotæ etc. de facto infert. Cfr. Ill. ac Rev. Waffelaert, op. cit. n. 214. 2) Respectu *illorum qui honeste vivunt* ex lucrativo artificio aliave professione, statui possunt 5 fr. Revera nummus 5 francorum a talibus censetur merito pecunia notabilis estque pro ipsis quasi infimus limes quotidianæ sustentationis et quotidiani lucri. 3) Respectu *mediocriter divitum* statui possunt similiter 10 fr. 4) Respectu *divitum,* seu *opulentorum* vario gradu, sint 15 et 20 fr. 5) Tandem respectu *opulentissimorum,* jam non aliam quam ipsam absolute gravem materiam assignamus. Inter has conditiones possent sane poni intermediæ : at, quo pressior, eo incertior determinatio erit. Unde

confessarius ex his peccatum commissum ac præsertim obligationem restitutionis morali judicio æstimabit : cavens ne in materia levi vel dubie gravi restitutionem sub gravi imponat, at simul ne laxet habenas ad porro furandum.

In hac altera etiam parte putamus nos satis insistere doctrinæ theologorum, tum recentium, tum antiquiorum. Fatemur quidem pro *mediocriter divitibus* et pro *divitibus* nos notabiliter excedere mediam quantitatem quam juxta normam supra adhibitam ex antiquiorum sententiis invenimus (ita nempe ne sex quidem et duodecim francorum valor attingitur). Sed, præterquam quod hæ voces *mediocriter* et *divites* quamdam latitudinem habent, non desunt inter hos AA. qui ad propositam fere æstimationem ascendunt : ut Laymann, Filliucius, Sporer, Amort. Insuper ratio habenda videtur mutationis inductæ ex magna multiplicatione tum pecuniarum tum aliarum rerum utilium et ex facilitate captandi de pecunia lucrum. Unde complures DD. moderni determinationem supra positam sua auctoritate confirmant : Ill. ac Rev. Waffelaert, op. c. n. 215, Palmieri, in op. mor. Baller., de furto, n. 67, Bucceroni, l. c. n. 450, Génicot, l. c. Deinde pro *opulentissimis*, etiam privatis hominibus, ad materiam absolute gravem ascendimus, quamvis plures theologi, maxime veteres, ipsam solum regibus aut principibus applicare videantur. At certe hic divitiæ, non dignitates, spectandæ sunt : et, omnium consensu, multi sunt hodie cives, qui tantis opibus affluunt, ut etiam 50 francorum amissionem flocci faciant adeoque ad hujusmodi furta ex altioribus tantum rationibus graviter inviti censeantur.

O. E. D.

V

Q. Quænam materia requiritur ut furta domestica, puta uxoris, filii, famuli, gravia evadant ?

R. 1) Quoad furta uxoris et filiorum, certo pater-

familias censeri nequit tam facile quam erga extraneos graviter invitus et ideo major quantitas pro materia gravi statuenda est. Quousque augeri possit quantitas, dijudicandum est ex adjunctis peculiaribus: inspiciendo præsertim naturam rei ablatæ: an pecunia, an tantum esculenta; destinationem rei furtivæ: an ad usus honestos aut illicitos; conditionem patrisfamilias: an dives, an pauper, liberalis an parcus, in surripientem bene aut minus bene affectus; conditionem furantis: an domui utilis aut iners etc. In genere loquendo, ex multorum auctorum sententia, quantitas esse debebit *saltem duplo major:* scilicet duplo major si adjuncta non multum favent, secus etiam triplo ac quadruplo major. Quodsi agatur, ut plerumque, de minutis surreptionibus repetitis: paterfamilias interdum invitus non est; si invitus, sæpius non quoad substantiam, sed tantum quoad modum clam accipiendi; denique si invitus quoad substantiam, saltem sæpius non graviter invitus quoad retentionem. Unde raro ista furta coalescunt; et si coalescunt, materia gravis erit augenda saltem in quadruplum: scilicet saltem duplicanda ob conjunctionem personarum et iterum duplicanda ob modum minutim furandi.

2) Quoad furta famulorum, non statuimus *generaliter* quantitatem majorem quam pro extraneis: quia in genere dominus non minus erga eos invitus videtur, ob magnum et continuum periculum suæ rei familiaris famulis concreditæ. Unde et lex pœnalis (a. 464 c. p.) severius in famulos furantes quam in extraneos animadvertit. Attamen satis frequenter augenda erit: nam a) quidam famuli, utpote hero bene accepti et optime meriti, in hac re accedunt ad conditionem conjunctorum: quibus cum proportione quadam applicantur dicta de filiis et uxore. b) Si de pluribus minutis furtis agitur, eo ipso saltem duplicanda erit materia. Imo si fiant circa res quasdam obvias, difficilius coalescunt, et adhuc majorem quantitatem requirunt. Ita quoad minimas surreptiones subinde factas ex rebus vetustis

vel ex consuetis emptionibus : « Domini enim sciunt, attenta fragilitate humana, non posse ita fideliter ab iis administrari res domesticas quæ ipsis committuntur, ut aliquid non adhæreat manibus contrectantium. » Lugo, disp. 16, n. 79. Ita præsertim quoad cibos potusque *ordinarios* a famulis clam consumptos : vel non erit furtum, quum non sit *alligandum os bovi trituranti* (Deut. XXV, 4 ; I Cor. IX, 9 ; I Tim. V, 18) ; vel saltem nunquam per coalescentiam ad mortale peccatum devenietur.

O. E. D.

VI

Q. Quelle autorisation est requise pour les baux consentis par les fabriques d'église ?

R. Distinguons trois espèces de baux : 1° les baux *ordinaires,* c'est-à-dire, ceux dont la durée n'excède pas neuf ans ; 2° les baux *à longues années,* consentis pour plus de neuf et moins de vingt-sept ans ; les baux *emphytéotiques,* dont le terme ne peut être moindre de vingt-sept ni plus long de nonante-neuf ans.

I. Baux ordinaires.

A. Pour les fabriques d'églises ressortissant aux communes placées sous les attributions des commissaires d'arrondissement (1), les actes de location, quelle que soit leur valeur, sont soumis, avec les cahiers des charges (2), à l'approbation de la Députation perma-

(1) Les attributions des commissaires d'arrondissement « s'étendent sur les communes dont la population est inférieure à cinq mille âmes, pour autant que ces communes ne soient pas chefs-lieux d'arrondissement ». Art. 132 de la loi provinciale.

(2) Il n'est pas besoin, dans les cas où l'approbation de la Députation permanente est requise, de faire approuver préalablement les cahiers des charges et de soumettre ensuite les actes de location. La Députation approuve les actes définitifs ensemble avec les cahiers des charges, qui en font partie intégrante. Dans plusieurs provinces cependant on recommande aux administrations de soumettre les cahiers des charges avant de procéder à la location. Il est d'ailleurs prudent de le faire, surtout lorsque le cahier des charges contient des clauses exceptionnelles,

nente du conseil provincial. Art. 60 du décret du 30 Décembre 1809 combiné avec l'art. 81, § 1, de la loi communale.

B. Il en est de même pour les fabriques des églises établies dans les communes qui ne sont pas soumises au contrôle des commissaires d'arrondissement, lorsque les actes de location ont pour objet une valeur de plus de vingt mille francs (1). Hormis ce cas exceptionnel, aucune approbation n'est requise. Art. 60 du décret de 1809 combiné avec l'art. 81, § 2, de la loi communale.

Il est à remarquer qu'à l'époque du décret de 1809, dont l'article 60 dispose que « les maisons et biens ruraux appartenant à la fabrique seront affermés... dans la forme déterminée pour les biens communaux », la location des biens des communes était régie par l'arrêté consulaire du 7 Germinal an IX et par l'avis du Conseil d'Etat du 8 Brumaire an XI, en vertu desquels les baux dont la durée ne dépassait pas neuf ans devaient être, dans tous les cas, soumis à l'approbation du préfet. Mais ces dispositions ont été depuis longtemps abrogées (art. 81 de la loi comm.) ; et cette abrogation concerne les biens des fabriques, aussi bien que ceux des communes, à cause de l'assimilation que le législateur de 1809 a établie entre l'administration des uns et des autres. L'article 60 « assimilant, pour la régie des biens, les fabriques d'église aux communes, il ne se comprendrait pas que, dans l'intention du législateur, les administrations fabriciennes dussent rester soumises à des règles dont l'expérience pouvait démontrer dans la suite les vices ou l'inutilité et auxquelles les communes seraient soustraites ». Arr.

afin que les intéressés aient la certitude que les conditions stipulées ne seront plus modifiées par les autorités appelées à approuver l'acte de location. — Voir plus loin les prescriptions de l'Evêque de Bruges à cet égard.

(1) C'est-à-dire, lorsque le produit cumulé de toutes les années de location qui font l'objet du bail atteint une valeur de plus de 20,000 fr. Décis. minist. du 3 Août 1889.

roy. du 31 Mai 1889 (*Moniteur,* p. 1746). Il faut donc appliquer analogiquement aux baux consentis par les fabriques les dispositions qui régissent *actuellement* les baux des biens communaux, c'est-à-dire celles de l'article 81 de la loi communale. La jurisprudence est aujourd'hui fixée sur ce point. Voir Giron, *Dictionnaire de droit administratif,* V° Fabriques d'église, n. 42 ; Revue communale, T. XXII, p. 277 ; Pandectes belges, V° *Fabrique d'église,* n. 1011 ; Orban, *Droit administratif notarial,* n. 413. — *Contra* circulaire ministérielle du 27 Juillet 1880.

II. Baux a long terme ou a longues années.

Les baux de cette nature sont, dans tous les cas et pour toutes les fabriques, soumis à l'avis de l'Evêque et à l'approbation de la Députation permanente. Art. 62 du décret de 1809 combiné avec l'arrêté royal du 1 Juillet 1816 et l'art. 81, § 2, de la loi communale.

Aux termes de l'article 62 du décret « Ne pourront les biens immeubles de l'église être... loués pour un terme plus long que neuf ans, sans... l'avis de l'Evêque diocésain, et *Notre* autorisation ». Mais, par arrêté du 1er Juillet 1816, le Roi des Pays-Bas a transmis aux Etats provinciaux, c'est-à-dire aujourd'hui la Députation permanente, la prérogative que lui conférait l'article 62 du décret ; il a notamment autorisé les dits Etats à statuer sur les demandes à l'effet de passer des *baux emphytéotiques* ou *autres actes de pareille nature* (1). L'article 81 de la loi communale est conforme en ce point au susdit arrêté royal.

II. Baux emphytéotiques.

Ces baux sont également soumis à l'avis de l'Evêque et à l'approbation de la Députation permanente. Arrêté royal du 1 Juillet 1816.

Il n'y a plus ici assimilation entre les fabriques et les communes. L'article 76, 1°, de la loi communale exige l'approbation du Roi pour les baux emphytéotiques

(1) Voir le texte de cet arr. roy. dans Brixhe, *Dictionnaire,* V° Aliénation.

consentis par la commune lorsque la valeur excède cinq mille francs ou le dixième des recettes ordinaires du budget ; mais il résulte du texte même de l'art. 76 que la disposition précitée n'est pas applicable aux établissements publics.

Résumons. Pour les fabriques établies dans les communes placées sous les attributions des commissaires d'arrondissement, tous les baux, quelle que soit leur durée ou leur valeur, sont soumis à l'approbation de la Députation permanente ; il en est de même pour les autres fabriques lorsque le bail est fait pour plus de neuf ans ou que la valeur du bail excède 20,000 fr. (2). En outre, les baux de plus de neuf ans sont soumis à l'avis de l'Evêque.

Telle est la loi civile. Mais il importe de ne pas perdre de vue les prescriptions de la loi canonique, qui exige le *consentement* et l'*approbation* de l'autorité ecclésiastique compétente, pour tous les baux qui excèdent le terme de trois ans. En conséquence, l'Evêque de Bruges a enjoint à toutes les fabriques de son diocèse de lui envoyer, trois mois avant de procéder à la location de leurs biens immeubles, la liste de ces biens, avec l'indication de leur nature, de leur superficie, du prix auquel ils ont été loués jusqu'alors, et du prix le plus bas auquel elles peuvent consentir à les louer à l'avenir. Lettre circulaire de Mgr Malou en date du 25 Mai 1860 (*Collect. epist. pastoral.*, T. X, p. 186) ; lettre circulaire de Mgr Faict, en date du 18 Février 1876 (*ibid.*, T. XII, p. 289), et décret prosynodal du 19 Mai 1896, promulgué par Sa Grandeur Mgr Waffelaert, le 8 Juin de la même année (*Collationes*, I, p. 385).

C. V. C.

---

(2) Les baux à soumettre à l'approbation de la Députation permanente doivent d'abord être soumis à l'*avis* du conseil communal. Arr. roy. du 28 Mars 1884 (*Moniteur*, p. 1317) ; *Pandectes belges*, V° Fabrique d'église, n° 1013. Cet avis est exigé pour tous les actes sur lesquels la Députation doit se prononcer. Voir Orban, *Droit adm. notarial*, n° 416.

Evangelia dominicarum

DOM. XIII POST PENTEC.

Decem leprosi sanati. Luc. XVII, 11-19.

Te dien tijde, 11. terwijl Jesus naar Jerusalem reisde, ging hij door het midden van Samarië en Galilea. 12. En als hij in een zeker vlek kwam, ontmoetten hem tien melaatsche mannen, die van verre bleven staan. 13. En zij verhieven hunne stem, zeggende: Jesus, Meester, ontferm u onzer! 14. En als hij hen zag, zei hij: Gaat en vertoont u aan de priesters. En het geschiedde, terwijl zij heengingen, dat zij gereinigd werden. 15. En één van hen, als hij zag dat hij gereinigd was, keerde weder, met luider stemme God verheerlijkende. 16. En hij viel op zijn aangezicht vóór zijne voeten, *hem* bedankende. En deze was een Samaritaan. 17. En Jesus nam het woord en zei: Zijn niet de tien gereinigd geworden? En de negen waar zijn zij? 18. Er is geen gevonden die wederkeerde en eer aan God gaf, dan deze vreemdeling. 19. En hij zei tot hem: Sta op en ga heen! want uw geloof heeft u behouden.

* * *

Notationes.

« Miraculum hoc superioribus hic subjunctum, indicat miram Dei benignitatem, ut qui etiam repulsus non cessaret ope sua indigentibus misereri, atque inter eos etiam illi a cujus populo repulsam passus fuerat. Rursùm, quomodo superior Lucæ narratio indicat Samaritanos nondum Evangelicæ doctrinæ esse capaces, ita hæc docet Samaritanos et gentiles præferendos Judæis » Jans. Gand.

12 *Cum ingrederetur,* cum jam proxime ingressurus

esset : leprosis enim vetitum erat in civitatibus et castellis conversari. Levit. XIII, 46. — *Occurrerunt ei* ex agris, « non casu, sed studio, postquam audissent quod Jesus illac esset transiturus, cujus potentiam, cum benefaciendi promtitudine conjunctam, famâ noverant. *Decem viri leprosi,* quos non solùm morbi communio inter se conciliaverat, sed et commune studium sanitatis, ut simul omnes, quasi facta manu, Christi benevolentiam expugnarent. *Qui steterunt a longe,* agnoscentes morbum et immunditiam suam » Luc. Brug. — « Et loco quidem procul stant, oratione autem prope fiunt. *Prope est enim Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum in veritate.* » Jans. Gand.

13. *Et levaverunt,* intenderunt *vocem* « Alta voce seu clamore sunt usi, tum quia procul aberant, tum quia magno sanitatis desiderio incitabantur... Una voce, unam omnium causam esse declarant, non pro se quisque, sed omnes pro omnibus orantes. Quod est verisimile eos ex industria fecisse, quo magis et numero et communi causa, quasi conjunctis viribus, factaque velut conspiratione quadam, Christum ad misericordiam commoverent... *Jesu præceptor, miserere nostri,* concessa sanitate. Brevis sed ardens oratio. Non dicunt qua in re cupiant Jesum sui misereri, quia manifesta miseria ipsorum erat : a qua non dubitant quin possit eos liberare, quamvis multos, et incurabili morbo affectos » Luc. Brug.

14. *Ite, ostendite vos sacerdotibus.* « Christus hisce verbis sanitatem illis mox, saltem quum a sacerdotibus essent explorandi, obventuram tacite pollicebatur. Leprosi enim non sistebant se sacerdoti, nisi ut ille aut de morbo cognosceret (Levit. XIII), de quo satis hîc constabat, aut restitutam sanitatem pronunciaret (Levit. XIV). Idque leprosi probe intellexerunt, mandato Jesu illico obtemperantes. Sic autem egerit, tum ut eorum fidem et obedientiam probaret ; tum ut eos legem ser-

vare doceret ; tum demum ut sacerdotes miraculi a se patrati testes haberet » Liagre. — *Dum irent* « Nisi hi fuissent humili fide præditi, cogitare potuissent : ut quid nos mittis necdum curatos ad sacerdotes ? Semel enim illi nobis adjudicaverunt lepram, nec quicquam ipsi de lepræ morbo dubitamus, contractam autem semel lepram illi nequaquam tollere possunt, sed tantum pro curata sacrificium offerre. Frustra ergo nos mittis ad illos, cùm nec illorum judicio nobis sit opus, nec illorum legalis expiatio impendi possit. Nihil autem tale cogitant, sed simplici humilique præditi fide, certo confidebant se ideo mitti ad sacerdotes, quòd antequam ad illos pervenirent, mundandi essent... Itaque secundum fidem eorum contigit, ut inter eundum mundarentur » Jans. Gand.— *Mundati sunt,* scil. a lepra « Quà re editum est documentum, quantopere Deo placeat obedientia ex fide profecta. Sed quare *mundati* semper dicuntur, potiùs quam *sanati,* qui a lepra curati sunt ? Ratio esse videtur, quòd lepra, singularis præ ceteris immunditia a Judæis haberetur : quæ non solum statuto Legis Mosaicæ vitanda esset, et contaminaret possessorem suum, eosque qui rem cum eo haberent, quemadmodum profluvium sanguinis et seminis, verum etiam naturà reque ipsa inficeret eos, quippe summe contagiosa, ac proinde ipsâ quoque naturæ lege vitanda. Quam ob causam fiebat, ut præ ceteris omnibus immundis, leprosi, et oppidis, et omni hominum consortio excluderentur, juberenturque seorsum in agris procul ab hominibus degere, Levit. 13. v. 46 » Luc. Brug.

15-19. « Hactenus declaratur omnibus istis decem parem fuisse fiduciam : at sequentia ostendunt non parem omnibus fuisse gratitudinem. *Unus* enim *ex illis cùm vidit* et advertit *se esse mundatum*, mox regressus est, tum Deum glorificans, idque magna voce (quod testimonium fuit et magnæ lætitiæ et animi non parum

grati), tum Jesu gratias agens, idque cum summa reverentia, prosternendo nimirum se in faciem suam ad pedes Jesu. Quum enim jam mundatus esset, non dubitavit appropinquare Jesu, quem a longe stans prius invocavit. Porro quo magis miremur hujus gratitudinem, subjicit Evangelista: *Et hic erat Samaritanus.* Cùm Israelitæ magis videri vellent, et meritò magis esse debuissent religiosi, reliquis novem, qui Israelitæ erant, non redeuntibus ad glorificandum Deum, et agendum gratias Jesu, solus Samaritanus gratum se erga Deum et Christum declaravit, reipsa vincens Judæorum religionem. In quo sanè facto, tanquam typo quodam demonstratum est... novissimos fore primos, ac primos contra fore novissimos, hoc est, in Evangelii gratia potiores fore gentiles ipsis Judæis, ac illos præ his pro Dei benignitate omnibus communiter exhibita magis fore gratos Deo Patri et Christo Filio ejus. Cum ergo his modis gratitudinem suam Samaritanus declarasset, Dominus non ignarus beneficium ad omnes decem pervenisse, quanquam unus solus esset qui beneficium gratiarum actione agnosceret, primùm quidem taxat aliorum ingratitudinem, ac deinde hujus gratitudinem commendat et remunerat. Itaque *respondens Jesus,* hoc est, subjiciens verbis, et factis Samaritani, dixit: *Nonne decem mundati sunt? et novem ubi sunt?* Quærit autem non tanquam ignorans, sed hujusmodi interrogationibus ingratitudinem aliorum magis taxans. Sensus est enim: Cum certum sit decem similiter ab eodem morbo esse mundatos, quid est quòd non similiter omnes idem agnoscunt beneficium, sed inter tam multos, unus solus gratitudinem animi declarare venerit? Cumque his verbis Dominus videretur compellare et interrogare Samaritanum, ille tamen non solùm gratus existens, sed etiam modestus, obmutuit, utpote qui venerat suo functurus officio, non autem accusaturus alios. Illo ergo obticescente, Jesus conversus ad circumstantes,

ait : *Ex decem nullus inventus est,* hoc est, nullus compertus est, aut nullus extitit, *qui rediret et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena,* hoc est, Samaritanus genere alienus a gente Judaica. Quibus verbis et reliquorum ingratitudinem taxat ex comparatione ipsorum cum hoc alienigena, et hujus gratitudinem ex comparatione ejus cum reliquis magis extollit. Rursum his verbis declarat se cognitorem secretorum, dum et reliquos mundatos significat, et cujus quisque gentis esset se cognoscere demonstrat, quamvis id forte ex vestitu deprehendi potuerit.

Notandum autem ex verbis istis, quòd cùm Samaritanus rediens non tantùm Deum glorificaret, sed etiam coram Jesu procidens, illi gratias ageret, Dominus tantùm tamen meminit gloriæ Deo datæ, nulla facta mentione gratiarum actionis sibi redditæ. Quo satis significavit, se unice Dei Patris sui gloriam quærere, ac a nobis quærendam esse, non autem se spectasse hominum applausus ac laudes sibi tanquam homini attributas. Porrò cum hæc Dominus ad circumstantes locutus fuisset, subindicans gentes Judæis præferendas, conversus appellavit Samaritanum humi prostratum adhuc, *Surge,* inquit, *vade,* securus, scilicet, de beneficii nunc tibi collati perpetuitate. Ac pro more subjungit illud fidei elogium : *Fides tua te salvum fecit.* Quo, præterquam quòd fidei vim et energiam docere et commendare, ut et aliàs frequenter voluit, etiam rursùm modestiæ exemplum exhibuit, dum quod gratus ille alienigena ipsi tribuerat, et acceptum ferebat, ipse vicissim fidei illius tribuendum et acceptum ferendum pronunciat. Cæterùm in hoc alienigena discere licet, quòd nihil cuiquam obest ad hoc ut Deo placeat, etiamsi maledicti generis sit, modo bonam habeat voluntatem, ut nullus gentilis desperet, et nullus de sanctis parentibus glorietur » Jans. Gand.

Conclusio.

« Notandum, communicationem morbi decem hos leprosos, quos homines reliqui fugiebant, coadunasse, et per morbi communionem etiam Samaritanum conjunctum Judæis, cùm alioqui *Judæi non conterentur Samaritanis,* ut dicitur Joannis 4. Illud enim si ad mores accommodare velimus, nos docet neminem debere alium per superbiam contemnere, et suo consortio indignum habere, sed nos cum omnibus socios gerere, ut qui omnes simus leprosi. *Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei* (Rom. 3). Unde secundum allegoricum sensum, decem isti leprosi, propter numeri perfectionem, omne genus hominum signant, leprâ malitiæ infectum, ac turpitudinem peccati circumferens, atque ob eam extra civitatem regni cœlorum constitutum. Itaque dum decem curantur a Domino, inter quos erant Judæi et gentiles, significatum est, Dominum venisse ad salutem totius humani generis, et Judæorum, et gentium, quas præ Judæis Deo fore gratiores, et ejus misericordiam magis agnituras et celebraturas, in alienigena redeunte et glorificante Deum prædemonstratum est. — Secundum moralem autem sensum, docemur hac historia, ei qui sanitatis spiritualis cupidus est, opus esse et ardenti ac humili fiducia, qua Dei imploret misericordiam, indignum se agnoscens qui illi appropinquet : et rursùm ut post perceptam Dei benignitate sanitatem, gratum se illi declaret a quo curatus est, sic ut Deo Patri simul et Christo gratias agat, quod utrique salus nostra sit ferenda accepta » Jans. Gand.

Ingratitudinis, qua nihil communius ac funestius, malitiam acriter perstringit S. Bernardus, serm. 51 *in Cant :* « Ingratitudo, ait, inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Ingratitudo ventus urens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ. » Rursum, serm. *De septem Misericordiis :* « Peremptoria res, ait, est

ingratitudo, hostis gratiæ, inimica salutis. Dico ergo vobis, quoniam pro meo sapere nihil ita displicet Deo, præsertim in filiis gratiæ, quemadmodum ingratitudo. Vias enim obstruit gratiæ, et ubi fuerit illa, jam gratia accessum non invenit, locum non habet. » His contraria prædicentur de gratitudine.

G. V. D P.

* * *

DOM. XVII POST PENTEC.

Maximum Legis mandatum. Christus cujus filius? Matth. XXII, 35-46. Cnf. Marc. XII, 28-37 ; Luc. X, 25-28 ; 41-44.

Te dien tijde, kwamen de Pharizeërs bij Jesus, 35. en één uit hen, een wetgeleerde, vroeg hem, hem beproevende : 36. Meester, welk is het grootste gebod in de Wet ? 37. Jesus zei tot hem : Gij zult den Heere uwen God liefhebben uit geheel uw herte, en met geheel uwe ziel, en met geheel uw verstand. 38. Dat is het grootste en eerste gebod. 39. En het tweede is daaraan gelijk : Gij zult uwen naaste liefhebben als u zelven. 40. Aan deze twee geboden hangt de gansche Wet en de Profeten.

41. En als de Pharizeërs vergaderd waren, ondervroeg Jesus hen, 42. Zeggende : Wat dunkt u van den Christus ? wiens zoon hij is ? Zij zeggen tot hem : Davids. 43. Hij zegt tot hen : Hoe noemt David hem dan, in den Geest, Heere, zeggende : 44. De Heere heeft gezeid tot mijnen Heere : zit aan mijne rechterhand, tot dat ik uwe vijanden zette tot eenen rustbank uwer voeten. 45. Indien David hem dan Heere noemt, hoe is hij zijn zoon ? 46. En niemand en kon hem een woord antwoorden ; en niemand en durfde hem, van dien dag af, nog ondervragen.

* * *

Notationes.

37. *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua* « hoc est, non tantum timeas Dominum Deum tuum, sed etiam diligas, idque non lingua tantum et verbo, sed etiam ex corde, neque corde diviso aut remisso, sed corde toto, integro et perfecto. Quod ut vere præstes, ante omnia requiritur ut perpensa Dei erga homines bonitate summa, ejusque æquitate et perfectione animadversa, sic toto affectu in illum tanquam summum bonum feraris, ut nihil illi in amore præponas, aut in amoris societatem et æqualitatem admittas, sed illum præ omnibus intime ames : reliqua vero propter illum, aut saltem non contra ejus voluntatem aut præceptum. Deinde, ut mente et cogitatione sic circa illum occuperis, ut in omnibus viis tuis illum cogites, omnium tuarum seriarum actionum et studiorum illum tibi finem præstituens, ac nunquam illius penitus obliviscens, sed semper sollicite cogitans de mandatis ejus, ac in lege ejus meditans die ac nocte. Postremùm, ut quæ novisti illi esse grata quem interna dilectione prosequeris, exequi studeas, idque non ex parte, sed ex toto, nec frigide, negligenter, aut animo tristi, sed pro virili, et quantum humanæ vires ferre possunt, omni cum diligentia et sedulitate, sollicitus ne quid prætermittas eorum quæ tibi ab eo sunt præcepta. — Hoc modo si Deum dilexeris ex toto corde, necesse quoque est illum propter se diligas potissimùm, non autem præcipuè ob bonum ab eo tibi consequendum, ne teipsum plus quam illum diligas : necesse item ut non tantùm omnium rerum temporalium jacturam, sed etiam vitæ propter illum ferre sis paratus : et si res exegerit, etiam feras potiùs quam illum offendas, ne illa plus quàm Deum diligere arguaris. Rursùm, ut Dei honorem in omnibus et ante omnia desideres, et spectes, cum id sit diligere, amico bene velle, Deo autem nihil optari potest boni

nisi honor. Deinde, ut quæcunque Dei sunt ames, eisque bene afficiaris, et contra quæ Deo sunt ingrata, perfecto odio prosequaris, adeo ut te maxime torqueat improborum derelinquentium legem Dei vita : nec alia ulla re magis animo discrucieris, quàm dum contingit te in aliquo Deum offendisse, (ut nemo vivit sine peccato) aut quòd non perfectius ejus voluntati obsecundes. Postremò, ut zelo accensus his pro viribus resistere studeas, quæ honori divino derogant » Jans. Gand.

« Porrò non sunt tria hæc, *cor, anima, mens,* anxie distinguenda : cordis enim nomine, et affectus declaratur qui dicitur anima, et intellectus qui dicitur mens... Ad epitasin igitur vehementiamque declarandam idem hic tertio repetitum est, in quo omnino tibi significetur et inculcetur, ut Deum solidè, quantùm potes, super omnia diligere studeas, certus, quantumcumque etiam extremum studium adhibeas, semper illum mereri majus, nec fieri posse ut modum excedas si dignitatem ipsius consideres » Luc. Brug.

39. *Diliges proximum sicut teipsum* « Non solum non odies proximum tuum, hoc est quemvis hominem cum quo tibi aliquid est negotii, et qui tibi quavis ratione adjunctus est, sed etiam diliges, idque non ficta dilectione, verbo s. et lingua, neque otiosa aut imperfecta, sed si non quantùm teipsum, tamen eo modo quo teipsum *naturaliter* diligis, ut quemadmodum tibi bene esse cupis, et bene facis, aliosque tibi benefacere vis : ita et proximo ex vero affectu bene esse cupias, nec cupias tantùm, sed etiam quantum in te est, tempore et loco opportunis benefacias, tum in corporalibus, tum spiritualibus rebus. Sic quemadmodum tibi non cupis esse malè, nec alios tibi vis male facere : ita nec illi male esse cupias, nec unquam quibusvis in rebus, sive fortunæ, sive corporis, sive animi malefacias. Rursùm quomodo tibi bene vis propter tuam utilitatem et salu-

tem, ità et illi bene velis non propter tuam sed illius utilitatem et salutem. Qualem sanè proximi dilectionem necesse est etiam consequatur, et dolor, ob mala quæ proximo accidunt, et gaudium ob bona quæ obveniunt, et zelus contra eos qui aut mala inferre putant, aut bona auferre et impedire, quemadmodum hæc consequuntur propriam tuiipsius dilectionem » Jans. Gand.

Itaque, *diliges proximum tuum sicut teipsum,* hoc idem est quod supra VII, 12 Christus aliis verbis extulit : *Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis ;* quodque huic ex opposito respondet, Tob. IV, 16 : *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.*

40. *In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetæ.* « Sensus est : His duobus mandatis exhibentur, comprehenduntur summatim et ob oculos ponuntur, tota Legis et Prophetarum doctrina, non tantùm decem illa decalogi præcepta. Eorum omnium quæ Lex et Prophetæ jubent, cavent, ordinant, statuunt, monent, docent, subductis rationibus hæc est Summa, diligendum ab homine Deum præ omnibus et proximum sicut seipsum. Hæc est totius Legis epitome, hoc summarium totius divinæ Scripturæ : Quidquid illic exstat quod ad doctrinam vitæ, ab illis adimpletur qui diligunt Deum et proximum. Dei dilectione continentur omnia quæ sunt fidei, spei, religionis et morum : proximi verò, omnia quæ sunt justitiæ et judicii, observantiæ, veritatis, amicitiæ, misericordiæ, et similium. *Pendent* ergo inquit ; non tantùm huc tendunt aut referuntur, sed *pendent,* id est, summatim intelligenda proponuntur, quemadmodum id quod in ligno pendet, ab omnibus videri et considerari potest. Non enim mox ut Deus docetur diligendus, intelligitur diligendus et proximus : sed ambo ista simul clare ob oculos ponunt quidquid Lex et Prophetæ hominem doctum volunt. Quare ob oculos semper habenda sunt præcepta ista

duo, et ad ea studia omnia nostra exigenda » Luc. Brug.

42. *Quid vobis videtur de Christo? cujus filius est?* « Cum non haberent ampliùs quod interrogarent Pharisæi, Dominus vicissim post multas eorum interrogationes illis quæstionem proponit, eamque valde opportunam. Cum enim superiori sermone docuisset quæ ad opera vitamque recte instituendam pertinent, nunc ad rectam de Christo fidem eos opportune provocat, quòd sine fide impossibile sit qualiquali vita placere Deo. Cumque nihil magis Pharisæos offendebat in Jesu, quam quod se Filium Dei frequenter vocaret, seque Deum esse, ac Deo æqualem significaret, commode nunc in ultimo ad illos sermone Scripturis relinquit intelligendum illis, expectatum Messiam fore supra hominem, ac vere Deum fore, ut qui ipsum ex factis et miraculis debebant agnoscere esse Christum, non alienarentur ab ipso, quòd se Deum, Deoque æqualem significaret. » Jans. Gand.

46. *Et nemo poterat ei respondere verbum.* « Colligere hinc est Scribas et Pharisæos nescivisse Messiam sibi promissum *natura* esse Dei filium, eaque ratione ipsius Davidis Dominum vocari ; illos igitur intellexisse hunc in Scripturis *filium Dei* passim celebrari propter singularem quamdam electionem et adoptionem divinam. Christus autem plura hac de re loqui noluit : siquidem illi ab eo doceri dedignabantur ; deinde sine dubio materiam inde sumpsissent insimulandi eum blasphemiæ ; tempus demùm ampliori huic doctrinæ non erat idoneum. Propterea satis habuit, Scribarum et Pharisæorum inscitia de Christo demonstrata, illis ceterisque auditoribus dubitationem afferre, omnesque impellere ad expendendum accuratius allegatum Scripturæ oraculum, et ad conferendum illud cum iis quæ Jesus de seipso sæpe prædicaverat » Liagre.

Neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius

interrogare, tentandi gratiâ. « Non ampliùs fuerunt ausi Jesum aggredi quæstionibus, non modò quia paratum esse senserunt ad quosvis insultus sustinendos, verùm etiam quia viderunt insidias in illum intentas in suum caput recidere, pudebatque eos cum dedecore repelli, aut tacendo palmam Jesu concedere ; ad hæc quòd quæstionibus quæ ab ipso opponerentur, viderent se, nunc pares haud esse ut responderent, nunc si responderent, capi, accedente timore ne hinc ejus apud populum auctoritas cresceret magis magisque, ut jam creverat non parùm. Itaque non ampliùs propositis dolo plenis quæstionibus lacessiverunt, sed aperto marte comprehensum occiderunt, *ut intelligas, venena invidiæ superari quidem posse, sed conquiescere non posse,* ait D. Hieronymus. » Luc. Brug.

G. V. D. P.

De Catechizandis pueris

(Sequitur — Cfr. supra, p. 148)

D. De processibus quos sequi potest catechista in docendo catechismum.

Ad omnia illa præstanda, quæ in præmissis, præsertim de formis adhibendis, diximus, usui esse poterunt catechistæ diversi processus, quorum jam aliquos exponimus.

Notandum tamen in antecessum, non semper et in singulis catechismi lectionibus, omnibus omninò his processibus utendum esse. Hoc impossibile foret. Ulterius pro mobilitate ingenii puerilis, juxta omnes methodologiæ scriptores, tum in modo docendi tum in methodo adhibenda maxima varietas adesse debet, et proin nunc

tali tunc vero alio processu utendum est. Adde non omnes processus usui venire posse ad omnes catechismi quæstiones, sed hanc hunc processum, illam vero illum requirere. Quibus notatis jam exponuntur diversi processus.

1° *Processus analyticus*. Consistit processus analyticus in resolvendo lectionem aut responsionem quamdam in plurimas suas partes, ope diversarum sub-quæstionum. Expositione quadam orali facta, aut responsione quadam attente proposita, catechista subquæstiunculam quamdam facit. Pueri inspiciunt catechismum suum, ibi quærunt responsionem huic quæstiunculæ faciendam, unusque ex ipsis respondet alta voce. Proponit tunc magister novam quæstiunculam, et ita pergit usquedum totam responsionem catechismi in omnes suas partitiones resolverit. Hoc jam facto, claudunt pueri catechismum suum, et eædam quæstiunculæ rursus ponuntur quibus pueri jam memoriter respondent ; identidem plures quæstiunculæ junguntur in unam majorem ; et tandem omnibus quæstiunculis propositis et solutis, jam componitur ex ipsis tota quæstio catechismi, cui responsio fit in catechismo tradita. Ad hanc divisionem responsionis in plures quæstiunculas faciendas, catechista uti potest serie ista grammaticalium quæstionum, quæ in scholis in usu sunt ad quærendum subjectum verbi, ejusque diversa regimina aut complementa : *Quis? Quid? Ubi? Quomodo? Quare? Quando? Cui? Quocum?* etc. Iste processus fere ad singulam catechismi quæstionem indicatur apud auctorem prælaudatum Sieuw. Sit. v. gr. secunda quæstio primæ lectionis, cum sua responsione.

Quid vocas doctrinam christianam, (aut catechismum)? Breve summarium illius quod Christus docuit, et quod omnes christiani scire aut facere debent ut fiant salvi.

Hæc responsio cum sua quæstione subdividitur in quatuor suas propositiones : Doctrina christiana (aut catechismus) est breve summarium doctrinæ quam

Christus docuit. Omnes christiani debent scire quæ Christus docuit. Omnes christiani debent facere quæ Christus docuit. Omnes christiani debent scire et facere quæ Christus docuit ut possint fieri salvi.

Hac analysi responsionis, in præparatione lectionis facta, catechista plures instituit quæstiunculas.

Quis docuit doctrinam christianam aut catechismum? Christus. *Quid* docuit Christus? Doctrinam christianam aut catechismum. An in catechismo aut doctrina christiana habetur *tota* doctrina *in extenso?* Habetur tantum *summarium breve*. Quid est ergo doctrina christiana aut catechismus? Est breve summarium illius quod Christus docuit. Eodem modo instituuntur quæstiones circa secundam, tertiam et quartam propositionem, et tunc omnia conjunguntur in unicam responsionem, quæ est responsio catechismi.

Nota hunc processum, sicuti omnes alios, non debere solum adhiberi, sed conjunctim cum aliis, uti intelligetur.

2° *Processus substitutionis.* Consistit ille processus in eo quod aliis verbis dicatur id quod in responsione catechismi habetur, aut in eo quod vox quædam mutetur in vocem ipsius synonymam aut explicativam, et hoc tum ut explicetur vox in catechismo adhibita, tum etiam ut videatur utrum puer intelligat textum catechismi.

Sit v. gr. eadem quæstio secunda: Explicatur et petitur quid significet: *breve summarium*, et dicatur hoc significare id quod *principalius*, quod *præcipuum* est in iis quæ Christus docuit, et quod hoc non dicitur verbis istis extensis quibus de facto Christus usus est, sed tantummodo paucis verbis. In prima propositione hæc verba substituuntur verbis textus et dicitur: Ergo doctrina christiana aut catechismus dicit paucis verbis præcipuas res quas Christus docuit. — Pro tertia propositione, *omnes christiani debent facere quæ Christus docuit,* dicitur et petitur *quid* debeant facere christiani; et respondetur christianos debere facere ea quæ Christus

præcepit, aut quæ præcepta sunt in doctrina christiana. Hæc verba eodem modo substituuntur. — Tandem pro quarta propositione petitur : Cur debent christiani hæc scire et facere? Ut salvi fiant. Quid hoc est *salvum fieri?* Est lucrari cœlum. Hoc ultimum rursus substituitur et habetur pro responsione : Doctrina christiana est ergo ea doctrina in qua paucis verbis docetur id quod præcipuum est in illis quæ docuit Christus ; et omnes christiani debent scire hanc doctrinam ; et facere ea quæ in hac doctrina præcepta sunt ; ut possint lucrari cœlum.

Notetur post hoc restitui debere textum catechismi, illumque et non alium, memoriter addiscendum esse.

3° *Processus intuitivus,* qui consistit in explicando responsionem ope a) exemplorum concretorum ex natura desumptorum aut ex symbolismo religionis ut intelligantur veritates metaphysicæ aut supernaturales, uti Christus Dominus facere consuevit. b) Vel ope factorum historiæ biblicæ ad explicandum aut stabiliendum sive dogma sive responsionem catechismi, narrando scilicet factum historicum sive cujus dogma quoddam est expressio, sive cujus responsio catechismi est expositio aut compendium. Sit v. gr. eadem responsio secunda. Posset exponi sequenti modo : Pueri, nostis historiam Domini nostri Jesu Christi : Scitis ipsum natum esse in Bethlehem, fugisse in Egyptum, commorasse in Nazareth, fuisse præsentatum in templo. Legistis etiam ipsum anno suæ ætatis trigesimo fuisse baptizatum a Joanne in Jordane, petiisse desertum ubi per quadraginta dies et noctes jejunavit et oravit. Tunc vidistis ipsum rediisse in Judæam et Galilæam quas regiones per tres annos perlustravit ad docendos homines. De quonam Christus frequenter locutus est? — A quonam fuit missus? — Quare tam sæpe loquebatur de Patre suo? — Quid nobis faciendum esse dicebat ut placeremus Patri suo? — An adhuc memoria tenetis quid

docuit de hoc ? et de hoc ? et de hoc ? etc.... — Jesus Christus ita plurima docuit homines. Scitisne quomodo vocantur res quas docuit ? Vocantur doctrina Christi, seu doctrina christiana. Sed Christus tam multa docuit ut impossibile esset omnia non tantum in uno libro sed in pluribus libris conscribere. An ergo in catechismo vestro habentur omnia omninò quæ docuit Christus ? Non, sed tantummodo res præcipuæ et paucis verbis, ita ut catechismus noster sit *breve summarium omnium illarum rerum quas docuit Christus*. c) Vel ope exemplorum, potius quam definitionum, ut habeatur notio seu idea cujusdam virtutis, aut vitii, aut sensus intimi cordis, narrando scilicet historiunculam in qua puer aliquis actus diversos hujus virtutis aut vitii in diversis circumstantiis exercet, aut sensus intimos cordis prodit, tuncque interrogando alumnos circa actiones hujus pueri ita ut ex responsionibus alumnorum vera notio rei explicandæ oriatur. Sequens exemplum dat Overberg (Manuel de Pédagogie, 3e édit., Liége 1859 p. 153) ut explicetur pueris quid sit virtus spei, seu potius quid sit *sperare*. « Votre père ne vous a-t-il jamais rien promis, si vous vous appliquiez bien et si vous étiez sage ? — Oh ! Oui, un jour il m'a promis un beau chapeau (hic nominetur res quæ conveniat pueris quos catechista coram se habet). — Etiez-vous content ou triste quand votre père promettait cela ? Oh ! J'étais bien content et heureux, je me réjouissais. — Désiriez-vous avoir ce chapeau ? Oui, beaucoup. Et que faisiez-vous pour l'avoir ? J'étais bien sage et je m'appliquais bien. Donc quand votre père vous promettait vous etiez content et vous désiriez avoir le chapeau. — Mais alors n'aviez-vous pas peur que votre père ne vous l'aurait pas donné même si vous étiez sage ? Oh non ! je m'attendais à l'avoir bien sûr. Vouz aviez donc une ferme confiance ? Oui. Mais si vous n'aviez pas été sage ? Alors j'aurais eu peur. Pourriez vous me dire maintenant ce que

ressentait votre âme lorsque votre père vous promit un chapeau ? Elle se réjouissait, désirait et avait une ferme confiance de l'avoir si j'étais sage. Eh bien mon enfant tous ces sentiments réunis s'appellent *l'espérance*, c'est là *espérer*. Uti merito hic notat Overberg talis historiuncula optime parari debet ante catechismum, quia omnes partis ejus eo tendere debent ut res quædam explicetur, quod certissime non fiet absque optima præparatione.

4° *Processus etymologicus,* qui consistit in indicando etymologiam alicujus vocis aut plurium vocum sive ut hæc vox bene intelligatur, sive ut plures voces ad unam referantur. V. gr. vox *christianus* significat hominem qui sequitur doctrinam Christi. *Antichristus* significat hominem qui est contra Christum, hominem adversarium Christi. Ne tamen lectio catechismi prælectio philologica fiat.

5° *Processus analogicus,* qui consistit in afferendo tanquam explicationem rei adhuc ignotæ res quæ cum hac ignota analogiam quamdam habent, et quas pueri jam noverunt. Utuntur hoc processu a) ad explicandam veritatem quamdam metaphysicam. V. gr. Veritas, a pueris jam nota, quod vita et mors nostra naturalis nihil aliud est quam unio aut separatio animæ et corporis poterit usurpari ad explicandum α) vitam et mortem supernaturalem animæ non esse nisi unionem ejus cum Deo per gratiam sanctificantem aut separationem ejus a Deo per peccatum ; et β) vitam et mortem æternam non esse nisi unionem hominis cum Deo in cælesti gloria, aut separationem hominis a Deo in igne inferni. b) Utuntur hoc processu ad illustrandum et complendum sensum alicujus metaphoræ in catechismo usitatæ. Sic v. gr. catechismus in lectione trigesima secunda dicit SS. Eucharistiæ sacramentum cibum esse animæ nostræ. Hæc metaphora explicari potest dicendo panem naturalem fovere vitam corporis nostri, et ita panem

eucharisticum sustinere vitam animæ nostræ. Continuari tunc potest comparatio analogica indicando quomodo panis vires dat corpori ad agendum, proindeque quomodo eucharistia vires suppeditabit animæ ad operandum in ordine salutis et perfectionis, indicando quomodo cibus naturalis potest prodesse vel nocere corpori pro dispositionibus diversis corporis nostri, proindeque quomodo effectus bonos vel malos producet in anima nostra panis eucharisticus prout recipiens in statu erit gratiæ aut peccati.

6° *Processus antitheticus,* qui differt ab analogico in hoc quod proponatur ut explicatio rei ignotæ non res nota similis aut analoga sed res nota ignotæ opposita. Sic ad explicandam pulchritudinem virtutis v. gr. obedientiæ, narrare historiunculam pueri inobedientis. Ad docendam pacem et quietem animæ justæ narrare historiunculam alicujus impii continuò in maxime inquietudine versantis. Optimum erit unire processum antitheticum processui analogico, id est, simul præ oculis ponere duo exempla opposita, pueri v. gr. obedientis et pueri inobedientis. Ita frequenter fecit Christus Dominus v. gr. quando nobis ostendit superbum Pharisæum et humilem Publicanum; Samaritanum misericordem et levitam inhumanum.

7° *Processus grammaticalis,* qui consistit in hoc ut phrases ellipticæ aut inversæ textùs catechismi mutentur in phrases completas aut directas et planas.

8° *Processus tabularis,* qui consistit in scribendo in tabula quadam nigra responsionem quamdam in varias suas partes distributam. Melius ita res intelligitur, partes apte distinguuntur, et attentio allicitur.

Sequens exemplum dari potest juxta *Achille,* (Traité de Méthodologie, Namur 1882). Scribatur in tabula v. gr. responsio septimæ quæstioni primæ lectionis. Quid oportet homo faciat ut attingat finem suum? R. Oportet ut noverit Deum, ut amet Deum, et ut ipsi

serviat, usque ad finem vitæ suæ. Hoc facto, omnes simul legunt hanc responsionem sed lente et bene distinguendo diversas voces. Tunc separantur linea quadam verticali variæ partes : Oportet ut homo : 1° cognoverit Deum ; | 2° ut amet Deum ; | 3° et ut ipsi serviat ; | 4° usque ad finem vitæ suæ. Tunc sublineantur voces difficiles, et traditur earum explicatio (1). Post hoc rursus legitur textus singillatim ab aliquibus alumnis, et tunc ab omnibus simul. Tunc catechista quasdam vocum partes delet, et ita legere alumnos jubet. Tandem omnia delet relinquendo tantummodo primas litteras cujusque vocis, et postquam ita legerunt pueri, ipsos jubet hanc responsionem in charta quadam conscribere. Ita Achille.

9° *Processus repetitorius,* qui consistit in faciendo, data occasione, frequentes repetitiones rerum jam explicatarum, eo fine a) ut explicentur res ignotæ ope rerum jam notarum, b) ut inter se invicem religentur responsiones quædam in toto catechismo dispersæ et quæ tamen se invicem tangunt, c) ut tandem memoria puerorum adjuvetur.

10° *Processus synopticus,* qui consistit in formandis parvulis tabulis synopticis, quæ varia puncta doctrinæ apte distinguunt simulque summarie proponunt, et nexum omnium partium sensibili modo præ oculis ponunt. Potest fieri synoptica hæc tabula durante explicatione, ipsam continuo sequendo. Maximæ utilitatis erit ille processus ad reproductionem totius lectionis oratione continua. Tales tabulas habemus apud *Lambrecht,* Beknopte verklaring van den Mechelschen Catechismus.

11° *Processus syntheticus.* Analysim (vide processum 1um) sequatur synthesis oportet. Processus syn-

(1) Ita Achille Melius esset juxta ea quæ diximus supra (*Collationes Brugenses,* a° 1896, p. 552, 3° sub c et a° 1897, p. 151 al. 4a *censemus*) hanc explicationem tradere antequam legatur textus.

theticus erit in exponendo, oratione quadam continua, materiam alicujus lectionis jam explicatæ. Erit quasi dissertatio quædam, aut conferentia, aut concio quæ fiet a magistro, sed quæ etiam identidem fieri debebit ab aliquo puero. Lectione aliqua explicata petetur, v. gr. a puero quodam : Expone nobis, narra nobis quid hodie didicimus de contritione, aut de confessione. Supponas te esse domi et velle fratrem tuum parvum docere ea quæ hodie didicimus in catechismo. Hæc synthesis parabitur, durante explicatione catechismi, præsertim per insertionem quæstionis catechismi in textu responsionis, post explicationem responsionis traditam.

12° *Processus conscientiæ.* Consistit in hoc quod adducitur puer ad reflectendum in sensus suos proprios, et ad sibi applicandum veritates dogmaticas et morales de quibus quæstio fuit. a) Reflectere eos facit catechista in sensus proprios ut ipsos doceat notionem quarumdam rerum quas ipsimet quandoque in se ipsis sentiunt. Sic ut noscant qui sit *misericordia,* quid sit *amor filialis,* quid sit *credere,* quid sit habere *contritionem,* etc., catechista potest quandoque hîc et nunc sensum *misericordiæ* aut *contritionis* aut *amoris erga parentes* excitare, et tunc ope quarumdam quæstionum efficere ut puer reflectat in ea quæ hic et nunc sentit, et inde fiet ut addiscat quid sit misericordia aut contritio. b) Ut sibi applicent pueri veritates expositas efficit catechista ope quarumdam cogitationum, reflexionum, quæstionum aptarum, aut ope quarumdam monitionum, aut etiam historiarum in quibus apparent pueri in iisdem circumstantiis positi in quibus ipsimet auditores habentur.

13° *Processus recapitulatorius,* qui fere idem est ac processus repetitorius. Differt in hoc quod non fiat durante aliqua lectionis catechismi explicatione, sed fiat separatim, sitque quasi exercitium per se stans. Consistit in referendo omnia qua per aliquod tempus

fuerunt explicata ad quædam summa capita, ad quasdam magnas categorias. Sic v. gr. a) indicatur idea quædam, v. gr. *idea peccati* et petitur ut exponantur verbis catechismi relationes peccati cum quibusdam aliis rebus, uti cum *incarnatione, redemptione, pœnitentia, extrema-unctione,* etc. b) Indicatur punctum quoddam v. gr. *anima, fides, Spiritus S^us^* et petitur ut quærant pueri in toto catechismo responsiones varias relate ad hoc punctum. c) Vel etiam quod optimum est, proponuntur *formulæ orationum* seu *precum,* quibus pueri utuntur, et ad has formulas referuntur notiones sive historicæ, sive dogmaticæ, sive morales quas voces in formula usitatæ in memoriam revocant. Sic v. gr. potest fieri occasione recitationis actus contritionis : Mijn Heer en mijn God, het is mij leed uit den grond van mijn hert dat ik uwe goddelijke Majesteit door mijne zonden hebbe vergramd. Ik haat en ik verzaak al mijne zonden uit liefde tot u en ik maak een vast voornemen van niet meer te zondigen, alle occasie van zonden te schouwen en mijn leven te beteren.

Definitio contritionis : 1° Dolor animæ : *Het is mij leed ;* 2° de peccato : *Ik heb uwe goddelijke Majesteit vergramd...* 3° Detestatio peccati : *Ik haat.* 4° Propositum : *ik verzaak...* en ik maak een vast voornemen.

Qualitates contritionis : 1° Interna : het is mij leed *uit den grond van mijn hert,* 2° supernaturalis : *dat ik uwe goddelijke Majesteit heb vergramd... Uit liefde tot u,* 3° universalis : *al mijne zonden, niet meer te zondigen, alle occasie van zonden,* 4° super omnia : hoc implicite tantum indicatur hic tum iisdem verbis quibus indicatur universalitas, tum verbis : *uit liefde tot u,* quum amor Dei ibi indicatus sit super omnia.

Species contritionis : Hic est contritio perfecta : *uit liefde tot u.*

—

E. Prælectionis cujusdam progressio seu decursus

Sequenti modo posse institui aliquam catechismi lectionem indicat Achille (op. cit.)

1° Dicuntur preces ante lectionem.

2° Recitatur lectio quæ fuit explicata in præcedenti schola : a) juxta quæstiones et responsa ; b) oratione quadam continua tum a magistro tum ab auditore quodam.

3° Indicatur nova lectio, indicando pueris nexum ejus cum lectione præcedenti.

4° Exponitur, oratione continua a catechista facta, prima quæstio ejusque responsio novæ lectionis explicandæ. Modo scilicet intellectui puerorum adaptato, attentionemque allicienti quamvis brevi, dicit catechista pueris de quanam re agatur in quæstione et responsione explicandis, simulque in sua hac oratione explicat ea quæ putat esse pueris difficilia, et exponit quomodo res sit intelligenda et quare.

5° Statim post illam allocutionem, plures ex ordine interrogat pueros circa ea quæ in oratione continua præcedenti dixit, et quidem pluribus quæstionibus, frequenter repetitis, bene ordinatis, magnaque varietate mutatis, tum ut noscat utrum pueri intellexerint, tum ut ipsimet pueri attendant et reflectant.

6° Pueri tunc aperiunt librum catechismi et alta voce legunt primam quæstionem ejusque responsionem.

7° Nova tunc datur et ulterior explicatio hujus quæstionis (1) : Sive a) Transformando quæstionem et responsionem, eamque aliis verbis enuntiando (vide

(1) Hic nota non *omnia* quæ sub 7° indicamus singulis vicibus et pro unaquaque quæstione facienda esse. Nunc eo nunc alio modo utetur catechista, pro tali quæstione hunc processum, pro alia vero illum adhibebit. Sed frequentissime in lectionibus suis variet modos explicandi et methodos adhibitas.

processum secundum). Sive b) Analysim instituendo hujus responsionis, seu resolvendo hanc responsionem, ope mediorum supra (processu primo) indicatorum. Sive c) Inscribendo in tabula nigra, et juxta divisionem quamdam synopticam, diversas partes hujus responsionis et hoc juxta ipsum progressum explicationis (vide processum decimum). Sive d) Faciendo plures quæstiones quibus explicantur tum termini in responsione usitati tum propositiones ibi adhibitæ, et hoc α) vel per analogiam aut antithesim (vide processum quintum et sextum); β) vel per synonymiam aut substitutionem (vide processum secundum et quartum); γ) vel per exempla (vide processum tertium); δ) vel mutando propositionem ellipticam aut contortam in propositionem completam aut planam (vide processum septimum); ε) vel in memoriam revocando quæ jam fuerunt explicata (vide processum nonum); ζ) vel scribendo totam responsionem in tabula nigra et faciendo ea quæ indicantur in processu octavo; η) vel mediante processu conscientiæ (vide processum duodecimum).

8° Tunc denuo legitur responsio in qua ipsa quæstio fuit inserta.

9° Rursus oratione brevi continua exponitur hæc quæstio et responsio nisi nimis breves sint.

10° Tunc gressus fit ad quæstionem sequentem bene indicando nexum cum quæstione præcedenti, et omnibus quæstionibus et responsionibus lectionis aut partis lectionis explicatis, et juxta progressum explicationis tabula synoptica effecta, exponitur primum a catechista, deinde a pueris tota lectio aut tota hæc pars oratione continua (vide processum undecimum).

11° Deducitur conclusio quædam moralis juxta ea quæ dicta sunt in processu duodecimo sub b).

12° Si fieri possit detur quoddam pensum quo pueri textui catechismi student, præcipuas explicationes scriptò reddunt, ope v. gr. quæstionum quas catechista

dictaverit, vel tabulam synopticam conficiunt materiæ explicatæ.

N. B. Optimum exercitium erit ut quandoque explicetur instructio in Ecclesia die dominica a prædicatore tradita. Poterit peti a pueris ut exponant quid memoria tenuerint hujus instructionis, et, si jam provectiores sint intellectu, indicent textum, divisionem et præcipuas explicationes in hac instructione expositas. Initio forsan multum eos adjuvare debebit catechista, sed post breve tempus jam sat facile hoc facere poterunt pueri. Hæc utilitas hujus exercitii erit ut non modo semper aliquid melius addiscere possint pueri doctrinæ christianæ, sed ut fiant in posterum auditores attentionem mentis præbentes verbo Dei prædicato.

Observatio finalis. Omnia quæ hic scripsimus, si observent pro posse suo catechistæ, simulque ea non omittant quæ leguntur in statutis diœcesis Brugensis, p. 2ª, tit. 1º, § 2ª, in instructione Ill. D. Malou, de puerorum instructione catechetica (Coll. Ep. Past., tomo VII, p. 252ª ad 289ªm), et in Epistola pastorali Emin. Card. Arch. Mechlin., et Illrum DD. Episcoporum Belgii, data die 7ª Dec. 1878 (Coll. Ep. Past. tom. XIII, pª 128ª ad 172ªm), spes erit in Domino ut optime suo munere docendi pueros fungantur catechistæ, et ut ipsimet pueri, eorum curæ commissi, uberrimos rectæ institutionis religiosæ fructus percipiant.

V. J. C.

Jurisprudence administrative

De l'usage des cloches et des clochers des églises

(Voir les *Collationes,* II, 403).

—

Deuxième Partie

Nous quittons le domaine des principes pour nous mettre sur le terrain brûlant de la pratique. Après avoir recherché d'une manière générale à qui appartient l'usage des cloches des églises, il nous reste à *déterminer d'une manière plus précise les attributions respectives de l'autorité religieuse et de l'autorité civile* en ce qui concerne la sonnerie des clochers.

Afin de nous acquitter d'une manière complète et méthodique de cette tâche difficile et délicate, nous examinerons successivement les conclusions qui se dégagent de la thèse que nous avons établie dans la première partie de cette étude, et les questions spéciales qui s'y rattachent.

I. Conséquences immédiates des principes exposés.

1° Toutes les fois qu'il s'agit de faire sonner les cloches de l'église pour le *service divin* (1), le droit en appartient *au curé, sans qu'il ait besoin d'aucune autorisation de la police locale.*

(1) « L'expression *service divin,* employée par l'article 48 de la loi Germinal an X, ne doit point être prise dans son sens restreint; mais, d'après l'interprétation unanime de tous les auteurs et une pratique générale dans le pays, elle doit être entendue de toutes les sonneries concernant les offices, cérémonies ou prières du culte ». Arrêt de la Cour de Gand du 18 Janvier 1881 (*Pasicr.*, II, 233).

En admettant que l'article 48 de la loi du 18 Germinal an X soit encore en vigueur, le service des sonneries religieuses devrait, en droit rigoureux (1), faire l'objet d'un règlement élaboré de concert par l'Evêque et le gouverneur (2).

Dans la confection de ce règlement, c'est l'Evêque qui dispose. Il est seul compétent pour connaître les services religieux qui doivent être accompagnés de la sonnerie ; et, dès lors, il lui appartient de régler pour quelles cérémonies et de quelle manière les cloches seront sonnées. Le gouverneur (ou la députation permanente) doit se borner à examiner si la sonnerie telle qu'elle a été réglée par l'Evêque n'est pas de nature à troubler le repos public ; c'est en effet uniquement en vue de cet intérêt que la loi a requis son intervention.

Qu'adviendrait-il si ces deux autorités ne parvenaient pas à s'entendre ?

Herman d'Eprave, *Mém. belge,* I, 573 ; Brixhe, V° *Cloches ;* Lauwers, *Des cloches,* p. 36 ; Bernimolin, *Les institutions provinciales et communales de la Belgique,* T. II, p. 212, croient qu'il y aurait lieu de recourir à

(1) En fait la disposition de l'article 48 n'a reçu d'exécution que dans un nombre restreint de diocèses ; et encore les règlements intervenus n'ont généralement pas été observés et ont fini par tomber en désuétude au point qu'on en conserve à peine le souvenir.

Du reste « les conventions qui interviennent entre les Evêques et les gouverneurs pour modérer l'abus de la sonnerie des cloches, sont des règlements d'ordre et de service intérieur qui n'imposent aucune obligation aux particuliers et qui sont, par suite, dénués de sanction pénale ». Giron, *l. c.*, n° 6.

(2) « Ce sont, en effet, les gouverneurs qui ont été substitués aux préfets par l'arrêté du 10 Mai 1816 pour tout ce qui concerne l'exécution de la loi du 18 Germinal an X ». Giron, *l. c.*, n° 3. Comp. Beltjens, *l. c.* D'après d'autres jurisconsultes, dont les *Pandectes belges* partagent la manière de voir, « depuis les lois de 1815 et de 1836, le préfet de l'art. 48 de la loi de Germinal est remplacé par la députation permanente ». V° Cloches, n° 26, note (T. XIX, p. 995). Nous constatons que le règlement fait en 1839 pour le Hainaut a été arrêté entre l'Evêque et le gouverneur.

la décision du Roi. Giron, *Dictionnaire de droit administratif,* V° Cloches, n° 3, n'admet pas cette solution. « La loi, dit-il, ne consacre pas ce recours. Or, on sait que sous l'empire de la Constitution qui nous régit actuellement, le Roi n'a que des pouvoirs d'attribution. En cas de désaccord entre l'autorité civile et l'autorité religieuse, le *statu quo* serait maintenu ». Comp. Beltjens, *La Constitution belge revisée,* p. 287.

Que faut-il donc décider relativement aux sonneries religieuses qui ne font pas l'objet d'un règlement général ?

D'après la *Belgique judiciaire* (an. 1883, p. 1537 ss.), s'il existe des diocèses qui sont privés de règlement, la sonnerie des cloches n'est pas autorisée ; et l'administration communale peut intervenir pour la réglementer. « Les conseils communaux ont qualité et compétence à l'effet de régler et d'interdire même l'usage des cloches en général, telles que de communautés religieuses, maisons conventuelles et autres ; à l'égard des cloches des paroisses, ce droit se trouve contenu par les concessions (!) des préfets en vertu de l'article 48 de la loi du 18 Germinal an X, mais il est au pouvoir des dits conseils d'en interdire la sonnerie, sous peines de police, en dehors des heures réglementaires ». *Ibid.,* p. 1545.

Giron professe la même opinion, en y mettant toutefois quelques formes. Il commence par reconnaître que « le clergé aurait, dans les provinces où il n'existe pas un règlement général sur cet objet, la liberté de sonner les cloches paroissiales à leur gré » ; mais il s'empresse de soumettre cette liberté « à la charge de respecter les règlements communaux qui pourraient être faits pour modérer l'abus de ces sonneries dans l'intérêt du repos des citoyens ». *Dictionnaire,* V° Cloches, n° 3. Puis, plus loin, il affirme que « les conseils communaux peuvent... défendre, dans l'intérêt du repos public, les

sonneries noctures, celles qui ont lieu dans les couvents aussi bien que les autres »..; qu'ils « ont le droit, en vertu de la loi des 16-24 Août 1790, d'interdire, par voie de règlements de police, la sonnerie des cloches paroissiales en dehors des heures et des jours fixés par ces conventions (intervenues entre les Evèques et les gouverneurs) et de sanctionner cette interdiction par des peines de police ». *Ibid.*, n° 6. Comp. *Revue communale,* an. 1880, p. 20 ss. ; *Revue de l'administration,* T. XXXV, p. 364 ss.

Nous ne saurions admettre ces théories. Nous dénions à l'autorité communale le droit de suppléer à l'absence ou à l'insuffisance du règlement prescrit par l'article 48, et de se substituer ainsi aux autorités hiérarchiquement supérieures chargées par la loi d'élaborer ce règlement. Le législateur en ordonnant d'une part que « l'*Evêque* se concertera avec le *préfet* pour régler la manière d'appeler les fidèles au *service divin* par le son des cloches », et en stipulant d'autre part que les cloches ne pourront être sonnées « pour *toute autre cause* sans la permission de la *police locale* », a manifestement soustrait les sonneries religieuses au droit de police confié à la commune par la loi des 16-24 Août 1790, et virtuellement enlevé aux conseils communaux tout pouvoir d'intervenir en cette matière. L'autorité communale est donc absolument incompétente pour réglementer quoi que ce soit du service des sonneries religieuses. Cette conclusion se dégage spontanément des termes mêmes de l'article 48, et elle est admise par la presque généralité des auteurs. (1)

---

(1) Voir, p. ex., Daris, *Mém. belge*, an. 1871, p. 248 ; Brixhe, V° *Cloches ;* Moulart, *Des fabriques d'églises*, 8me édit., p. 327 ; Lauwers, *Des cloches*, p. 36; de Corswarem, n° 12; *Het Vlaamsch Bestuur*, III, 31; De Brabandere, 5me édit., n. 1177; Seresia, *Du droit de police des conseils communaux;* Beltjens, *ouv. cité*, p. 287 coll. p. 557; *Pandectes belges*, V° Cloches, n. 29; Bernimolin, *l. c.* Comp. les arr. roy. des 8 et 12 Mai, et 27 Juillet 1841.

Plusieurs cependant limitent l'incompétence de la commune aux seules sonneries des églises *paroissiales* et autres *légalement reconnues,* parce que, d'après eux, l'article 48 ne concerne que celles-là ; ils admettent donc que les conseils communaux peuvent, en s'appuyant sur la loi des 16-24 Août 1890, réglementer la sonnerie des cloches des églises conventuelles, et défendre, dans l'intérêt du repos public, les sonneries qu'ils jugent intempestives. C'est par application de ce principe que le conseil communal d'Ostende a fait, en 1876, un règlement interdisant, sous des peines de police, la sonnerie des cloches avant 8 heures du matin et après 8 heures du soir dans tous les établissements d'instruction publique, établissements industriels, communautés et institutions religieuses.

M. Woeste a contesté, avec raison selon nous, la légalité de ce règlement. En effet, le texte de l'article 48 n'établit aucune distinction entre les églises ; il est complètement général, et les offices qui se célèbrent dans les églises conventuelles ne sont pas moins le *service divin* que ceux qui se célèbrent dans les églises paroissiales. Séance de la Ch. des repr. du 14 Décembre 1876 (*Ann. parlem.,* 1876-1877, p. 158 ss.). Néanmoins le tribunal correctionnel de Bruges, par jugement du 20 Décembre 1877 (*Pasicr.* 1878, III, 238), a déclaré le susdit règlement légal et obligatoire ; et le pourvoi dirigé contre ce jugement a été rejeté par arrêt de la Cour de cassation du 3 Février 1879 (*Pasicr.,* I, 107).

Quoi qu'il en soit, cette décision ne s'applique pas à la sonnerie des cloches des paroisses et succursales. D'où nous concluons, qu'en principe et en l'absence de tout règlement, les curés peuvent faire sonner les cloches chaque fois et aussi souvent que les prescriptions de la liturgie l'ordonnent ou que les nécessités ou les convenances du culte le demandent : tant qu'ils se maintiennent dans ce cercle qui est le leur, ils ont toute

liberté, ils ne peuvent être gênés par qui que se soit, et tout règlement communal (ou provincial) qui porterait atteinte à cette liberté serait entaché d'illégalité.

Est-ce à dire que l'autorité communale serait désarmée, dans la supposition qu'un curé s'amuserait à troubler le repos public par des sonneries nocturnes?

Nullement. Réalisez cette puérile hypothèse, et l'autorité civile pourra prendre son recours auprès du gouverneur qui s'entendra avec l'Evèque pour faire cesser les abus, et au besoin, provoquer auprès du Ministre de la justice l'application obligatoire de l'article 48 et l'élaboration d'un règlement dont l'observation sera exigée de tous.

2° Lorsqu'il s'agit de sonner les cloches pour *toute autre cause,* c'est-à-dire, pour toute cause étrangère au service du culte, le droit en appartient encore en général au curé; mais il ne peut en faire usage qu'après avoir préalablement demandé et obtenu *la permission de la police locale* (1).

Par arrêt du 14 Mai 1883 (*Pasicr.,* I, 223), cofirmant l'arrêt de la Cour de Gand du 3 Avril précédent (*Pasicr.,* II, 165), la Cour de Cassation a décidé que « *l'octroi de cette permission est un acte des fonctions du bourgmestre* de la commune; qu'en conséquence, le Curé qui, de son propre chef, sans l'autorisation et même malgré la défense du bourgmestre, *donne l'ordre formel de sonner* les cloches pour une cause étrangère aux

(1) « Les mots *police locale* se rapportent non pas au conseil, mais au bourgmestre. En effet, il s'agit ici de permissions à donner, c'est-à-dire d'actes individuels, qui ne rentrent pas dans les attributions du conseil. En matière de police, le conseil dispose par voie d'injonctions ou de prohibitions générales ; il n'accorde pas de permissions. Les permissions prévues par la loi de Germinal constituent des actes d'exécution d'une disposition de police, et ne peuvent, dès lors, être données que par le bourgmestre. Il suit de là que le conseil ne peut pas réglementer ces permissions : s'il le faisait, il excéderait ces pouvoirs et il empiéterait sur ceux d'un fonctionnaire qui tient les siens d'une délégation directe de la loi ». Seresia, *ouv. cité,* p. 198. — *Pandectes belges,* V° Cloches, n° 36.

besoins du culte, usurpe un pouvoir dont ce magistrat est seul investi par la loi du 18 Germinal an X, s'immisce ainsi dans les fonctions publiques en faisant un acte de ces fonctions (1) et commet le délit réprimé par l'article 227 du code pénal. (2)

(A suivre).

C. V. C.

---

(1) D'après les arrêts cités, *l'ordre formel* donné par le curé de sonner les cloches implique *l'octroi de la permission* de les sonner; cet ordre en effet doit faire croire au public que la sonnerie a lieu de l'assentiment de la police locale; partant le curé, en le donnant supplée au défaut d'une autorisation que le bourgmestre seul peut accorder, et il s'immisce ainsi sans titre dans les fonctions de ce magistrat.

Ce raisonnement difficile, plus spécieux que solide, nous semble avoir été trouvé pour les besoins de la cause. Nous avouons ne pas comprendre comment le curé, en donnant l'ordre de sonner, doit nécesairement être censé se substituer au bourgmestre qui *autorise* la sonnerie ; nous comprenons moins encore comment cet acte puisse constituer le délit spécial d'immixtion prévu par l'article 227 du Code pénal, et servir de fondement à l'application d'une disposition pénale, qui est de stricte interprétation. Comp. l'ordonnance rendue par la chambre du conseil du tribunal de Bruges le 20 Décembre 1881 (*Pasicr.* 1883, II, p. 165).

D'après la Cour de Gand, le délit d'usurpation de pouvoir n'existerait pas si le curé omettait simplement de demander la permission exigée par l'article 48, et remplissait lui-même l'office de sonneur, « puisque la mission de sonner les cloches ne rentre point dans les attributions légales du bourgmestre ».

(2) Cet article porte : « Quiconque se sera immiscé dans les fonctions publiques, civiles ou militaires, sera puni d'un emprisonnement d'un mois à deux ans ».

Dans l'espèce qui fait l'objet des arrêts précités, la Cour de Gand jugea qu'à raison des bons antécédents du prévenu et des circonstances atténuantes qui militaient en sa faveur, il convenait de ne lui infliger, pour cette infraction, qu'une simple amende correctionnelle de 26 francs.

Ex S. Congr. Indulgentiarum

Sanatio professionis Tertiariorum S. Francisci invalidæ ex defectu novitiatus anni completi.

« Constat haud paucos Tertiarios ad professionem fuisse receptos invalide ob defectum anni novitiatus completi. Nonnullis enim in locis praxis invaluit recipiendi Tertiarios ad professionem eodem quidem mense, quo anno præcedenti fuerant recepti ad novitiatum, eodemque etiam die hebdomadis — puta Dominica Iª vel IIª qua adunari solent — sed non eodem die mensis, ex quo evenit ut multi annum novitiatus non compleverint. »

S. C. Indulg. die 30 Martii 1897, benigne concedere dignata est « sanationem pro omnibus ubicumque terrarum, qui hucusque ex defectu novitiatus anni completi professionem fecere invalidam. » (1)

Consultationes

I

Parochus, tempore paschali, obvium habet infirmum, non quidem periculose decumbentem, sed diuturniori laborantem morbo, ita ut jejunii naturalis sit omnino incapax. — Petit autem num dicto ægroto possit Sacram Eucharistiam porrigere *non jejuno,* ut adimpleat *præceptum Communionis paschalis ?*

R. In ipsa quæstione seponitur casus infirmi hujusmodi, postulantis Sacramento refici devotionis gratia ;

(1) Cf. *Nuntius Romanus 1897,* p. 120.

tunc enim, expressis verbis, Rit. R. (1) exigit ut æquiparetur cæteris fidelibus et lege communi jejunii adstringatur.

Ad petitum autem quod attinet, fundamentum solutionis præbent verba Concilii Constantiensis, SS. XIII, a Martino V approbata a° 1448: « Præsens concilium... declarat, decernit et definit quod licet Christus post cœnam.... tamen hoc non obstante SS. Canonum auctoritas laudabilis et approbata consuetudo Ecclesiæ servavit et servat, quod hujusmodi Sacramentum non debet confici post cœnam, neque a fidelibus recipi non jejunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis, a jure vel Ecclesia admisso vel concesso. »

Totum negotium, ut nemo non videt, vertitur in interpretatione vocis præceptum restringentis : « *In casu infirmitatis* » : num scilicet intendantur *soli periclitantes* an vero ægroti quilibet, urgente saltem lege paschali ?

Deficiente hucusque interpretatione authentica, nobis manet inquirendum circa doctrinalem et usualem præsertim ; consuetudo namque optima legum interpres : ad quod principium juris eo potiori jure hic provocatur, quod PP. Constantienses, uti e verbis citatis liquet, jejunii regulam ejusque exceptionem ab usu Ecclesiæ repetunt, potius quam illam expresso canone statuentes inducant.

Testes igitur adivimus ecclesiastici usus, qui simul sunt textus Conciliaris interpretes, probatos nimirum auctores, quos mira consensione reperimus convenire in partem severiorem, præceptum jejunii absolute urgentes pro infirmis extra mortis periculum constitutis : solum nempe *viaticum* permittunt post cibum, etsi passim non prohibeant S. Communionis

(1) Capite 4°, de communione infirmorum, n° 4.

repetitionem, *durante eodem vel novo mortis periculo* (1).

Concedimus quidem plerosque AA., ubi a privilegio Constantiensi excludunt ægros non moribundos, *expressis verbis* non attingere casum instantis præcepti paschalis, sed cum ex professo agant de causis eximentibus a jejunio naturali, in specie de infirmitatis causa, ipsa omissio casus intenti æquivalet formali exclusioni, et argumentum negativum evadit eminenter positivum.

Nobis opponuntur veluti extra chorum canentes Tournely (2), Cardinalis Toletus (3), Elbel (4), Fernan-

(1) Consulantur, si lubet, inter alios :

S. THOM., III P., qu. LXXX, art. 8 ; SUAREZ, *In III P. S. Thom.*, disput. LXVI, Sc 5a ; VASQUEZ, *In III P. S. Thom.*, ad qu. LXXX art. 8o ; DE LUGO, *De Sacr. Euch.*, disp. XV, Sc 3ia ; SALMANTICENSES. *Cursus theol. mor.*, tom. I, tract. IV, c. VII, puncto 4o, no 74-76 ; WIGGERS, *In III P. S. Thom.*, l. c. ; SYLVIUS, ibidem ; GASPAR HURDADO, *De Sacr. et censuris*, de Euch., disp. IX, diff. XVI ; BONACINA, l. I, disp. De Euch., qu. VI, puncto 2o ; DIANA, *Summa*, Vo Communio, no 63 et ss. ; BUSENBAUM, *Medulla*, l. VI, tract. III, c. II, art. 2o ; LAYMANN, *Theol. mor.*, l. V, tract. IV, c. VI, no 2 ; DAELMAN, *Theol.*, tom. VIII, qu. IV, observ. XI ; J.-B. GONET, *Clypeus. theol.*, t. V, disp. IX, no 35 ; BILLUART, *Summa*, in III P. Thom., tom. 4o, Dissert. VI, art. 4o1 ; VOIT, *Theol. mor.*, P. II, no 376 ; LACROIX, *Theol. mor.*, tom. V, l. VI, p. 1a, c. II, dub. II, art. 2o ; TAMBURINI, tr. de SS. Communione, l. V, § 10 et 11 ; ANTOINE, *tr. de Euch.*, cap. II, qu. 4a ; RONCAGLIA, *Theol. mor.*, disput. XVIII, qu. I, c. 5 ; BARUFALDI, *Comment. RR.*, tit. XXVI, § 5 ; S. ALPH., l. VI, no 285 ; MARC, *Institutiones mor.*, no 1560 ; LEMKUHL, *Theol. mor.*, P. II, l. I, tr. IV, art. 3e ; GURY-BALLERINI, tom. II, no 334 ; BALLERINI-PALMIERI, tr. X, s. IV, c. II, no 175 ; AERTNYS, *Theol.*, l. VI, no 106 ; PESCH, *Prælect. dogmat.*, tom. VI, no 827 ; BUCCERONI, *Instit. theol. mor.*, de Euch. no 108.

(2) Sic legimus in tom 2o, *Institutionum*, de Sacr. Euch., qu. 5a, art. 3io : « Casus in quibus licet non jejunis... isti sunt : 1o Infirmitas quæ si tanta sit ut urgeat mortis periculum, etiam pro viatico dari debet Euch. non jejunis. Si vero ab infirmo non pro viatico sumatur, jejunus ille debet esse, nisi forte talis esset infirmitas, ut jejunium nullo modo ferre posset. Quin et sæpius... »

(3) In *Instructione Sacerdotum*, l. II, c. XXVIII : « Mortale peccatum est recipere Sacr. hoc post cibum... nisi tempore infirmitatis periculosæ, tunc enim potest post prandium etiam communicare, vel quando esset præceptum communicandi et infirmus non posset absque gravi incommode omittere potionem .. »

(4) In *Theol. mor.*, P. I, confer. XIV, no 90 : « Dicendum quod... Sempronio liceat accedere, ad S. Synaxim. » Sempronius autem erat ob stomachi debilitatem jejunio impar, adeoque postulabat adire S. Communionem post sumptum aliquod confortativum.

dez (1) et Josephus Antonio (2), quorum auctoritate nitentes adversarii (3) probabilitatem conantur vindicare sententiæ oppositæ.

Etiam concessis invocatis testimoniis, valde suspecta probabilitatis esset sententia adversa; atvero nec æquam crisim sustinent textus objecti, si solum Elbel excipias.

Et requidem vera in altera parte pericopæ, Tournely quæstionem tangit apud coævos communiter agitatam, an scilicet in eadem infirmitate *periculosa* liceat ægrotanti, viatico jam refecto, præbere S. Euchar. post fractum jejunium. Quod concedunt prope omnes (4); nec ipse A. dissentit, hac nimirum lege, ut commode abstinere nequeat a cibo (si talis infirmitas...), cum tunc non amplius urgeat instans necessitas viatici. Et ille sensus patet vel ex hoc ipso quod addit : « Quin et *sæpius* eadem perdurante infirmitate concedi potest, modo *dies aliquot* — effluxerint... » quod certe nemo concedet non laboranti ad mortem.

Antonio relinquimus, cum verba tantum referat prælaudati Tournely.

Equidem *Toletus* obscuriùs loquitur sed valde dubie adversariis patrocinatur cum in Comment. S. Th. P. III, qu. LXXX, absque ulla restrictione admittat sententiam S. Doctoris nobis faventem, et in Instructione, l. VI, c. XV ab accessu S. Communionis repellat omnes non jejunos nisi infirmos « *ita ut timeatur mors* ».

Ipsis autem contra nos arguentibus onus incumbit positive demonstrare apud *Fernandez* infirmos non posse intelligi, uti apud alios plures, sensu restricto

(1) In *Medulla*, P. III, c. IV, § 8 : « Usus tamen Ecclesiæ obtinuit ut infirmis, cum urgeat necessitas communicandi, detur Euch. post cibum. »

(2) *Theol. mor.*, P. II, tract. III, De Euch., qu. 1ª ; ubi citat verba Tournely.

(3) Cfr. *Melanges theol.*, 1847-1848 ; *Ill. Haine*, tom. III, De Euchar., qu. 68. — *Berardi*, Praxis Conf., nº 768 et *d'Annibale*, III, nº 290.

(4) Cfr. *Bened. XIV*, De Syn., l. VII, c. 12.

pro periculose decumbentibus. Hunc nimirum Auctor concinniori formula dixerit exemptum a lege jejunii, ubi adest necessitas communicandi: nempe ob viaticum recipiendum vel aliud ob motivum, durante eadem (lethali) infirmitate.

Remanet igitur, præter ambiguum Toletum, unicus Elbel, quem ultro fatemur communi contrariari sententiæ, pro laxiori ipsius ingenio, nimis severæ.

Quis est autem ut opponatur tantæ seriei summorum Doctorum, præsertim si attendatur ipsum ad AA. (1) provocare ipsi contradicentes! Nec ipsi illi (2), qui illius se tegunt nomine, proprii ducis audent vestigiis inhærere, cum illimitatam licentiam quam Sempronio concedit Elbel, ipsi restringunt ad solum casum explendi præcepti paschalis.

Frustra etiam arguitur ex origine divina præcepti paschalis, (in supposito quod sit admittenda) ac si, hac in collisione jurium, statim coram ipso deficeret præceptum ecclesiasticum jejunii. Hæc enim ratio nimis probat; quæ si valeret, posset Sacerdos in articulo mortis, ad communicandum pro viatico, deficiente hostià consecrata, celebrare absque vestibus sacris, extra altare consecratum etc... quia illa præcepta sunt humana, quæ impedire nequeunt observantiam legis divinæ de recipiendo viatico: non obligat nempe præceptum divinum ad communicandum nisi quando possumus; ille autem qui ab Ecclesia prohibetur non potest, atque ideo excusatur (3).

Dicenti: «Lex positiva Ecclesiæ non obligat cum tanto incommodo, quale est privatio diuturna S. Refectionis», respondemus cum Ballerini-Palmieri, l. c. « principium verum esse nisi aliud incommodum altioris ordinis prævaleat incommodo privati fidelis»; censet autem Ecclesia,

(1) Cfr. Busenbaum, Bonacina et Diana, l. l. c. c.
(2) Ill. Haine.
(3) Cfr. De Lugo, l. c. et Ben. XIV, De Sacr. missæ S. II, § 100.

majoris esse momenti observantiam jejunii in reverentiam SS. Sacramenti, quam ut vincatur ab illo gravamine, sane maximo, at privato et admodum raro.

Quid ergo concludendum et consulendum parocho? Conclusio est, salva meliori, dictum infirmum excusari a præcepto paschali, cui tamen ut satisfaciat, posset a parocho, etiam de nocte, (1) deferri S. Communio ut, illæso jejunio, eucharistico pane refocilletur ægrotus.

Remedium alterum est dispensatio Pontificia, quæ nostris diebus haud difficile obtinetur, in ordine ad *potum* sumendum.

A. D. S.

II

Non admodum rarò obviam habeo casum sequentem: Puella ex mea parochia domum paternam relinquit ut famulatum accipiat apud familiam parochiæ vicinæ in Gallia. Post aliquot annos cupit matrimonium inire cum juvene similiter in Gallia commorante, et redit ad nos nuptias celebratura.

Quæro utrum in casu haberi possim uti parochus proprius dictæ ancillæ, ejusque matrimonium valide coram me celebrari valeat.

R. Præmittamus principium generale: Parochus proprius in ordine ad matrimonii celebrationem ille est in cujus parochia alteruter ex sponsis habet *domicilium habitationis* (hic np. non attenditur ratio *originis*), aut *quasi-domicilium*, vel, si sit *vagus* (i e. nullibi habens domicilium aut quasi-domicilium) in ea actu commoratur.

Jam applicemus principium istud ad casum propositum.

I. Non habet ancilla ista in parochia consulentis *quasi-domicilium:* ad hoc enim requiritur habitatio in loco per majorem anni partem vel saltem cum intentione tamdiu manendi. Quæ, ut patet non verificantur in casu.

(2) Cfr. Gury, Bucceroni, Palmieri-Ballerini, l. l. cc.

II. Neque ibi habet *domicilium* saltem propria voluntate contractum : hoc enim acquiritur per habitationem in loco cum animo perpetuo manendi.

Dico : *saltem propria voluntate contractum ;* bene enim fieri potest ut ibidem habeat domicilium aliena voluntate acquisitum. Etenim juxta communem et certam Doctorum sententiam, « qui sui juris non est is habet, et, licet non amplius cum parentibus vel tutore habitans, retinet verum domicilium patris vel tutoris, donec sui juris effectus illi domicilio sive verbis sive factis renuntiet et de hoc constet. — Ad ejusmodi tamen renuntiationem non sufficit in filiis famulatui se addicentibus supponere intentionem interpretativam amplius non redeundi ad domicilium parentum vel eos simpliciter non cogitare de redeundo ad illud, cessante famulatu ». Ità Exim. Feije, *De impedim. et dispensat. matrim.* (editio 1893), n. 204 ; qui *ibid.* n. 208 addit : « Porro ad amittendum domicilium non sufficit actualis discessus, nec diuturna absentia ; sed sive verbis sive factis debet constare de animo valedicendi domicilio, et quamdiu de eo non constat, illud conservatur. »

Videat igitur imprimis Parochus in casu utrum ancillæ pater, mater aut tutor in parochia habeat domicilium : quod si obtineat et ancilla nondum sit majorennis, (1) vel si majorennis, domicilio paterno aut tutoris non renuntiaverit, poterit matrimonio ejus assistere quà parochus proprius. Secùs non poterit saltem qua parochus domicilii ; at

III. Forte ancilla illa erit habenda uti *vaga* saltem momentanee. Casus erit si servitio suo valedixerit et heri sui parochiam reliquerit animo post contractum matrimonium in alia parochia cum marito habitandi. Si ita sit, certo valebit ejus matrimonium coram

(1) « Ex civilibus regionis legibus solvenda est quæstio quinam sint, ut dicitur, majorennes seu sui juris, quinam minorennes seu non sui juris. » Feye, l. c. n. 203 *in nota*.

parocho loci ubi hic et nunc moratur celebratum. — Equidem propter polygamiæ periculum, quod, dum de vagis agitur, magis est timendum, Concilium Tridentinum sess. XVIV, cap. 7, *de reform. matrim,* præcipit parochis *ne illorum matrimoniis intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, et re ad Ordinarium delata ab eo licentiam id faciendi obtinuerint;* atque hoc præceptum obligat sive utraque sive alterutra tantum pars vaga sit, ejusque violatio redderet assistentiam parochi graviter illicitam, validitati tamen matrimonii non noceret. Sed merito notant auctores plures præfatam præscriptionem non respicere casum quo nupturientes *momentanee* tantum sunt vagi, dum relicto domicilio ad aliud sese transferunt, interim non habentes domicilium aut quasidomicilium, quamvis iidem quoad reliqua vagis annumerantur (1). Et re quidem vera ratio præcepti seu speciale periculum polygamiæ hic non verificatur, nec proprie dici possunt hujusmodi transeuntes ab uno domicilio ad aliud *vagari et incertas habere sedes,* sicuti illi de quibus loquitur Tridentinum.

Quodsi famula de qua quæritur non habeat domicilium parentum aut tutoris in parochia ubi intendit matrimonium contrahere, nec haberi possit ut vaga, dum tamen aliunde adsit rationabilis causa cur ibidem nuptias celebret, restat ut parochus recurrat ad parochum sponsi aut sponsæ, aut ad ipsorum Ordinarium in Gallia, quatenus debitam delegationem obtineat. Dico: *ad Ordinarium ipsorum in Gallia:* nam si puella ista in diœcesi nostra jam non habeat domicilium aut quasidomicilium, inutiliter recurreretur ad Episcopum nostrum, cum nec ipse possit matrimonio ejus assistere qua illius Ordinarius.

H. V. D. B.

(1) Cfr. Feije l. c. n. 238. — THEOL. MECHL. *Tract. de sponsal. et Matrim.* (editio 1894) p. 332.

III

Inter facultates concessas sacerdotibus qui operi Propagationis Fidei curam impendunt (cf. *Florilegium* pp. 287 sq.) sunt quædam quæ conceduntur ratione collectionis eleemosynarum pro hoc pio opere. *Quæritur :*

1° Utrum illis privilegiis et facultatibus gaudeat parochus qui per vicepastorem eleemosynas colligit, an vero solus vicarius immediatus collector ?

Respondetur. Illis gaudet « quicumque sacerdos cui *munus demandatum fuerit* colligendi eleemosynas ». Illis proinde frui potest vicarius, et solus quidem, si hoc munus ipsi pro tota parœcia commissum fuerit ; nequaquam vero si per transennam tantum et materialiter quasdam pecunias colligat nomine parochi qui curam et munus eleemosynas colligendi sibi reservavit. Nihil tamen impedire videtur quominus in una eademque parœcia plures constituantur sectiones, quibus singulis designetur proprius collector.

2° Quanam formula utendum sit ad applicandas a) crucifixis indulgentias viæ crucis, b) rosariis indulgentias S. Birgittæ nuncupatas, c) rosariis, crucibus, numismatibus, etc. indulgentias apostolicas ?

Respondetur. « Sufficit signum crucis manu efformare super res benedicendas absque pronuntiatione formulæ benedictionis et sine aquæ aspersione » (*Decr. auth.* n. 313 ad 2 ; cf. nn. 281 ad 2, 401), cum intentione applicandi sive unam sive plures simul ex præfatis indulgentiis, modo materia benedicenda talis indulgentiæ capax habeatur.

Laudabile tamen est, juxta decr. S. C. Rit. 12 Aug. 1854, dum signum crucis ducitur, pronuntiare verba « in nomine Patris et Filii et Spiritus S^ti » resque benedicendas aqua lustrali aspergere ; imo, præsertim si publice fiat, adhibere superpelliceum, stolam albi coloris, aquam benedictam et, pro adnectendis indulgentiis S. Birgittæ nuncupatis, uti formula speciali quam exhibet *Florilegium* p. 320. C. C.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra p. 417.)

ARTICULUS II

De revelatione divinâ reipsa facta per Christum, et de signis quibus de facto est confirmata.

71. In præcedentibus egimus de divina revelatione generatim, signisque quibus facta eadem revelatio dignosci possit : illa nunc applicabimus revelationi per Christum factæ, quam solam directe et in specie considerabimus. Cæterum, hac probata divinis signis, antecedentes omnes publicæ revelationes vere divinæ ut tales comprobantur, propter nexum intimum has inter et illam : omnia enim inde ab exordio mundi ad promissum Redemptorem vergunt, omnisque revelatio publica in Christo et per Christum, utpote Verbum Dei personale, merito debebat compleri, uti reipsa completa fuit.

Considerabimus igitur revelationem a Christo et Apostolis ejus factam, primo quidem relate ad auditores eorum immediatos, deinde vero relate ad homines consequentium temporum nosque ipsos, ad quos fuit transmissa.

72. Quod immediatos auditores illius revelationis attinet, non solum divina Christi missio, sed ipsa divinitas simul ac humanitas Christi loquentis luculenter et abundantissime fuit comprobata. Sic S. Thomas, *c. Gent.*, lib. IV, cap. LV, n. 8 : « Dei incarnatio sufficientibus indiciis hominibus manifestata est. Divinitas enim nullo modo convenientius manifestari potest,

quam per ea quæ sunt propria Dei : est autem Dei proprium, quod naturæ leges immutare possit, supra naturam aliquid operando, cujus ipse est auctor.

Convenientissime igitur probatur aliquid esse divinum, per opera quæ supra leges naturæ fiunt, sicut quod cæci illuminentur, leprosi mundentur, mortui suscitentur. Hujusmodi quidem opera Christus effecit.

Unde, et ipse per hæc opera quærentibus, *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* suam divinitatem demonstravit, dicens : *Cæci vident, claudi ambulant, surdi audiunt,* etc. Alium autem mundum creare necesse non erat, nec ratio divinæ sapientiæ, nec rerum natura hoc habebat. Si autem dicatur... quod hujusmodi miracula etiam per alios esse facta leguntur : tamen considerandum est, quod multo differentius, et divinius Christus ea effecit. Nam alii orando hæc fecisse leguntur, Christus autem imperando quasi ex propria potestate : et non solum ipse hæc fecit, sed et aliis eadem et majora faciendi tribuit potestatem, quia ad solam invocationem nominis Christi hujusmodi miracula faciebant. Et non solum miracula corporalia per Christum facta sunt, sed etiam spiritualia, quæ sunt multo majora, scilicet quod per Christum, et ad invocationem nominis ejus Spiritus sanctus daretur, quo accenderentur corda charitatis divinæ affectu, et mentes instruerentur subito in scientia divinorum, et linguæ simplicium redderentur disertæ ad divinam veritatem hominibus proponendam. Hujusmodi autem opera indicia sunt expressa divinitatis Christi, quæ nullus purus homo facere potuit. Unde Apostolus, *ad Hebræos,* II, dicit, quod salus hominum, quum initium accepisset enarrari per Dominum, per eos qui audierunt, in nos confirmata est, attestante Deo signis, et virtutibus, et variis Spiritus sancti distributionibus. »

73. Ad hæc verba S. Thomæ, ita habet celeber ejusdem commentator Ferrariensis :

« Ad evidentiam eorum quæ hic dicuntur, suppositis iis quæ in tertio libro dicta sunt, ubi de miraculis agebatur, considerandum est, quod duplicem tangit rationem S. Thomas quare miracula Christi ejus divinitatem ostendebant. Prima est ex modo faciendi : quia scilicet ea faciebat propria virtute, propriaque auctoritate, quod est proprium Dei : alii vero sancti miracula fecerunt virtute alicujus, scilicet Dei, cujus erant instrumenta ; hujus autem duplex ostendit signum. Unum est, quia alii sancti fecerunt miracula orando, Christus autem imperando. Imperare nempe est habentis auctoritatem. Alterum est, quia aliis dedit potestatem similia miracula et majora faciendi, quia ad solam invocationem nominis ejus miracula faciebant. Nisi nempe ipse haberet virtutem miracula faciendi propria auctoritate, non potuisset aliis hanc virtutem communicare, nec ad solam nominis ejus invocationem miracula fierent. Invocatur nempe ad aliquid faciendum in cujus virtute et auctoritate aliquid fit. Secunda ratio est ex magnitudine factorum : quia videlicet spiritualia illa miracula quæ enarrat, facta scilicet post ejus ascensionem, majora sunt quam quæcumque miracula ab aliis facta. Addit autem super *Joan.* cap. XV, quod etiam miracula majora aliis, dum esset in hac mortali vita, fecit, ut quod Lazarum quatriduanum suscitavit, et cæcum natum illuminavit : unde dicebatur : *non est a sæculo auditum* etc. Addit et aliam rationem ibidem, et 3ª, quæstione 43, quia videlicet miracula Christi excedebant aliorum miracula in multitudine. Dicitur enim *Luc.*, VI, quod virtus de illo exibat, et sanabat omnes : et *Matth.*, XIV, quod omnes quotquot male habebant, curabat. Additur et alia ratio in tertia parte, quæ mihi inter alias efficacissima videtur : quia videlicet ipse Christus se Deum esse dicebat : et ad confirmationem suæ doctrinæ miracula faciebat : nisi autem fuisset verum ipsum esse Deum, non fuisset ejus doctrina

miraculis divina virtute factis confirmata, cum Deus falsitatis auctor non sit.

Advertendum circa primam rationem, quod licet alii sancti in operatione miraculorum aliquando fortassis usi sint modo imperativo, tamen hoc non fecerunt nisi præmissa oratione, aut ad invocationem nominis divini tacitam vel expressam. Cum enim dixit Helias: *Si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo* etc., tacite ostendebat se virtutem divinam implorare. Christus autem etsi aliquando visus est orare antequam miraculum operaretur, sicut in suscitatione Lazari, ostendebat tamen se orare ad Deum tamquam ad patrem, cui manenti in ipso omnia sua opera tribuebat, per hoc etiam ostendens se esse Deum. »

74. Quod tempora spectat Christo in terris visibiliter versanti posteriora, in universa generis humani historia apparet factum quoddam publicum, tam grande, tamque illustre ut nullus hominum, dummodo a malo affectu ac præjudiciis sit immunis, id advertere et, cum adverterit, ad idem sedulo attendere non debeat. Factum istud est existentia et vita fœcunda Ecclesiæ catholicæ Romanæ, quæ se a Christo, Verbo Dei Incarnato, institutam affirmat, ut ejusdem Christi missionem ad finem usque sæculorum inter homines, ad æternam eorumdem salutem necessariam, continuet, tum infallibili magisterio, assistente Spiritu sancto, docendo quæ Christus revelavit, tum suprema potestate a Christo accepta homines dirigendo, tum sacra a Christo instituta exercendo ac ministrando.

Et statim quidem advertere licet non pro mero arbitrio, sine summa convenientia imo et necessitatis cujusdam ratione a Christo institutam fuisse Ecclesiam. Etenim, si vere Verbum caro factum est et habitavit in nobis, ut hominum genus salvaret, ipsumque perfectius doceret eidem revelando divinam veritatem ac voluntatem, cultumque Deo non ab individius tantum sed et

ab hominum societate reddendum, ut hominibus aperiret viam salutis planiorem, faciliorem, tutiorem, uno verbo, ut perficeret quæ Deus præteritis sæculis instituerat ad perpetuandam œconomiam salutis supernaturalem in ordine reparationis, utque impleret quæcumque prædicta ac præparata fuerant : profecto idem Redemptor non abstractam religionem hominibus proponere, sed societati religiosæ suam unitatem, universalitatem, complementum doctrinæ ac legum, mediorumque salutis, uno verbo, formam suam socialem perfectissimam dare debebat, quæ est ipsa Ecclesia catholica Romana.

Itaque factum istud grande institutæ Ecclesiæ est inspiciendum, et factum quidem non nudum historicæ veritatis personæ Christi et fundatæ ab Ipso Ecclesiæ, quod negari nequit nisi totam negando humanam historiam, sed factum *divinum,* divinaque Ecclesiæ missio tamquam societas necessaria, universalis hominum reddentium Deo cultum debitum, extra quam nulla vera religio, nullique salus.

75. Quod demonstrationem hujus facti divini attinet, in se consideratam et quoad materiam suam, solus ipse Deus eam administrare potest, quippe qui solus facti sui testimonium dare queat, ut supra de revelatione generatim expositum fuit. Porro demonstrationem divinam, id est, a Deo ipso propositam miraculis ac prophetiis, percipere homo potest duobus modis, sicut de via rationis ad Deum cognoscendum ascendentis dictum est: uno modo vulgari, communi omni intellectui sano ac præjudiciis vacuo, directe percipiendo vim signorum ac testimonii divini ; altero modo scientifico, reflexe sibi rationem reddendo demonstrationis, qui proprius est philosophis ac sapientibus. Et rursum duplex est via ad Christum Deum, adque divinam originem Ecclesiæ agnoscendam, reflexe ac scientifice percurrenda; quarum una sequitur ordinem historicum, estque propria sapientibus et polemice videtur aptior;

altera est, quam diximus directe ab omni homine sani intellectus ac bonæ fidei, secundum ordinariam Dei Providentiam, natura quasi duce, percurri, quamque philosophus reflexe considerans in formalem ac scientificam demonstrationem convertit.

Utramque viam breviter, pro scopo ac indole hujus nostræ tractationis indigitabimus.

76. In priore via historica, oportet primum authentiam ac veracitatem vindicare fontium, librorum nempe antiqui ac potissimum novi fœderis, præprimis Evangeliorum, e quibus haurire probationis media oportet; nec ipsum testimonium historicum Ecclesiæ negligi debet, in quo, abstrahendo a divina sua indole, auctoritas sane non deest nec exigui momenti elementa reperiuntur. Hoc igitur præstito, per ipsam historiam, per miracula in testimonium veritatis patrata, per prophetias impletas, demonstratur divina missio, imo et divinitas personæ Christi; deinde, ostenditur Christum non abstracte religionem proposuisse, sed instituisse Ecclesiam, quæ in finem sæculorum suam missionem divinam sustineret, adeoque omnes homines, ut salvi fiant, ad hanc Ecclesiam pertinere, ejusque doctrinam ac leges amplecti oportere.

Est hac in probatione scopulus præ cæteris vitandus, in quem, ni bene attendatur, facile impingitur. Argumenta videlicet e libris sacris, ut mere historicis, adversus incredulos desumendo, omnino abstinere oportet ab illo arguendi modo qui, inspiratione eorumdem librorum admissa, legitimus esse potest, quique in eo consistit ut ex paucis quibusdam verbis, unica phrasi etc., argumentum deducatur. Quomodo enim demonstrari potest auctorem quemdam, seposita inspiratione divina, veracem licet et doctum, in rebus minoris momenti, aut imo majoris momenti numquam errasse? Præterea, librum non fuisse interpolatum, ut aiunt, per tot sæculorum spatia fuisse servatum inte-

grum et incorruptum ? Eo vel magis quod etiam nos catholici innumeras admittamus variantes lectiones, et serio disputetur de authentia textuum longiorum.

77. Altera via, quæ propius ad hanc rem nostram pertinet, estque communis doctis et indoctis, ipsam directe Ecclesiam, qualis unicuique quovis tempore apparet, considerat, atque ex Ecclesia ipsa divinam ejus indolem ac originem deprehendit, ut per Ecclesiam ad Christum ac Deum perveniat. In hac igitur via, oculus mentis sincerus ac serenus, seposito omni partium studio, omni præjudicata opinione, omni affectu malo, defigatur in Ecclesiam, audiatur testimonium ejus de seipsa et argumenta quibus ipsa suam originem ac missionem demonstrat, inspiciantur proprietates ejus ac notæ divinitatis. Concilium Vaticanum (1), breviter indicata priore via, hanc posteriorem addit luculenter hisce verbis : « Quin etiam Ecclesia per se ipsa, ob suam nempe admirabilem propagationem, eximiam sanctitatem et inexhaustam in omnibus bonis fœcunditatem, ob catholicam unitatem, invictamque stabilitatem, magnum quoddam et perpetuum est motivum credibilitatis et divinæ suæ legationis testimonium irrefragabile. Quo fit, ut ipsa veluti signum levatum in nationes, et ad se invitet qui nondum crediderunt, et filios suos certiores faciat, firmissimo niti fundamento fidem, quam profitentur. »

Hæc quidem via plana et facilis omni homini bonæ fidei patet, si de perceptione vaga ac confusa, quamvis valde efficaci, agatur. Nemo enim, sincera mente considerans eximiam sanctitatem tum individualem, in vita evangelica atque apostolica, in martyrio, tum socialem in doctrina, legibus, et rebus sacris exercendis ac percipiendis, non videt eamdem sanctitatem nonnisi divinam originem habere ac supernaturalem operationem innuere. Et rursum, licet nullus hominum omnes noscat

(1) Constit. dogm., *Dei Filius*, cap. 3.

naturæ vires, nec ullus perfecte ordinem perspiciat, quem omnium Dominus in gubernatione mundi constituit, omnes tamen ordinarium naturæ cursum cognoscunt et miracula in ordine physico aut morali, quibus naturæ physicæ aut moralis leges solvuntur, statim et certo percipiunt, adeoque nemo est, qui hujusmodi miraculis sive in ordine physico sive in ordine morali, quæ in Ecclesia et propter ipsam facta sunt et fiunt, sive transeunter, sive permanenter in admirabili propagatione et conservatione ejusdem, licet naturæ opibus ac præsidiis destitutæ, comparata cum instabilitate societatum humanarum, omni præsidio naturali fulcitarum, nemo, inquam, est qui hujusmodi miraculis divinam Ecclesiæ naturam ac indolem agnoscere non debeat, si purus fuerit oculus mentis.

Itaque merito facilem dicimus hanc viam, omni homini obviam, et efficacem. Attamen, si reflexe consideratur, ita ut rationem sibi aliquis reddere velit et scientificam demonstrationem conficere, non caret difficultate. Id potissimum ante oculos haberi continuo debet, hic directe ostendi oportere divinitatem Ecclesiæ catholicæ propriis suis notis ac charactere divinis. Non igitur, sicut in priore via, agitur de vindicandis Ecclesiæ catholicæ proprietatibus ac notis veræ Ecclesiæ Christi, jam in tuto collocata divinitate Christi fundatoris, sed oportet directe signum divinæ originis ac indolis in fronte Ecclesiæ deprehendere, adeoque, si quædam notæ Ecclesiæ communes sunt utrique viæ seu demonstrationi, ut unitas, catholicitas ac præcipue sanctitas, necesse tamen est has considerare sub diverso respectu et pro scopo diverso. Aliud enim est demonstrare Christum v. gr. unitatem exegisse et dedisse ut notam Ecclesiæ suæ, ita ut quævis ecclesia, hac nota orbata, non sit Christi Ecclesia, quæ vero eam habet sit vera Christi Ecclesia, aliud vero demonstrare hanc unitatem non esse nisi effectum assistentiæ positivæ ac specialis

Dei, ac testimonium certum ac directum divinitatis Ecclesiæ, cujus est nota. Quod quidem sanctitatem et miracula attinet, de quibus modo dicebamus, ea certe directe probant et divinitatem Ecclesiæ, et ejusdem identitatem cum Ecclesia a Christo instituta.

78. Hæc pro ratione nostri hujus tractatus sufficiant. Sicut supra viam rationis naturalis ad Deum percurrimus, ita viam ad Christum Deum positive ac supernaturaliter se revelantem, breviter indicavimus. Antequam hanc viam supernaturalem ad Deum agnoscendum percurramus, restringendo ad viam quam posteriorem indicavimus, omnibus quasi sponte patentem per Ecclesiam, juxta ordinariam Dei Providentiam, oportet breviter explicare naturam cognitionis revelationi et propositioni Ecclesiæ respondentis; et hac opportunitate etiam utilius exponentur quæ supra n. 57 dicebamus in omni revelatione esse consideranda, nempe præter revelationem in se, esse inspiciendum ipsum objectum ejus, tum indirectum in actu exercito revelatum, tum directum et expresse revelatum: dicenda enim de cognitione et de objecto ejus sunt, ut ajunt, corelativa et facilius simul explicantur. Unde statim transire licet ad hujus capitis secundi, de ascensu mentis ad Deum supernaturali, sectionem secundam, ubi subjectum hujus ascensus considerabimus, seu naturam, modum ac ordinem cognitionis supernaturalis revelatorum.

Licet summis tantum labiis Providentiam Dei supernaturalem, et in specie institutam ultimam perfectissimamque formam societatis religiosæ, attigerimus, sponte tamen jam exurgit in corde admirationis ac grati animi in Deum optimum sensus, necnon devotionis ac amoris in sanctam Matrem Ecclesiam. Magnificum profecto opus, quo divina Providentia per diversas mundi ætates, quasi per stadia quædam, humanum genus ad finem beatitudinis conducit, et

simul Verbo incarnato, Capiti Angelorum et hominum, in regnum præparat civitatem seu Ecclesiam cœlestem, ad quam aspiramus, cujusque Ecclesia catholica in tempore ultima est ac proxima præparatio. « Hoc enim promissum est, *teste Augustino* (1), resurgentibus sanctis, quod erunt æquales angelis Dei. Ita superna Jerusalem, mater nostra, civitas Dei, nulla civium suorum numerositate fraudabitur, aut uberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum aut Sanctorum hominum, aut immundorum dæmonum novimus, in quorum locum succedentes filii sanctæ matris Ecclesiæ, quæ sterilis apparebat in terris, in ea pace, de qua illi ceciderunt, sine ullo temporis termino permanebunt. Sed illorum civium numerus sive qui est, sive qui futurus est, in contemplatione est ejus artificis, qui *vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt* (*Rom.*, IV, 17), atque in mensura et numero et pondere cuncta disponit. »

(1) *Enchir. de fide, spe et charitate*, cap. IX, n. 29.

(Continuabitur.)

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Novembris

I

Expone *ad Ephes.* VI, 11, 12 : « *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem : sed adversus principes, et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cælestibus.* »

II

Expone quænam de inferno ejusque pœnis sint fide credenda aut saltem ut certa admittenda.

III

Proba virtutem religionis non esse theologicam sed moralem et virtuti justitiæ annexam.

IV

Proba Deum esse ab homine colendum actibus tum internis tum externis.

V

Quomodo distinguitur devotio substantialis et accidentalis et quænam sunt præcipuæ utriusque devotionis causæ ?

VI

Le débiteur d'une rente foncière perpétuelle, garantie par une inscription hypothécaire, offre d'en faire le remboursement à la fabrique. Quelles sont les mesures à prendre par celle-ci ?

Responsa

ad quæstiones in conferentiis mensis Julii propositas

—

I

Q. Compone III Reg. VIII, 13 : *Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum,* cum III Reg. VIII, 27 : *Ergone putandum est quod verè Deus habitet super terram?* necnon cum Act. Apost. XVII, 24 : *Deus... non in manufactis templis habitat.*

R. Verba : *Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum,* pugnare videntur cum iis quæ mox subjunguntur : *ergone putandum est quod vere Deus habitet super terram?* quasi diceret, minime. Quod si non habitat super terram, non ergo habitat in domo quam Salomon ei ædificaverat. « Sed apparentem pugnam ipse Salomon verbis sequentibus dissolvit, et pulchre distinguit, ostendens quomodo Deus habitet in templo manufacto, quomodo non habitet. *Si enim,* inquit v. 27, *cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificavi ?* Quibus verbis ostendit, quomodo Deus non habitet in domo, nempe *ut ejus spatio capiatur, et circumscribatur,* quomodo nos habitamus in domo, qui domo continemur et circumscribimur.

Porro quo sensu Dominus dicatur habitare in templo, et templum vocetur ejus habitaculum, ostendit idem Salomon verbis sequentibus vv. 29, 30 : *Ut sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die : super domum, de qua dixisti : Erit nomen meum ibi : ut exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te servus tuus. Ut exaudias deprecationem servi tui et populi tui Israël...* Habitat ergo ibi, quia ibi vult orari, et sacrificia sibi offerri : ibi exaudit, ibi beneficia præstat, ibi se præsen-

tem exhibet, dum ibi magis quam alibi adoratus exaudit. Unde illud toties hic a Salomone repetitum : *Si oraverit in loco isto* » Estius.

Simili ratione Act. XVII, 24 dicitur Deus *non in manufactis templis habitare,* scilicet quatenus iis sit conclusus ac circumscriptus.

G. V. D. P.

II

Q. Ex Rom. V, 12 et seqq. proba Adæ peccatum, quod origine unum est, *propagatione,* non imitatione omnibus transfusum inesse unicuique proprium, seu verum dari peccatum originale.

R. Ut intelligi queat demonstratio necessarium est totum textum a v. 12 ad v. 19 præ oculis habere. Sonat autem ita : « 12. Propterea, sicut per unum « hominem peccatum (ἡ ἁμαρτία) in hunc mundum « intravit et per peccatum mors (ὁ θάνατος), et ita in « omnes homines mors pertransiit, in quo omnes pecca- « verunt (ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον) : 13. Usque ad legem « enim peccatum (ἁμαρτία) erat in mundo : peccatum « (ἁμαρτία) autem non imputabatur, cum lex non esset. « 14. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen « etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem « prævaricationis Adæ, qui est forma futuri. 15. Sed « non sicut delictum ita et donum. Si enim unius « delicto multi (οἱ πολλοὶ) mortui sunt : multo magis « gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu « Christi in plures (εἰς τοὺς πολλούς) abundavit. 16. Et « non sicut per unum peccatum (δὶ ἑνὸς ἁμαρτήσαντος), « ita et donum. Nam judicium quidem ex uno in « condemnationem : gratia autem ex multis delictis ad « justificationem. 17. Si enim unius delicto mors regna- « vit per unum : multo magis abundantiam gratiæ, et « donationis, et justitiæ accipientes, in vita regnabunt

« per unum Jesum Christum. 18. Igitur sicut per unius « delictum in omnes homines in condemnationem : sic « et per unius justitiam in omnes homines in justifica- « tionem vitæ. 19. Sicut enim per inobedientiam unius « hominis peccatores constituti sunt multi (οἱ πολλοὶ) : « ita et per unius obeditionem justi constituentur « multi (οἱ πολλοὶ). »

I. Quid significat vox *in quo* omnes peccaverunt ?

Plures tenent *in quo*, ἐφ᾽ᾧ, significare *in Adamo,* sed, sicut olim plures Patres græci, ita hodie alii multi uti Beelen, Van Steenkiste, Patrizi, Corluy tenent vocem ἐφ᾽ᾧ non significare *in quo* (Adamo) omnes peccaverunt, sed *eo quod* omnes peccaverunt, ita ut pro ipsis vox ᾧ non sit dativum pronominis relativi *masculini generis* sed *neutrius generis.* Absque ulla hæsitatione hanc ultimam amplectimur sententiam.

Si versiculus ille : *in quo omnes peccaverunt* posset exponi ita ut *certo* sensus esset : in quo (Adamo) omnes peccaverunt, tunc vel ex hoc solo sequeretur veritas propositionis demonstrandæ. Sed quum alio modo exponi debeat, vel saltem possit, alio modo etiam argumentum ducendum est.

II. Quid in toto illo textu significat vox *multi,* quæ ibi pluries occurrit ?

Respondetur absque ullo dubio vocem *multi* ibi significare *omnes.*

Nam 1° In textu græco semper in textu præsenti construitur cum articulo, οἱ πολλοὶ, τοὺς πολλοὺς, ita ut significet id quod flandrice diceremus *de velen,* et gallice *les nombreux, la multitude.*

2° Insuper in toto textu vox *multi* omnino ut synonima adhibetur cum voce *omnes.* Quod patet ex sola comparatione versuum 12 et 18 (ubi vox *omnes*) cum versibus 15 et 19 (ubi vox *multi*). Sic v. 12 dicitur : « In *omnes* homines mors pertransiit » et « *omnes* peccaverunt » ; versu vero 15 : « Si enim unius delicto

multi mortui sunt ». Sic adhuc evidentius v. 18 legitur : « Sicut per unius delictum in *omnes* homines in condemnationem, sic et per unius justitiam in *omnes* homines in justificationem vitæ », et versu 19 legitur : « Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt *multi,* ita et per unius obeditionem justi constituentur *multi.* »

3° Ratio habetur quare Apostolus dicat *multi* loco dicendi *omnes.* Vult enim ostendere tum magnitudinem lapsûs primi hominis tum amplitudinem redemptionis Jesu Christi. Et dicit : En, peccavit tantummodo *unus* homo et tam *multi* ceciderunt ; scilicet : illi homines, (omnes scilicet qui ceciderunt) sunt tam magna *multitudo.* Dicit *multi* οἱ πολλοὶ quia opponit omnes homines huic *uni* Adamo vel huic *uni* homini — Deo Jesu Christo. Ex una parte, dicit, habetur unus tantum (Adam aut Jesus Christus) ex altera parte habetur maxima multitudo (hæc scilicet multitudo quam constituunt omnes homines). Opponit Apostolus *multos* non voci *omnes* sed voci *unus.* Relate autem ad *unum* omnes homines sunt *multi.* Sic etiam L. VII, 47 dicitur *multa* pro *omnia* quia vult auctor sacer extollere *magnitudinem* misericordiæ Dei.

4° Confirmatur denique ex eo quod v. 19 vox *multi* evidenter significet *omnes.* Nam Christus non pro multis tantum sed pro omnibus hominibus mortuus est.

5° Adde in pluribus aliis locis S^re^ Scripturæ vocem *multi* significare omnes, uti v. gr. Matth. XXVI, 28 : « Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. » Cfr. etiam M. XX, 16 ; M. XIV, 24 ; L. VII, 47 ; ad Cor. X, 33 ; ad Hebr. IX, 28.

III. *Jam ipsa demonstratio.* Bene imprimis notetur nos sumere voces *in quo* in sensu : *eo quod, quia, quoniam, quatenus.*

Si sumeremus eas in sensu : *in quo,* demonstratio jam

facta esset ; tunc enim directe affirmaretur *omnes homines in Adamo peccavisse.*

Hoc jam notato, versus 12 dat phrasim incompletam, dat *protasim* alicujus phraseos absque *apodosi :* « Sicut per unum hominem... intravit... et ita... pertransiit. » In versibus vero 18 et 19 repetitur *eadem protasis* in unoquoque horum versuum et in unoquoque etiam additur *apodosis.* Versus vero 13 et 14 efficiunt aliquam parenthesim in qua apostolus respondet alicui objectioni ; versus vero 15, 16 et 17 sunt aliqua specialis et ulterior explicatio. Hoc patet ex ipsa lectione versuum.

Habemus ergo pro textu nostro versum 12 et tunc, immediate post versum 12, versus 18 et 19.

Jamvero in his versibus affirmatur evidenter sequens : Peccatum intravit in mundum per unum hominem (scil. per Adamum), mors est pœna peccati, et omnes homines moriuntur *quia* (vel *nam*) omnes peccaverunt.

Ergo mors non tantum Adami, sed mors omnium hominum est pœna peccati ; nam omnes moriuntur quia omnes peccaverunt.

In versu 12 enim dicitur omnes mori quia omnes peccaverunt ; in versu 18 omnes esse in condemnationem (mortis) propter unius delictum ; in versu 19 omnes esse peccatores.

Ergo jam habemus 1° in textu nostro affirmari omnes mori quia omnes peccaverunt.

2° Sed quomodo peccaverunt ? An moriuntur homines propter peccata sua propria actualia ?

Apostolus ipse huic quæstioni respondet *negative,* in versibus scil. 13 et 14.

Dicit enim : Mors quæ omnes homines afficit, eos non afficit propter peccata sua actualia, et dat duo argumenta. Nam dicit : a) *Ab Adam usque ad Moysen,* sub quo Moyse lex data est ; ab initio scil. mundi usque ad instans temporis quo lex in Sinaï data est *homines mortui sunt.* Jamvero verum quidem est homines tunc

peccavisse peccata actualia, sed, addit apostolus, nondum erat lex (positiva, pœnalis scilicet, nam lex naturalis habebatur) pro peccatis actualibus. Ergo peccata actualia nondum poterant *imputari ad pœnam*. Ut aliquid enim possit imputari ad pœnam, pœna statui debet. Pœna hîc nondum statuta erat. Ergo nondum poterat Deus infligere pœnam *mortis* pro peccatis actualibus. Ergo si ab Adam usque ad Moysen homines mortui sunt, non sunt mortui in pœnam suorum actualium peccatorum, sed in pœnam alterius cujusdam peccati, scilicet peccati Adami (cfr. v. 13). b) Addit Apostolus v. 14 aliud argumentum. Immo, dicit Apostolus, etiam illi, qui non commiserunt peccata actualia, mortui sunt. Mors ipsis infligi non poterat propter peccata sua actualia. Ergo hoc fuit propter aliud quoddam peccatum. Ergo, concludit Apostolus, quando dico omnes homines mori quia omnes peccaverunt, non loquor de peccatis ipsorum actualibus, sed de alio quodam peccato, scil. de peccato istius unius hominis, Adami scilicet.

Ergo jam habemus in textu nostro affirmari omnes mori quia omnes peccaverunt, quia omnes sunt peccatores, non peccato proprio actuali, sed peccato Adami.

3° Sed an peccatum istud quod omnes dicuntur peccasse et propter quod omnes moriuntur est *peccatum proprie dictum*.

Respondetur affirmative. Nam a) hoc in textu præsenti simpliciter affirmatur. Ergo simpliciter sumendum est nisi aliquid obstet in contrarium.

b) Istud peccatum secum fert pœnam suam, mortem scilicet. Nam mors dicitur effectus istius peccati, et omnes dicuntur mori quia omnes habent hoc peccatum. Ergo in hoc peccato habetur in omnibus hominibus *ratio pœnæ*. Ergo etiam habetur *ratio culpæ ;* nam Deus justus punire nequit ubi non habetur *culpa*. Ergo est in omnibus hominibus peccatum proprie dictum.

c) In v. 19 tandem affirmat S^tus Paulus in omnibus hominibus haberi *rationem culpæ* sicuti in omnibus habetur *ratio pœnæ* : « *in omnes homines in condemnationem* » (v. 18)... « *peccatores constituti sunt multi* » (v. 19) sc. omnes.

4° Habemus ergo : Omnes homines mori quia omnes peccaverunt peccato proprie dicto, quo habetur in omnibus hominibus ratio culpæ et ratio pœnæ, et quidem non *peccato actuali,* sed alio peccato, habituali scilicet. Remanet ergo quærendum undenam in omnibus et singulis hominibus veniat ille *reatus culpæ et pœnæ.* Respondetur reatum culpæ venire ab eo a quo venit reatus pœnæ. Jamvero Apostolus dicit reatum pœnæ ab Adamo in omnes homines pertransiisse (vide v. 12).

Ergo ab Adamo in omnes homines pertransiit reatus culpæ.

Ergo (ultima conclusio) ex Rom. V, 12, 19 sequitur *omnes homines ab Adamo* duxisse *peccatum habituale,* quod peccatum omnes et singulos homines ita afficit ut ipsis det *reatum culpæ* et reatum pœnæ ; quod idem est ac propositio demonstranda.

V. J. C.

III

Q. Explica quo sensu distinguatur duplex titulus sive radix restitutionis.

R. Restitutio est actus justitiæ commutativæ quo læsio juris reparatur. Unde radix remota restitutionis unica est, nempe violatio juris stricti. Attamen pro diverso modo quo jus strictum læditur, etiam diversimode obligat præceptum restituendi : et ideo theologi merito assignant proximiores radices sive titulos restitutionis. Quos titulos communiter statuunt esse duos vel ad duos posse revocari : ipsos tamen neque eodem modo designant, neque eodem sensu distinguunt.

1) Multo communius distinguunt titulum « rei acceptæ »

et titulum « injustæ acceptionis » ex S. Thoma, 2-2, q. 66, a. 6. *Rem acceptam* intelligunt rem alienam detentam, sive formaliter sive materialiter injuste; *injustam acceptionem* intelligunt actionem injustam, scil. vel ablationem rei alienæ per furtum aut rapinam, vel simplicem damnificationem. His duobus titulis tum divisim tum conjunctim teneri quis potest ad restitutionem. Ita, inculpatus possessor rei alienæ tenetur solo titulo rei acceptæ; vastator tenetur solo titulo injustæ acceptionis; fur autem, ut l. c. S. Thomas ait, « tenetur ad restitutionem non solum ratione rei, sed etiam ratione injuriosæ actionis, etiamsi res apud ipsum non remaneat »: unde si rem furtivam in se vel æquivalenter detinet, utroque titulo tenetur.

2) Quidam, cum Ballerini (Op. mor. III, tr. 8, p. 2, n. 107) eosdem terminos aliter usurpant : *rem acceptam* pro *possessione materialiter injusta :* et *injustam acceptionem* pro possessione aut simplici damnificatione *formaliter injustis.*

3) Gury (I, n. 633) ponit : *acceptionem rei alienæ* formaliter aut materialiter injustam et *injustam damnificationem* simplicem. Eodem sensu Aertnys (I, tr. 7, n. 306) statuit : *injustam possessionem rei alienæ* (sive ex sola re accepta seu injuria materiali, sive ex injusta acceptione seu injuria formali) et *injustam damnificationem.*

Quum præfata distinctio non ad substantiam doctrinæ sed ad methodum potius pertineat, mirum non est theologos aliquantum discrepare : sufficit autem attendere quomodo singuli terminos definiant.

O. E. D.

IV

Q. Quid possessor bonæ fidei restituere tenetur ratione tum ipsius rei alienæ tum fructuum ejus ; et quid a domino repetere potest propter rei pretium a se solutum aut impensas a se factas ?

R. *Ad 1m partem.* Ratione *rei alienæ,* id est quæ vere mansit aliena, quam possessor legitime non fecit suam : si ipsa in se exstat, possessor quamprimum eamdem domino reddere tenetur, nam « res clamat domino. » Si non exstat in se sed in æquivalenti, ita nempe ut ex ea possessor ditior evaserit, tenetur reddere pretium, nam « locupletari non debet aliquis cum alterius injuria aut jactura. » Si neutro modo remanet, nihil tenetur reddere qui bona fide possessor fuit, quum uterque titulus restitutionis deficiat. Ita si rem gratuito donavit, si eam consumpsit quin propriis rebus pepercerit, si eam amisit, destruxit, perire sivit, quantumvis negligenter : ut enim in jure rom. (l. 31, § 3, ff. V, III) dicitur : « qui *quasi suam* rem neglexit, nulli querelæ subjectus est. »

Ratione *fructuum* rei : lege naturæ teneretur reddere omnes fructus (sensu theologico seu lato), in quantum adhuc in se vel in æquivalenti exstant, ipsi rei et non industriæ ac labori possessoris respondent, atque nondum legitime præscripti sunt. Etenim « res fructificat domino » qui tamen non potest ex alieno labore ditescere. Atvero ex positivo favore legis nostræ, possessori bonæ fidei juridicæ cedunt omnes fructus (sensu legali, scilicet omnia producta *periodica)* simpliciter percepti, quamvis non consumpti : quod statutum probabiliter etiam pro conscientia valet.

Ad 2m partem. Pretium rei a se solutum generatim nequit a domino repetere ; sed, seclusa conventione contraria, quatenus emptor evictus, actionem habet adversus venditorem ad pretium repetendum. Dicitur *generatim* : nam excipitur casus a. 2280 c. civ. Scilicet possessor bonæ fidei potest ex lege atque etiam in conscientia repetere pretium a domino rem furtivam aut amissam sibi infra triennium vindicante, quando rem emit in nundinis, foro mercatorio, venditione publica, vel apud mercatorem rerum similium.

Impensas a se factas alias quidem potest, alias vero non potest deducere, in restitutione rei alienæ. Videlicet 1) deducere potest impensas *necessarias,* pro conservatione rei factas. 2) Deducere potest impensas *usufructuarias* (d'entretien) factas ad comparandos fructus nondum perceptos, qui, secundum dicta in 1ª parte responsi, domino cedunt ; non vero impensas factas pro fructibus qui possessori obveniunt. 3) Deducere non potest impensas *mere voluptuarias:* quamquam ipsi licet sine rei damno auferre quæ voluptatis causa adjecit et quorum pretium dominus non vult refundere. 4) Tandem quoad impensas *proprie utiles,* quæ sunt inter necessarias et mere voluptuarias intermediæ, dominus non tenetur refundere has impensas nisi in quantum revera pro ipso res meliorata est seu valor rei adauctus. Quodsi agatur de novis ædificationibus aut plantationibus fundo alterius adjectis, ex speciali dispositione legis, a. 555, dominus possessori bonæ fidei refundere potest ad libitum vel pretium materiarum et operæ, vel augmentum valoris fundi sui.

O. E. D.

V

Q. Ad quid tenetur erga dominum et quid ab ipso circa impensas a se factas exigere potest possessor malæ fidei ?

R. *Ad 1m partem.* 1) Tenetur domino tradere quamprimum rem ipsam, si in se exstat ; secus, ejusdem pretium : etiamsi eam in æquivalenti non servet seu ex ea ditior non evaserit. Ratio discriminis cum possessore bonæ fidei est duplicem hic titulum restitutionis intervenire, quorum etsi prior, res accepta, deficiat, alter, injusta acceptio, urget donec reparetur damnum domino illatum. Id etiam valet si res apud injustum detentorem sine ulla ipsius culpa periit ; non tamen si ex eodem periculo, puta ex vitio intrinseco, aut

communi incendio, æque periisset apud dominum : tunc enim rei jactura non oritur ex injusta detentione sed ab ea est independens. Hæc quidem de jure naturæ. Ex jure nostro civili (a. 1302) *fur* non liberatur ab obligatione restitutionis *quocumque modo* res apud ipsum perierit. Hoc autem onus restituendi ultra quod ex jure naturali definivimus, rationem habet pœnæ ex obedientia tantum subeundæ post judicis sententiam.

2) Tenetur reddere domino omnes fructus rei, etiam eos quos mala fide consumpsit quin inde ditior factus sit. Non autem tenetur tradere fructus mere industriales, qui nempe non sunt fructus ipsius rei, sed industriæ possessoris. Ita, qui ex pecuniis furtivis negotiando lucrum fecit, tenetur quidem reddere auctarium pecuniarum, seu fructus civiles rei, non vero fructum suæ negotiationis.

3) Tenetur denique omnia damna ex injusta acceptione ac detentione prævisa resarcire : nempe damnum emergens et lucrum cessans.

Ad 2m partem. Pro impensis necessariis, mere voluptuariis et utilibus, applicantur dicta in R. præced. de possessore bonæ fidei. At pro impensis usufructuariis, factis scil. ad fructus obtinendos, manifeste aliter resolvendum : eas omnes deducere potest possessor malæ fidei in restitutione rei et fructuum. Cui enim fructus obveniunt, eidem incumbunt expensæ pro obtinendis fructibus factæ.

Hanc quæstionem ac quæstionem præcedentem vide plenius expositas apud Ill. ac Rev. D. Waffelaert, *de Justit.* II, n. 232-251.

O. E. D.

VI

Q. Quelles sont les formalités à remplir par la fabrique d'église pour vendre une propriété foncière ?

R. I. *Les lois de l'Eglise* défendent sous peine d'excommunication de vendre les immeubles de quelque

valeur et les meubles précieux des églises sans l'assentiment préalable du Souverain Pontife ou de l'Evêque muni d'un indult spécial lui permettant d'accorder l'autorisation requise (1). Constit. *Ambitiosæ* de Paul II et const. *Apostolicæ Sedis* de Pie IX.

Lors donc qu'il y a des raisons de nécessité ou de grande utilité de vendre (2) une propriété foncière appartenant à la fabrique d'église, celle-ci doit tout d'abord se conformer aux règles canoniques, et s'adresser en premier lieu à l'Evêque qui accordera ou fera accorder par le Pape l'autorisation nécessaire (3).

II. *La loi civile* requiert les formalités suivantes :

1° Une délibération du *conseil* de fabrique, précédée

---

(1) Mgr l'Evêque de Bruges a obtenu un semblable indult de la S. Congr. du Concile le 27 Septembre 1895.

(2) Parmi les causes qu'un conseil de fabrique peut invoquer à l'appui d'une demande en aliénation d'immeubles, viennent en première ligne la nécessité de reconstruire ou d'aggrandir l'église paroissiale ou d'y faire de grosses réparations très urgentes, l'obligation de faire face à une condamnation judiciaire et d'en payer les frais, l'expropriation pour cause d'utilité publique. Pour ce dernier cas, voir Leroy, p. 215 s.

Aux termes de la lettre circulaire de Mgr l'Evêque de Bruges, en date du 26 Mai 1857, § XIII (*Collectio epist. pastoral.*, T. IX, p. 451), l'Evêque accordera aussi la permission de vendre « lorsque des parcelles fort petites, difficiles à louer, seront devenues d'une administration presqu'impossible et ne produiront rien ou peu de chose ». — Il en est de même lorsqu'il s'agit d'enclaves, si « forte incerti sint fundorum tituli aut limites, vel dubiæ virtutis terrarum circumjacentium domini ». Decr. congr. prosyn. 28 Maii 1885, n. XIII (*Coll. epist. pastor.*, T. XIV, p. 251) et *Statua diœcesis*, p. 186.

En ce qui concerne, spécialement les biens chargés de fondations, l'aliénation n'en sera, en règle générale, pas autorisée, « à moins qu'il n'y ait des motifs urgents, canoniques, conformes à l'esprit de la loi civile, et que la fondation ne soit d'ailleurs assurée ». Circulaire épiscopale du 26 Mai 1857, § XVIII.

(3) « Ubi evidens ecclesiæ necessitas aut magna utilitas boni alicujus immobilis suaserit alienationem, permutationem, etc., ne desuper deliberent consiliarii fabricæ, ac multo minus deliberationem concilii ad auctoritatem civilem transmittant, quin prius totam rem ad Nos detulerit parochus, eaque sedulo examinata, licentiam, si ita Nobis visum fuerit, ulterius procedendi obtinuerit ». Dec. Episc. in Cong. prosyn. latum, 19 Maii 1896 (*Collationes*, I, p. 385).

de celle du bureau des marguilliers. Art. 12, 5°, 24 et 62 du décret du 30 Décembre 1809.

Cette délibération indiquera la nature, la contenance, la valeur locative et vénale de l'immeuble, et, s'il y a lieu, les charges de services religieux qui le grèvent, ainsi que les motifs qui rendent l'aliénation nécessaire ou évidemment utile, et l'emploi que l'on se propose de faire du prix à en provenir. On dira également si la vente se fera à l'amiable ou par recours public ; et, en cas d'aliénation de gré à gré, on énoncera les motifs qui empêchent la fabrique de vendre publiquement aux enchères l'immeuble qu'il s'agit d'aliéner (1).

2° L'avis du conseil communal. Arrêté royal du 1 Juillet 1816 (rapporté dans Brixhe, V° *Aliénation*) et art. 76, §§ derniers de la loi communale.

La délibération du conseil de fabrique est transmise, en *quadruple* expédition (2), au conseil communal, qui donne son avis sur l'aliénation projetée, et revêt de son visa les pièces suivantes, qui doivent être jointes à la délibération :

a) Le plan parcellaire, en double, dressé par un géomètre juré, et l'état descriptif des biens à aliéner indiquant par parcelle leur nature, leur situation, leur contenance et leur revenu ; — et un extrait de la matrice cadastrale ;

b) Un procès-verbal d'expertise, sur timbre, dressé par un ou deux experts au choix des marguilliers si la vente se fait par adjudication publique, ou bien contradictoirement par deux experts si l'aliénation se fait de la main à la main ;

(1) La vente par adjudication publique forme la règle. Les aliénations de gré à gré ne sont autorisées que dans des circonstances exceptionnelles et lorsque le prix de vente est supérieur d'un tiers au chiffre de la valeur estimative fixée par le procès-verbal d'expertise, à moins qu'il n'existe des raisons particulières qui motivent une exception à cette règle. Circ. min. du 27 Décembre 1865. — Actuellement, l'administration se montre moins difficile.

(2) Circulaire ministérielle du 7 Mai 1885, insérée au *Mémorial administratif* de la Province, an. 1885, partie générale, p. 774.

c) Un procès-verbal d'enquête *de commodo et incommodo,* délivré par le conseil communal (1). Si le projet de vente a rencontré quelque opposition, le conseil de la fabrique doit, dans sa délibération, réfuter les motifs sur lesquels cette opposition s'appuie ;

d) Un projet de cahier des charges en cas de vente publique ; un projet d'acte, s'il s'agit d'une vente de gré à gré (2).

Toutes ces pièces sont transmises au gouverneur de la province ou au commissaire d'arrondissement, par les soins de l'administration communale.

3° L'avis de l'Evêque (art. 62 du décret de 1809). Cet avis est demandé par le gouverneur.

Comme il a été dit plus haut, tout projet d'aliénation doit, au préalable, être soumis par le curé à l'approbation de l'autorité diocésaine.

4° L'avis de la Députation permanente et l'approbation du Roi, lorsque la vente se fait de gré à gré et que la valeur de l'immeuble excède cinq mille francs ou le dixième des recettes ordinaires du budget. Hormis ce cas, l'autorisation de la Députation permanente suffit. Art. 62 du décret de 1809 combiné avec l'arrêté royal du 1er Juillet 1816 et l'art. 76, n° 1 et §§ derniers, de la loi communale.

L'autorisation obtenue, l'acte de vente est passé entre le *bureau,* qui doit comparaître par la présence personnelle de la majorité de ses membres au moins (3), et

---

(1) Quand il s'agit d'une aliénation pour cause d'utilité publique, la cession étant forcée, il ne paraît pas qu'une enquête *de commodo et incommodo* soit nécessaire. Au surplus, l'accomplissement de cette formalité n'est exigé que pour les immeubles dont le changement de propriétaires peut intéresser à un titre quelconque les habitants de la commune. Leroy, *Instructions pratiques*, etc., p. 217.

(2) Certains auteurs sont d'avis que les administrations locales ne sont pas tenues de rédiger un cahier des charges pour la vente de leurs biens. Voir Orban, *Droit administratif notarial*, n° 355.

(3) Art. 24 du décret de 1809 ; — Orban. *ouv. cité*, n° 312.

l'acquéreur de l'immeuble. Aucune loi n'oblige les fabriques à soumettre cet acte à une nouvelle approbation de l'autorité supérieure (1).

Aux termes de l'article 61 du décret de 1809, « aucun des membres du *bureau* des marguilliers ne peut se porter, soit pour adjudicataire, soit même pour associé de l'adjudicataire des ventes... des biens de la fabrique».

Cette prohibition s'applique aux ventes faites à l'amiable.

C. V. C.

Evangelia dominicarum

DOM. XXI POST PENTEC.

Parabola de servo debitore. Matth. XVIII, 23-35.

Te dien tijde, zei Jesus tot zijne leerlingen deze gelijkenisse : 23. Het Rijk der Hemelen is gelijk aan eenen koning, die rekening wilde houden met zijne dienaren. 24. En toen hij begonnen had te rekenen, werd er één vóór hem gebracht, die hem tien duizend talenten schuldig was. 25. En daar hij niet en had om te betalen, gebood zijn heer, dat hij verkocht zou worden, *hij,* en zijne vrouw en kinderen, en al wat hij had, en dat er betaald zou worden. 26. Die dienaar nu viel neder en bad hem, zeggende : Heb geduld met mij,

(1) Il est cependant des cas où l'acte d'adjudication doit être approuvé, à savoir : 1° lorsque, à raison de circonstances exceptionnelles, l'arrêté d'autorisation a réservé expressément l'approbation ultérieure de l'acte définitif ; 2° lorsque le prix de l'adjudication n'a pas atteint celui de l'expertise. — Circ. min. des 22 Août 1865 et 3 Janvier 1867, et dépêche min. du 30 Août 1887 ; arrêt de Cassation du 18 Juin 1885, Leroy, *ouv. cité*, p. 218 ; Orban, *ouv. cité*, n° 372 ss. ; Bernimolin, *Institutions provinciales et communales*, I, 467 s.

en ik zal u alles betalen! 27. En de Heer van dien dienaar werd met medelijden bewogen en liet hem gaan; en de schuld schold hij hem kwijt. 28. Maar die dienaar uitgegaan zijnde, vond eenen zijner mededienaars, die hem honderd penningen schuldig was: en hij greep hem aan en verworgde hem, zeggende: Betaal wat gij schuldig zijt! 29. En zijn mededienaar viel neder en smeekte hem, zeggende: Heb geduld met mij, en ik zal u alles betalen! 30. Doch hij en wilde niet, maar ging heen en wierp hem in de gevangenis, tot dat hij de schuld zou betalen. 31. Als nu zijne mededienaars zagen wat er gebeurde, werden zij zeer bedroefd; en zij kwamen en verhaalden hunnen heer alles, wat er geschied was. 32. Toen riep hem zijn heer, en zei tot hem: Gij booze dienaar! de geheele schuld heb ik u kwijtgescholden, omdat gij mij gesmeekt hebt; 33. behoordet gij dan ook niet u over uwen mededienaar te ontfermen, gelijk ik ook mij over u ontfermd heb? 34. En zijn heer, vertoornd zijnde, leverde hem den pijnigers over, tot dat hij de gansche schuld zou betalen. 35. Alzoo zal ook mijn hemelsche Vader ulieden doen, indien gij niet, een iegelijk zijnen broeder, van herte en zult vergeven hebben.

Scopus et explicatio parabolæ.

« Postquam dixit Dominus dimittendum fratri pœnitenti, etiamsi septuagies septies peccet, quò ostendat quàm sit id et æquum et necessarium, parabolam pro suo more, et consuetudine Palestinorum adjungit, ut quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem atque exemplum teneatur. *Ideo*, inquit, quia scilicet oportet semper ignoscere ei qui semper resipiscit, aut ut intelligatis quàm sit et æquum et necesse fratri peccatum semper remittere

cum pœnitet, *scitote regnum cœlorum assimilatum esse homini regi,* hoc est, in regno cœlorum, quod est Ecclesia Dei, perinde contingere atque si fuerit rex aliquis, etc.

Porrò quò parabola hæc secundùm Salvatoris intentionem explicetur, nec singula quæ in ea dicuntur sensui mystico curiose nimis et superflue accommodentur, præcipua Domini intentio est spectanda, et quæ illi sunt accommoda, in parabola observanda, reliquis prætermissis, quæ pro exempli decore et perfectione sunt addita. Intentio autem Domini est, hoc exemplo ostendere Deum Patrem misericordissimum quidem esse erga peccantes, in eosdem tamen esse severissimum, si nolint illi vicissim benigni esse erga peccantes fratres et conservos.

Proinde observandum parabolam hanc ex tribus constare partibus.

In prima parte proponitur rex aliquis, qui cùm cœpisset rationem et computum inire cum servis suis, et unus oblatus esset qui deberet summam maximam cui non esset solvendo, nempe decem millia talentorum, et ob id rex jussisset quod justum erat, illum cum omnibus suis vendi, quo persolveretur debitum, mox tamen regali sua munificentia et benignitate, servo humilianti se, et debitum quidem agnoscenti, sed tantùm dilationem solutionis petenti, totum etiam illud immensum debitum remisit, non quòd servus talem benignitatem alioqui fuisset promeritus, sed quòd Dominus misericordia erga eum moveretur : unde dicitur : *Misertus autem ejus.*

In secunda parte proponitur idem servus mox a consecuto tantæ remissionis beneficio, longe minus debitum, nempe centum denarios repetiisse a conservo, et repetiisse cum summa austeritate et crudelitate, nimirum injiciendo illi manus violentas, et suffocando, hoc est, premendo collum ejus, nec illi sese multùm et

supra quam decebat apud conservum humilianti, ac eisdem verbis, quibus ipse priùs dominum suum precatus erat, tantùm dilationem solutionis deprecanti, non solùm non remisisse parvum illud debitum, sed nec petitam solutionis dilationem concessisse, verum in carcerem eum conjecisse, donec universum debitum redderetur, cui tamen duplici nomine benignitatem debebat, tùm s. quia secum unius et ejusdem conditionis, tum quia Domini illius servus, cujus tantam in se expertus erat benignitatem.

In tertia parte proponitur, quomodo indignitate hujus summæ crudelitatis collatæ cum benignitate regis summa, offensi graviter sunt, primùm quidem conservi, ita ut illam non ferentes Domino suo eam referrent, et de eà conquererentur, deinde vero etiam ipse Dominus, ita ut servo vocato ac dure reprehenso de sua ingratitudine et summa crudelitate, et deinde tortoribus tradito, remissum semel debitum usque ad extremum jusserit ab eo repeti.

Prima ergo parte significatur, Deum patrem regem ac Dominum omnium, rationem quidem requirere factorum ab hominibus, sed tantæ esse benignitatis, ut si quis debitum suorum peccatorum etiam maximum et plurimum, cui solvendo nulla ratione par esse possit, agnoscens sese humiliet, et ejus benignitatem ac longanimitatem precetur ex sola illius misericordia, majorem sit consecuturus benignitatem, quam petere aut sperare ausus fuisset, universo illi debito penitus remisso. Qualis Dei inopinata benignitas etiam in parabola filii prodigi significatur postea.

Secunda parte significatur, quanta sit simul et ingratitudo et crudelitas ejus, qui inopinabilem clementissimi Domini benignitatem expertus in remissione maximi debiti quo quisque certe Deo est obstrictus, parvum recusat debitum in se admissarum injuriarum conservo remittere, sed extremam ab eo ultionem et vindictam

crudeliter requirit, cui duplici nomine magis debebat exhibere benignitatem, quam Dominus ejus ipsi exhibere debebat. Debitum enim fratris peccantis, quantumvis sæpe et graviter in fratrem et conservum committatur, minimum sane est in comparatione debiti quo quisque Deo est obnoxius, quemadmodum incomparabile est debitum decem millium talentorum ad centum denarios...

Tertia parte significatur, eorum qui in proximos suos nolunt esse clementes ingratitudine et crudelitate offendi et angelos et justos quosvis et Deum ipsum, adeo ut qui alioqui est clementissimus, ira plenus severissime in illum qui talis est sit animadversurus, nihil remittens, sed omnia simul debita exigens : quæ quoniam nunquam persolvere poterit, in perpetuum in gehennæ carcere ipsum torqueri oportebit. — Quod autem in hac parte significatur debitum remissum semel, iterum Deum propter ingratitudinem repetere, cùm Paulus dicat *dona Deo esse sine pœnitentia,* sic est accipiendum, non quòd redeat proprie reatus peccatorum præcedentium semel dimissorum, sed quod virtute contineatur in illa ingratitudine et crudelitate in fratrem admissa, eò quòd peccata illa remissa efficiant ut ingratitudo illa et crudelitas tam grave peccatum reputetur, et pro ea tam severe quis puniatur, ac si priora peccata ei nunquam fuissent dimissa. Si enim non præcessisset præcedentium remissio peccatorum, non esset tam grave peccatum hujusmodi in conservum crudelitas, quanquam alioqui per se peccatum magnum. Quanquam autem per quodvis peccatum sequens peccatorum remissionem, possint peccata remissa dici quodammodo redire ratione ingratitudinis, in quam homo incidit propter remissa illi semel peccata, et ratione cujus peccatum sequens aggravatur, tamen peculiariter redire dicuntur per crudelitatem in conservum admissam post acceptam a Deo peccatorum remissionem, eo quòd crudelitas

hujusmodi directe sit contra acceptum remissionis beneficium.

Prima ergo parabolæ pars ostendit indulgentissimam Domini cœlestis clementiam in supplices servos. Secunda execrandam quorumdam in conservos inhumanitatem. Tertia severum Dei in tales judicium. *Judicium enim,* inquit Jacobus 2, *sine misericordia ei qui non facit misericordiam.* Itaque Dominus applicans parabolam suo proposito, infert : *Sic et Pater meus cœlestis faciet vobis,* hoc est, tam sèvere etiam vobiscum aget, tradens vos torturæ, ac universum simul a vobis debitum, maximum sane ac insolubile, exigens,... *si non remiseritis unusquisque fratri suo,* idque non solùm ore tenus, aut eatenus ut vindictam non requiratis, ipso facto, sed etiam *de cordibus vestris.* Ideo enim, teste Hieronymo, addidit Dominus, *de cordibus vestris;* ut omnem simulationem fictæ remissionis averteret et excluderet... In hac autem parabolæ applicatione Dominus etiam efficaciorem indicat rationem, ob quam faciles esse debeamus ad condonandùm proximis, quàm sint rationes in parabola indicatæ, nimirùm condonandum illis esse, non solùm quia conservi ejusdem Domini, sed etiam quia fratres ejusdem Patris. » Jans. Gand.

Conclusio

« Quò intelligatur quam bene Dominus debitum quo quisque Deo est obstrictus maximâ summâ, nempe decem millibus talentorum expresserit, debitum vero hominis in hominem parvâ admodùm summâ, nempe centum denariis : considerandum quàm frequenter et variè quisque in Deum peccet, nimirum in dies singulos, imo in horas ; deinde quanta sit Dei, in quem peccant homines excellentia et dignitas ; rursùm quam magna, multa et indesinentia ejus in nos beneficia ; postremùm quam sint plane iniqua quæ in illum peccantur, utpote contra naturalem ipsam æquitatem : cùm contrà homi-

nis in hominem peccatum non possit esse adeo frequens et varium, sitque in æqualem, et eum qui vicissim in alterum quamdoque peccat, ac postremùm leviora sunt quæ frequenter homo in hominem peccat, utpote frequenter magis contra justitiam humanam et institutam quam naturalem » Jans. Gand.

« Imitemur ergo nos, qui sumus homuli et homunciones, Deum, qui quotidianas nostras contra eum offensas, illasque graves et plurimas, quotidie, adeoque quoties nos pœnitet, ex animo condonat, ideoque quotidie, imo sæpe per diem jubet nos orare : *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* » à Lapide.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ : ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Hebr. IV, 16.

Beati misericordes : quoniam ipsi misericordiam consequentur. Matth. V. 7. G. V. D. P.

Fabriques d'église

Séance légale du mois d'Octobre

Aux termes de l'article 10 du décret du 30 Décembre 1809, les conseils de fabrique doivent se réunir en séance ordinaire le premier dimanche du mois d'Octobre.

Il ne sera pas inutile de rappeler aux marguilliers, et spécialement au trésorier, l'obligation qui leur incombe de visiter, au commencement de l'automne, l'église, le presbytère et les autres bâtiments, à l'effet de constater les dégradations survenues et de faire les réparations nécessaires. Art. 41 du décret de 1809.

Voir les *Collationes,* I, p. 130 ss., et II, p. 92.

Jurisprudence administrative

De l'usage des cloches et des clochers des églises

(Voir les *Collationes*, II, 403).

I

3° Nous avons établi, contrairement à la thèse libérale, qu'il ne rentre pas dans les attributions de la commune de disposer à son gré des cloches de l'église pour tous usages civils ou communaux. Cependant il ne suit pas de l'exposé législatif qui précède que l'autorité communale est absolument incompétente, et que jamais, en aucune hypothèse, elle ne peut faire usage des cloches de la paroisse. Toute la difficulté consiste à tracer les limites de sa compétence.

D'après nous, *les attributions légales de la commune en matière de sonneries peuvent se résumer dans les conclusions suivantes :*

a) Le son des cloches de l'église peut être exceptionnellement exigé dans les cas de péril commun qui demandent un prompt secours, notamment à l'occasion de désastres fortuits ou d'évènements calamiteux, tels qu'incendie, inondation, émeute, invasion de bandes armées, désordres graves et autres où la sûreté publique exige qu'il soit fait usage des cloches. Le bourgmestre peut alors requérir qu'elles soient sonnées, comme il peut requérir l'usage forcé des chevaux et des voitures qui se trouvent disponibles ; et, en cas de refus de la part du curé, il peut passer outre et intimer directement au sonneur l'ordre de sonner. Dans ces circonstances, la charité chrétienne prescrit d'appeler

les secours. Le salut public crie plus haut que toutes les lois ; les lois se taisent alors, inutile par conséquent de les interroger.

b) L'autorité communale a le droit de faire usage des cloches dans tous les cas qui seraient expressément prévus par le règlement arrêté par l'Evêque de concert avec le Gouverneur.

Tielemans et De Brouckere (*Répertoire*, V° Cloches) et les *Pandectes belges* (T. XIX, p. 996, en note) prétendent que « la loi de Germinal ne donne compétence au préfet pour traiter avec l'Evêque qu'en ce qui concerne la manière d'appeler les fidèles au service divin ». Mais les auteurs sont généralement d'un avis contraire ; et la preuve qu'ils ont raison, c'est que presque tous les règlements existants contiennent des dispositions relatives à la sonnerie des cloches pour causes étrangères au culte.

c) Une coutume constante a toujours associé les sonneries des cloches aux réjouissances et solemnités nationales, telles que la naissance d'un prince, le passage du Roi, le gain d'une bataille ou quelqu'autre évènement extraordinaire ; et il serait souverainement inconvenant de la part du curé de ne pas permettre que l'harmonie religieuse des cloches s'associe à ces fêtes publiques. Toutefois, nous croyons que, au point de vue du droit qui nous régit, tant que le règlement épiscopal n'en décide rien, le refus du curé demeurerait péremptoire et légalement efficace. Il n'y aurait aucune coercition légale à employer contre le curé, pas plus que s'il refusait de prêter les cloches de l'église à l'annonce des assemblées, des ventes ou marchés, des heures d'école, etc.

Un arrêté royal du 12 Mai 1841 a annulé la délibération d'un conseil communal, portant « que la cloche continuera à être sonnée, comme d'usage, pour annoncer toutes les ventes communales et particulières,

aussi pour les cérémonies civiles, nationales et religieuses », par le motif que cette délibération « prescrit la sonnerie pour des cas qui ne sont pas spécifiés » dans le règlement concerté entre l'Evêque et le Gouverneur. Brixhe, *Dictionnaire,* V° Cloches, n° 9.

En 1879, on demanda à M. Bara, ministre de la justice, si l'autorité communale pouvait faire usage des cloches pour le service des écoles communales. Le ministre, qui décida tant de questions à l'encontre des droits du clergé, s'abstint de trancher celle-ci. Il répondit que cette question était difficile à résoudre, laissant aux tribunaux (qu'il connaissait) le soin « de trancher la difficulté et *d'armer, le cas échéant les autorités locales* » ! Circulaire du 29 Octobre 1879 (*Mém. belge,* an. 1880, p. 63 ss.). La Cour d'appel de Gand se chargea de cette besogne en décidant, contrairement à la loi et à tous les précédents administratifs et judiciaires, que la commune avait le droit de disposer des cloches pour *tous* usages civils et communaux. Arrêt du 21 Mai 1884.

Mais le gouvernement ne s'est point rallié à cette jurisprudence ; il a décidé que, même *si* l'on admet en principe « que l'autorité communale peut disposer des cloches pour usages profanes (solution qui doit être tenue pour douteuse), on doit reconnaître que *la dite autorité sort de ses attributions et viole la loi quand elle décide, malgré l'opposition du curé, que les cloches seront sonnées dans un autre but que celui de maintenir le bon ordre et la tranquillité publique dans la commune* ». Arr. roy. du 8 Juin 1896. De là une nouvelle question qui s'offre à notre examen.

d) L'autorité locale est-elle en droit de disposer des cloches de l'église pour les besoins *ordinaires* de la police, et notamment pour annoncer la retraite bourgeoise ou la fermeture des cabarets ?

Il est hors de doute que le conseil communal peut,

par mesure de la police, fixer l'heure de la retraite et décider que cette heure sera annoncée aux habitants de la commune par le son d'une cloche ; mais la question de savoir si le conseil peut, sans l'assentiment du curé, décréter que l'heure de la retraite sera annoncée par une sonnerie spéciale de la cloche *de l'église,* est moins claire.

Cette difficulté a été intelligemment tournée par les administrations d'un grand nombre de communes, en convenant avec l'autorité ecclésiastique de faire coincider la dernière sonnerie de l'*Angelus* avec l'heure réglementaire de la retraite, à la condition pour la commune de payer, en retour de cet arrangement, une subvention annuelle au sonneur de la fabrique. Cependant cette solution pratique laisse entière la question de droit qui divise les auteurs.

D'après nous, si le règlement arrêté par l'Evêque de concert avec le gouverneur n'en ordonne autrement (1), cette question doit être décidée négativement. Nous avons prouvé que le droit de faire usage des cloches, même pour cause profane, appartient en principe à l'autorité religieuse, représentée par le curé ; dès lors, la commune ne saurait être investie du droit de sonner à moins d'y être formellement autorisée par la loi. Or, il n'existe aucun texte qui autorise la commune à disposer des cloches de l'église pour avertir les cabaretiers et les individus réunis chez eux. La disposition de

(1) Le règlement arrêté le 24 Messidor an XII dans l'ancien département de l'Ourthe, aujourd'hui la province de Liége, porte : « 9° On sonnera la cloche pour signaux de police ordonnés par l'autorité administrative et pour les cas d'incendie ».

Le règlement intervenu entre le gouverneur du Hainaut et les Evêques de Tournai et de Cambrai, le 4 Septembre 1839, stipule que le collège des bourgmestre et échevins « pourra requérir le curé de faire sonner... pour faire connaître l'heure de la retraite ». Art. 5.

Aucune disposition semblable ne se trouve dans le règlement arrêté pour les deux Flandres.

l'article 48 repousse cette prétention, et les considérations qu'on déduit du prétendu droit de propriété et du droit de police de la commune sont insuffisantes pour la justifier. L'argument tire de l'ancien droit n'est guère plus concluant ; et nous nous étonnons que ces mêmes jurisconsultes, qui prônent le système de la séparation de l'Eglise et de l'Etat et proclament qu'en Belgique nous vivons sous ce régime, osent se prévaloir de certaines pratiques en vigueur sous le régime de l'union et de la confusion des deux pouvoirs, pour octroyer à la commune une prérogative qui constitue une dérogation manifeste au droit qui nous régit. Quant à l'usage contraire en vertu duquel l'autorité communale se sert dans plusieurs localités d'une cloche de l'église pour annoncer la retraite, il démontre la tolérance et la complaisance du clergé, mais ne saurait servir de fondement pour conférer au bourgmestre des attributions plus étendues que celles qu'il tient de la loi.

Comp. Bernimolin, *Les institutions provinciales et communales de la Belgique,* T. II, p. 97 s.

e) Le droit de la commune, limité dans son objet, est en outre soumis à certaines restrictions quant à son exercice.

Les adversaires prétendent et la Cour de Gand a jugé que l'autorité communale est absolument indépendante de l'autorité ecclésiastique lorsqu'elle juge à propos de sonner les cloches pour cause civile ; et qu'elle a « le droit de charger de ce soin un employé directement nommé par elle » (arrêt du 21 Mai 1884).

Cette prétention est inadmissible, et la décision de la Cour de Gand est contraire aux droits incontestables du curé et de la fabrique d'église. En effet, les cloches, comme l'a très bien dit la même Cour, « sont essentiellement des objets d'église et si l'article 48 de la loi organique du Concordat permet... de les faire servir à des sonneries profanes, elles n'en conservent pas moins

leur caractère particulier d'objets religieux, laissés par la loi à la garde et la responsabilité de smarguilliers et du curé »; c'est pour ce motif que le législateur de l'an 1809 a attribué au bureau des marguilliers et au curé la nomination des sonneurs comme celle de tous les autres serviteurs de l'église ; et « cette attribution est non seulement légale, mais conforme à la raison », attendu qu'il convient que ceux qui sont chargés de veiller à la conservation des objets d'église pourvoient à la nomination de leurs serviteurs responsables. Arrêt du 18 Janvier 1881 (*Pasicr.*, II, 332). En outre, le curé, comme représentant de l'Evèque, a seul la libre disposition des édifices affectés au service du culte ; « sa qualité de ministre du culte lui donne, dans l'église (avec ses accessoires), un droit de surveillance et de police disciplinaire, qui ne pourrait s'exercer efficacement si l'on pouvait y pénétrer à son insu ou malgré lui ». *Pandectes belges,* V° Clef, n° 86. Comment, dès lors, une autorité étrangère pourrait-elle avoir le droit de disposer des cloches, ces objets d'église, sans le concours de l'autorité qui en a la garde et qui est tenue, en premier ordre, de réparer les dégradations qui pourraient y être causées ? Comment l'autorité communale pourrait-elle avoir le droit d'introduire dans l'église ou ses dépendances, à l'insu ou contre le gré du curé et des marguilliers, un serviteur qui ne dépendrait pas d'eux et n'aurait pas leur entière confiance ?

L'unique moyen de sauvegarder tous les intérêts, c'est de dire avec le Conseil d'Etat de France (avis du 17 Juin 1840), que toutes les fois que le bourgmestre d'une commune désire faire usage des cloches, il doit préalablement se concerter avec le curé et *employer les sonneurs de l'église.* Cependant il est juste que la commune contribue au payement des sonneurs en proportion des sonneries affectées aux besoins communaux ;

aucune loi n'oblige les sonneurs à prêter gratuitement leurs concours, et la fabrique n'est pas tenue de rétribuer les services qu'ils rendent à la commune. C'est ainsi que la chose se pratiquait sous l'ancien droit, comme il appert des ordonnances citées.

Comp. Lauwers, *Des cloches,* p. 16; Bernimolin, *ouv. cité,* II, p. 97 s.

On nous objecte que, si le service des sonneries civiles doit se faire par l'intermédiaire d'un sonneur de l'église, « ce sonneur aura ainsi deux maîtres : il devra, à la fois, obéissance à deux autorités : la fabrique et l'autorité communale. Et si la fabrique défend ce que l'autorité communale ordonne, qui écoutera-t-il ? Et s'il désobéit à l'autorité communale, comment aura-t-elle raison de son agent ? Peut-elle le destituer de sa qualité de sonneur de la fabrique ? Non. Le destituera-t-elle de sa qualité de sonneur pour la commune ? Impossible, puisque cette seconde qualité est, dans le système qu'on examine ici, indissolublement liée à la première. Pourra-t-elle le suspendre ? Pas non plus ». *Pandectes belges*, V° Cloches, n° 46. Comp. *Belgique judiciaire,* 1884, p. 667.

Cette objection n'est pas sérieuse. La possibilité d'un conflit est-elle une raison suffisante pour octroyer à l'autorité communale un droit qui est incompatible avec les attributions certaines que la loi elle-même reconnait au curé et à la fabrique ? D'ailleurs la pratique générale démontre manifestement que le système proposé ne présente pas en réalité l'inconvenient qu'on lui prête. Les sonneurs de l'église, dans l'exercice de leurs fonctions, ne relèvent pas directement de la fabrique, mais du curé, qui est chargé de la direction du culte dans la paroisse, et l'expérience a prouvé que les curés n'ont pas l'habitude de se prévaloir outre mesure des prérogatives que la loi leur accorde ; bien au contraire, dans presque toutes les communes une sage tolérance

de leur part permet la sonnerie des cloches, non seulement dans les cas où le bourgmestre est en droit de la requérir, mais pour divers autres usages existants. Il n'est donc pas à craindre que le curé s'oppose aux revendications légitimes de l'autorité locale ; et si des difficultés s'élevaient à cet égard, elles devraient être soumises au gouverneur et à l'Evèque qui s'entendraient pour les résoudre et pour empêcher que rien ne trouble sur ce point la bonne harmonie qui doit règner entre les deux autorités.

C. V. C.

(A suivre).

II

Fabrique d'église — Donation d'un local pour le catéchisme

—

Un arrêté royal en date du 23 Juillet 1897 (*Moniteur*, p. 3106) autorise la fabrique de l'église de Saint-Macaire à Gand, à accepter la donation de deux maisons, avec cours, dépendances et terrains, « à charge par la fabrique donataire *de faire servir ces maisons de local pour les catéchismes de la paroisse* ».

Observation. Cette décision confirme les principes que nous avons exposés dans les *Collationes*, I, p. 226 ss.

III

Fabriques d'église — Frais de chauffage

—

Un arrêté royal en date du 15 Juin 1897 (*Moniteur*, p. 2533) réforme l'arrêté du 2 Avril précédent, par lequel la Députation permanente du conseil provincial du Hainaut a supprimé le crédit de 98,50 fr. inscrit à l'article 6*b* *(Chauffage de la sacristie et de l'église)* des dépenses du budget, pour l'exercice 1897, de la fabrique de l'église de Saint-Martin, à Obourg.

Le dit crédit est réinscrit et comme conséquence de cette réinscription la somme de 640,35 fr., admise par la Députation permanente à l'article 25 des recettes (Subside extraordinaire de la commune), est portée à 738,85 fr.

Cette décision est fondée :

Sur ce que les frais de chauffage entrent dans la catégorie des dépenses concernant la célébration du culte et qu'aux termes de l'article 3 de la loi du 4 Mars 1870, celles-ci sont arrêtées définitivement par le chef diocésain ;

Sur ce qu'une somme de 98,50 fr. pour couvrir les dépenses de combustible dans le cours d'une année ne peut être considérée comme exagérée.

Observation. Une double conclusion pratique se dégage du présent arrêté, à savoir :

1° Que les frais de chauffage de la sacristie et de l'église constituent une *dépense obligatoire,* dans laquelle la commune est tenue d'intervenir en cas d'insuffisance des ressources de la fabrique. Voir dans le même sens un arrêté royal en date du 29 Septembre 1896 (*Moniteur,* p. 4188), rapporté dans les *Collationes,* I, p. 630.

2° Que les frais de chauffage peuvent être inscrits au chapitre Ier des dépenses, sous la rubrique *Objets de consommation,* n° 6.

La circulaire ministérielle du 15 Mai 1885 porte, il est vrai, que « toute dépense qui ne concerne pas la célébration du culte dans le sens *restreint* de ce mot, ne peut être inscrite dans le chapitre Ier, et elle assigne aux frais de chauffage un des alinéas du n° 50 ; mais d'excellents auteurs, par exemple Leroy (*Instructions pratiques,* etc., p. 45) et Moulart (*Des fabriques d'églises,* 8me édit., p. 605) enseignent que le charbon ou le bois pour le chauffage doivent être compris sous la dénomination d'*Objets de consommation* (1), et cette opinion, assez généralement suivie dans la pratique, se trouve confirmée par l'arrêté royal susmentionné, qui décide

(1) Comp. les *Collationes,* I, p. 374.

« que les frais de chauffage entrent dans la catégorie des dépenses concernant la célébration du culte ». Il suit de là que le crédit relatif au chauffage, inscrit au chapitre Ier des dépenses, est définitivement arrêté par l'Evêque, et que la Députation permanente ne peut le *réformer*. Le gouverneur a seulement le droit de prendre son recours au Roi s'il y avait une exagération manifeste dans le prix. L'autorité civile se bornerait alors à redresser une erreur de chiffres. Art. 3 de la loi du 4 Mars 1870 et circulaire ministérielle du 15 Mai 1885.

IV

Fabriques d'église — Maisons vicariales.

—

Un arrêté royal en date du 15 Janvier 1897 (*Moniteur*, p. 285) réforme l'arrêté du 13 Novembre 1896, par lequel la députation permanente du conseil provincial du Hainaut a refusé d'approuver le budget, pour l'exercice 1896, de la fabrique de l'église de SS. Pierre et Paul, à Châtelet, en se fondant sur ce que « la fabrique met gratuitement à la disposition des vicaires, deux maisons qui lui appartiennent ; que, comme les années antérieures, la fabrique n'a pas prévu, dans le dit budget, en recette et éventuellement en dépense, le loyer des maisons vicariales ; que cette omission n'est pas justifiée ; que, en effet, les règles d'une bonne comptabilité exigent que la fabrique inscrive en recette, dans ses budgets et comptes, une somme représentant le loyer, des maisons vicariales ; que, malgré le subside de 400 francs sollicité de la commune et prévu en recette par la fabrique, le budget se clôture encore par un déficit de 149,33 fr. ; que, dès lors, la gratuité des maisons vicariales qui constitue une dépense facultative n'est pas justifiée ».

Le budget, pour l'exercice 1896, de la fabrique de

l'église des SS. Pierre et Paul, à Châtelet, est approuvé avec la modification suivante :

La somme de 400 francs, inscrite à l'article 25 des recettes (subside extraordinaire de la commune de la commune), est portée à 549,33 fr.

Cette décision est fondée sur les motifs invoqués dans l'arrêté royal du 20 Mai 1896 (*Moniteur*, n° 144) (1) et sur ce qu'il résulte de l'instruction que l'intervention de la commune à concurrence de 549,33 fr. est nécessaire pour faire équilibrer les recettes et les dépenses du dit budget.

Un autre arrêté royal en date du 12 Mai 1897 (*Moniteur*, p. 2094) approuve, dans les mêmes circonstances et pour les mêmes motifs, le budget, pour l'exercice 1897, de la même fabrique d'église.

---

(1) L'arrêté royal du 20 Mai 1896 (*Monit.*, n° 144, p. 1940) réforme l'arrêté du 11 Octobre précédent, par lequel la Députation permanente du conseil provincial du Hainaut refuse d'approuver le budget, pour l'exercice 1895, de la fabrique de l'église des SS. Pierre et Paul, à Châtelet ; et décide que le dit budget, est approuvé.

Mais cet arrêté royal ne fait aucune mention des motifs sur lesquels cette décision est fondée.

Ces motifs sont indiqués dans un arrêté royal du 3 Décembre 1894 (*Moniteur*, p. 3960), qui porte :

« Cette décision est fondée sur ce que, d'après la convention adoptée par le conseil communal de Châtelet, le 29 Mai 1853, et par le conseil de fabrique de l'église des SS. Pierre et Paul, le 30 du même mois, les bâtiments du presbytère, non compris dans un projet d'aliénation devaient être converties « en deux maisons pour l'usage de MM. les vicaires de la paroisse » ; qu'il résulte de l'instruction que jamais une allocation n'a été portée ni en recette pour la location de ces immeubles ni en dépense à titre d'indemnité de logement aux vicaires ; que rien ne démontre la nécessité de modifier la pratique suivie jusqu'ici, laquelle ne porte aucun préjudice à la fabrique ; que, au contraire, l'inscription d'une somme au chapitre des recettes ordinaires pourrait avoir pour conséquence d'augmenter l'indemnité du trésorier ».

Des considérants analogues sont invoqués dans divers autres arrêtés royaux décidant que les immeubles légués à la fabrique à condition qu'ils servent à l'habitation aux vicaires et que la fabrique a été autorisée à accepter, doivent conserver leur destination. Voir, p. ex., l'arrêté royal du 22 Juillet 1893 (*Moniteur*, p. 2371).

Observations. D'après la jurisprudence administrative actuellement en vigueur, les maisons vicariales *existantes* que les fabriques d'église ont été autorisées à acquérir doivent conserver leur destination. Les fabriques peuvent continuer de les mettre gratuitement à la disposition des vicaires de la paroisse, sans qu'il soit besoin de porter, dans leurs budgets et comptes, aucune allocation ni en recette pour la location de ces immeubles, ni éventuellement en dépense à titre d'indemnité de logement ; et la gratuité de ces maisons est même considérée comme une dépense obligatoire. Arrêtés royaux du 20 Décembre 1887 (*Monit.*, p. 3958) ; du 12 Février 1889 (*Monit.* du 17 Février) ; du 19 Février 1892 (*Monit.*, p. 565); du 5 Janvier et du 22 Juillet 1893 (*Monit.*, p. 121 et p. 2371) ; du 20 Mai 1896 (*Monit.*, p. 1940) ; du 15 Janvier et du 12 Mai 1897, etc.

Mais, depuis bien longtemps, le gouvernement n'autorise plus l'acquisition ou la fondation de *nouvelles* maisons vicariales. Il ne reconnaît pas aux fabriques d'église le droit de fournir gratuitement un logement aux vicaires de la paroisse ; et lorsqu'une maison est donnée ou léguée avec une clause affectant cette maison à l'habitation des vicaires, il n'autorise la fabrique à accepter la donation ou le legs qu'à la condition que la dite clause sera considérée comme un simple désir et que l'usage de l'immeuble ne pourra être cédé aux vicaires que moyennant payement d'un loyer convenable ou correspondant à la valeur locative réelle. Voir p. ex., arr. roy. des 14 Février, 15 Juin et 5 Novembre 1868 (*Mém. belge*, an. 1868, p. 913 et p. 925) ; 19 Avril et 29 Septembre 1890 (*Monit.*, p. 1192 et p. 2836) ; 11 Novembre 1891 (*Monit.*, p. 3371) ; 8 Juillet et 10 Octobre 1892 (*Monit.*, p. 2102 et p. 3042) ; 27 Janvier 1893 (*Monit.*, p. 318) ; 30 Avril et 13 Juin 1894 (*Monit.*, p. 1365 et p. 1871) ; 25 Mai 1896 (*Monit.*, p. 2002) ; etc.

Cette jurisprudence nous paraît peu conforme à la raison et au droit ; et il nous est absolument impossible de comprendre que les fabriques d'église ne puissent procurer un logement aux vicaires. En effet, les vicaires font partie du personnel attaché au service du culte, que les fabriques représentent ; la loi civile a reconnu la nécessité de leur établissement dans les paroisses populeuses, et imposé en conséquence l'obligation de leur fournir un traitement. Cette obligation fut d'abord imposée aux communes, par le décret du 5 Nivôse an XIII (26 Octobre 1804) ; puis aux fabriques par le décret du 30 Décembre 1809, art. 39 et 40 ; enfin la loi du 9 Janvier 1837, en exécution de l'art. 117 de la Constitution belge, mit le traitement des vicaires à la charge de l'Etat, mais « *sans préjudice aux suppléments de traitement que les communes et les fabriques auront la faculté d'accorder* » (art. 2). Les fabriques, comme les communes, ont donc la faculté (1) d'allouer des suppléments de traitement aux vicaires ; et, dans la plupart des localités, ces suppléments sont indispensables pour rendre la position des vicaires tolérable. Or, ces subsides alloués par la fabrique ne sont-ils pas destinés, tout comme le traitement payé par l'Etat, à procurer aux vicaires un logement, aussi bien que le vêtement, la nourriture et les autres choses nécessaires à la vie? Pourquoi, dès lors, la fabrique qui peut donner un supplément de traitement ou allouer une indemnité de logement aux vicaires, ne pourrait-elle pas leur fournir un logement? Et, s'il en est ainsi, pourquoi ne pourrait-elle pas non plus accepter les libéralités qui ont pour objet de pourvoir au logement des vicaires et mettre

(1) On pourrait même soutenir qu'*en droit* l'allocation de ces subsides peut, dans certaines circonstances, constituer une dépense *obligatoire*. Voir Lauwers, *Du caractère des subsides accordés par les communes aux prêtres paroissiaux ;* Leroy, *Instruct. pratiq.*, p. 71 ss. ; de Corswarem, *Handboek der Kerkfabrieken*, nº 207.

gratuitement à leur disposition les immeubles donnés ou légués pour ce but ? Les libéralités de cette nature ne pourront qu'alléger la charge qui incombe à la fabrique de donner un supplément de traitement. D'ailleurs, l'application de la jurisprudence que nous critiquons conduit à l'absurde. Le vicaire qui occupe une propriété fabricienne recevra d'une main le supplément de traitement (ou l'indemnité de logement) que la fabrique peut lui allouer, et de l'autre il le rendra en tout ou en partie à la fabrique en payement du loyer ! Cela ne ressemble pas mal à une comédie.

Et quels motifs invoque-t-on pour justifier cette étrange pratique ?

D'abord on donne pour motif que l'article 72 de la loi du 18 Germinal an X n'oblige de fournir une habitation qu'aux curés et desservants; que, dès lors, on ne peut admettre comme obligatoire l'affectation d'une maison à la demeure des vicaires au même titre que l'on admettrait cette affectation à un presbytère.

Nous admettons sans peine que l'affectation n'est *pas imposée par la loi,* qu'elle ne constitue pas en faveur du vicaire un droit civil dont il pourrait poursuivre la revendication devant les tribunaux, comme le curé ou desservant peut le faire à l'égard du presbytère. Mais suit-il de là que la loi dénie à la fabrique *la faculté* d'affecter une maison à l'habitation du vicaire ? Suit-il de là que la fabrique est légalement incapable d'accepter un immeuble affecté de cette clause ? Prétend-on peut être que la compétence des fabriques d'église doit être restreinte aux seuls services *obligatoires* que la loi lui impose ? C'est là un principe libéral dont la vérité est fort contestable ; d'ailleurs, le gouvernement n'a-t-il pas reconnu autrefois la capacité des fabriques d'acquérir et posséder des maisons vicariales ? N'autorise-t-il pas actuellement les fabriques à recevoir des dons et legs d'immeubles pour servir de presbytère ? Et cependant

l'obligation de fournir un presbytère incombe directement à la commune (1).

Mais, dit-on encore, la législation ne reconnaît pas les maisons vicariales.

Cela n'est pas exact : elle les reconnaît équivalemment par cela seul qu'elle reconnait l'existence des vicaires, et qu'elle sait que les vicaires doivent avoir une habitation. Du reste le décret du 8 Novembre 1810 déclare comprises dans les lois de restitution aux fabriques les maisons vicariales non aliénées (*Mém. belge,* I, 371 ss.). La pensée de l'Empereur a été d'appliquer à ces maisons le même principe qu'aux autres biens non vendus, de les rendre à leur destination. Aussi ont-elles généralement été affectées à l'habitation des vicaires là où les maisons vicariales manquaient ; ailleurs les fabriques les ont vendues ou louées à leur profit.

Nous terminons en formant le vœu que le gouvernement revienne à l'ancienne jurisprudence. La position des vicaires est généralement très précaire ; le traitement de l'Etat est insuffisant pour pourvoir à leur subsistance et le plus souvent le casuel ne peut y suppléer. Ce serait donc faire chose très utile et très sage que de permettre qu'on leur assure, à titre de supplément de traitement, un logement purement gratuit. Comp. le *Mémorial belge,* an. 1868, p. 914 ; Moulart, *Des fabriques d'églises,* 8me édit., p. 155 ss.

C. V. C.

(1) Un arrêté de la Cour de Liége du 29 Mai 1889 (*Pasic.*, II, 349) décide que le montant des souscriptions et subsides alloués pour le logement d'un vicaire, doit être attribué à la fabrique d'église, se logement formant une obligation fabricienne.

Ex S. Rituum Congregatione

ROMANA.

Cœtus Presbyterorum Sæcularium S. Pauli Apostoli in Urbe Summo Pontifici Pio Papæ VII humiliter significarunt, in multis templis justis de causis non eodem, quem Ecclesia constituit, die, festum SS. Cordis Jesu celebrari consuevisse ; quapropter ab Eo suppliciter petiverunt, ut veniam daret, qua Missæ SS. Cordis Jesu propriæ eo die celebrari possent, quo festum ageretur : simulque concederet Indulgentiam Plenariam omnibus Christifidelibus, qui confessi et Sacra Communione refecti, pias precationes in templo, ubi festum celebratur, ad mentem Summi Pontificis D. O. M. fuderint ; quibus postulationibus Sanctitas Sua ita satisfecit : « Ex Audientia SSmi Die 7 Julii 1815. SSmus benigne annuit pro gratia in omnibus et in perpetuum, de licentia tamen Ordinariorum respective locorum quoad translationem diei festi : contrariis non obstantibus. P. F. Card. Galeffi. » Ejusmodi Rescripto Secretariæ supplicum libellorum Sacræ Rituum Congregationi nuper exhibito, Moderator Primariæ Congregationis SSmi Cordis Jesu penes Ecclesiam de Pace in Urbe ab ipsa S. Congregatione humiliter postulavit : « Utrum juxta praxim ejusdem Sacræ Congregationis, omnes Missæ propriæ de SS. Corde Jesu celebrari valeant in solemnitate translata ipsius SS. Cordis et qualibet die a Rmis Ordinariis locorum in casu designata ? » Et Sacra Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, audito etiam voto Commissionis Liturgicæ, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit : « Firmiter manente Festo SS. Cordis Jesu affixo Feriæ VI post Octavam Corporis Christi et quotannis recolendo cum Officio et Missa propriis juxta Rubricas et Decreta, ejusdem festi externam solemnitatem, ad tramites Rescripti suprarelati, in aliam diem a Rmis Ordinariis locorum designatam posse transferri etiam cum privilegio celebrationis Missæ

propriæ de ipsomet SS. Corde Jesu : hoc autem privilegium juxta praxim Sacrorum Rituum Congregationis excludi quoad Missam Solemnem a duplicibus primæ classis et a Dominicis privilegiatis item primæ classis, et quoad Missas lectas etiam a duplicibus secundæ classis, necnon a Dominicis, feriis, Vigiliis, Octavisque privilegiatis ; atque ea sub lege illud adhiberi posse, ut nunquam omittatur Missa Conventualis vel Parochialis Officio dici respondens, ubi eam celebrandi adsit obligatio ; et serventur Rubricæ. Atque ita rescripsit.

Die 23 Iulii 1897.

L ✝ S.

C. Card. MAZZELLA EP. PRÆNESTIN. S. R. C. Præf.
D. Panici S. C. R. *Secret.*

Consultationes

I

In diœcesi Brugensi gaudent confessarii facultate absolvendi a casibus simpliciter Episcopo reservatis in *Adoratione perpetua :* quæritur utrum eadem facultas censenda sit concessa etiam pro *Precibus XL horarum.*

Respondetur : Negative. Etenim solemnitas *Precum XL horarum* secundum communem acceptionem omnino diversa est ab illa quæ dicitur *Adoratio perpetua;* proinde, ubi hæc posterior sola exprimitur in indulto, illa non censetur comprehensa. Ceterum ipse tenor concessionis, uti legitur in libello (1), sat aperte excludit preces XL horarum : habet enim : « Confessariis in adoratione perpetua, a Vigilia hujus solemnitatis et *per totam ejus octavam*», quæ verba manifestant Episcopum facultatem

(1) *Tractatus de casibus reservatis in diœcesi Brugensi* editio 1889, p. 80.

elargientam respexisse *adorationem* unius diei, quotannis eadem die recurrentem et celebratam ad instar festi solemnioris cum octava : quæ sane precibus XL horarum applicari nequeunt. Demum dicta facultas concessa fuit causa frequentiæ confessionum quæ institui solent *in Adoratione perpetua,* quod rursus communiter non obtinet in precibus XL horarum.

Attamen cum variis in locis crescat indies numerus confitentium hujus pii exercitii occasione, opportunum forsan judicabit Ill^mus^ ac Rev^mus^ Episcopus ad hanc solemnitatem præfatam facultatem extendere.

H. V. D. B.

II

Quæritur ubinam signandum sit signo crucis Evangelium in Missa: an super prima verba textus, an potius super verba *Initium* vel *Sequentia,* prouti indicare videtur crux in pluribus Missalibus ante dicta verba exarata.

Responsum huic quæstioni præbent *Ephemerides liturgicæ* an. 1897, p. 588 sq. :

« Juxta Rubricam Missalis de Ritu servando in celebratione Missæ Titul. VI, n. 2, quæ plane concordat cum altera inscripta in Cæremoniali Episcoporum Libr. II cap. 8, nn. 41 et 46, Sacerdos vel Diaconus, lecturus aut cantaturus Evangelium, *pollice dexteræ manus signo Crucis signat.... librum super principio Evangelii* : vel, ut ait Cæremoniale.... *signat pollice dextero textum Evangelii.... signat librum ubi est textus Evangelii.* Unde sequitur quod Crux fieri debet non super verba *Initium,* vel *Sequentia,* sed super primum, vel prima verba *textus* ipsius Evangelii, id est, ex. gr. in Evangelio Missæ Sanctæ Familiæ Jesu, Mariæ et Joseph super verba *Cum factus esset,* in altero e Missa S. Joann. Gualberti super verba *Audistis etc.* et sic de ceteris. Neque dicendum venit signum fieri debere ubi Crux signatur ; Crux enim in liturgicis codicibus exarata, quæ etiam in typica Missalis editione Tornacensi 1892 invenitur et præcedit verba *Initium* vel *Sequentia,*

non significat quod Evangelium signandum est ubi invenitur Crux † (ut indicare videntur Missalia in Hispania exarata, in quibus Crux rubeo inscribitur colore, quasi habenda sit ut Rubrica), sed illud signum introductum est, vel ut ictu oculi inspiciatur principium Evangelii, vel potius ad innuendum ipsum Crucis signum super textum faciendum esse, non quando legi incipit, sed quando verba proferuntur *Initium*, vel *Sequentia Sancti Evangelii etc.* Ceterum plura exemplaria, præsertim vetera, idem signum non habent, et Rubricæ satis claræ sunt.

Hinc non subscribimus cl. De Herdt (*Pars. 2, n. 219*) docenti ; « signo Crucis signat primo librum super principium Evangelii, quod est lecturus, vel super signum Crucis, si ad initium Evangelii impressum reperiatur » ; sed standum omnino Rubricis et earum intrinseco sensui, quod nempe reipsa signetur Evangelium. »

R. P. L. Delplace. S. J. — *Catena evangeliorum sacerdoti meditanti proposita.* — In 8°, Lovanii ap. Istas, 1897. — Pret. 5 fr.

Laudatus auctor, sacerdotibus exercitia spiritualia obeuntibus optime notus, 295 meditationibus exponit « quatuor evangelia *totamque* vitam Jesu Christi harmonice (juxta ordinem chronologicum) dispositam ».

Unaquæque meditatio, præmisso duplici brevi præludio, tria complectitur puncta in quibus generatim exhibetur, post recitatum evangelicæ concordiæ textum, explanatio exegetica vere solida, quæ dein in pios prosilit affectus et ducit ad proposita practica, non longe quæsita sed ex subjecta materia sponte dimanantia. Ita nec memoriæ, nec intellectui nec cordi ac voluntati sua propria desunt nutrimenta quibus hæ facultates active concurrant ad Deum laudandum animamque in virtutis via promovendam.

Quum pius auctor scopum sibi præfixerit ut paucis uberem materiam subministraret, et genuinam meditandi

artem doceret, puncta non late evolvit « ne, ut ipse merito animadvertit, meditatio in lectionem spiritualem desineret neque mentalis oratio jam fieret ulla ».

Ad quem finem attingendum non parum conducit ipse materialis ordo : singula enim meditatio duplici pagina absolvitur et variis artis typographiçæ adminiculis ita disponitur ut uno conspectu statim appareat totius meditationis substantia et præparatio vespertina nullo labore perficiatur.

Utilissimam igitur judicamus hanc auream *Catenam* quæ artem vere meditandi docens, sacerdotes strictiori vinculo Deo Optimo Maximo devinciat per Jesum Christum qui est via, veritas et vita, cui omnis gloria in sæcula sæculorum. Amen.

C. C.

*
* *

De prohibitione et censura librorum post Leonis PP. XIII Constit. « OFFICIORUM AC MUNERUM » *brevis dissertatio* ARTHURI VERMEERSCH e S. J. *in Collegio maximo Lovaniensi S. J., Professoris Theologiæ moralis et Juris canonici;* in-8° pag. 62 ; *constat pretio* 0,50 fr.

Hanc dissertationem in lucem edendo præclarus auctor existimavit se « pluribus non injucundum quid » facturum esse. Et merito quidem ; novam enim Indicis legem explicando notisque illustrando, opus præstitit sacerdotibus perutile, non tantum iis « qui, ut ait, ob sacra quæ obeunt ministeria, de istis regulis frequenter interrogantur, et simul præpediuntur quominus in earum interpretationem animum intendant », sed et illis qui studio jurisprudentiæ sacræ incumbunt, quum nullus hucusque in Leonis XIII Constitutionem commentarius in Belgio prodierit. Læto igitur animo dissertationem R. P. Vermeersch accepimus atque

perlustravimus. Doctus juris peritus, concinno ac perlucido sermone, præsens quo utimur jus circa prohibitionem librorum in clariori luce posuit; atque ordinatim et methodice, paucis paginis sed doctrina refertis, integram illam difficilem materiam contraxit.

Nonnulla tamen in prædicta dissertatione occurrunt quæ interpretationis regulis minus conformia nobis videntur.

Generalis operis indoles est magna valde sententiarum benignitas. Auctor, attento Constitutionis « *Officiorum* » scopo (1), tanquam principium ponit *prohibitiones* (non tantum dispositiones pœnales) quas continet *stricte esse interpretandas* (nº 7, p. 23). Fatetur quidem Suaresium aliosque plures aliter de his legibus sentire, quod in favorem fidei latæ sint; sed contendit cum Génicot (*Theol. mor.*, I, n. 444) hanc rationem minime cogere quum pleræque ecclesiasticæ prohibitiones causam fidei vel morum tueantur. Aliunde « quia coarctant libertatem; quia mediante peccati reatu quem inducunt protegunt fidem, et simul sunt observatu difficiles; quia, indirecte certe, aliqua pœna afficiunt et scriptorem et editorem », stricte eas intelligi posse, cum Genicot, l. c., existimat. Nostrum non est hanc controversiam dirimere; sed opinamur quod, inspectis argumentis utrimque allatis, præferenda sit sententia Suaresii. Rationes ab auctore propositæ minime cogunt: omnes enim leges prohibentes libertatem coarctant; omnes mediante peccati reatu bonum per ipsas intentum procurant; nec leges præsentis Indicis observatu sunt difficiles, quum S. P. eas effecit « aliquanto molliores, ita plane ut iis obtemperare, dummodo quis ingenio malo non sit, grave arduumque esse non possit » (Const.

(1) Scopus hujus Constitutionis est Regulas Judicis nostræ ætati attemperare, easque, « in columi earum natura, efficere aliquanto molliores ». Inde concludit auctor (immerito, ni fallamur) quod in interpretandis his regulis, a R. P. emollitis, etiam molliora atque benigniora sint sectanda.

Officiorum); neque, quatenus prohibitivæ sunt, pœnam, ab ipsa prohibitione distinctam, infligunt. Ab alia parte solida videtur ratio Suaresii : licet enim pleræque ecclesiasticæ prohibitiones *remote, ultimate et consecutive* causam fidei vel morum tueantur, paucæ tamen sunt quæ, sicut istæ, « tantopere conferunt ad tutanda fidem et mores » (Dissert., p. 22) et pro scopo *directo, primario,* et *principaliter* a legislatore intento, habent incolumitatem fidei morumque servandam. Hunc autem esse finem proprium et directum legum Indicis manifestum est tum ex decreto Tridentino aliisque decretis hac de re latis, tum ex Ben. XIV Constit. *Sollicita* et Leonis XIII Constit. *Officiorum,* tum ex ipso textu legum (Reg. 9) et ex materia circa quam versantur. Intima harum legum cum fide connexio etiam apparet ex eo quod veteres canonistæ de illis tractant sub titulo *De hæreticis*; et quod, præter S. Congr. Indicis, soli Congr. S. Officii, tanquam supremo tribunali fidei et morum, prohibitio librorum competit (Dissert., p. 29) Opinamur ergo cum Suaresio leges Indicis, *quatenus sunt prohibitivæ,* favorabiles esse ideoque *late interpretandas.*

Auctor, contrario innixus principio, ad particularia descendens, plura tradit valde benigna; et, in conflictu opinionum, regulariter molliorem tuetur, etiam si opposita probabilior, communior, imo et communissima sit. Sic inter alia a) tenet nomine *Libri,* in regulis Indicis, etiam ante Leonis XIII Constitutionem, non intelligi *Ephemerides* (1), nec breves lucubrationes, ut sunt epistolæ, conciones, etc., seorsim editas (nº 9, p. 24 coll. nº 18, p. 45); neque *Kalendaria,* quorum folia singulis diebus sint decerpenda (*Calendriers à*

(1) Immerito, ni fallamur, contendit auctor sententiam suam valde confirmari ex dec. S. Off. 27 Apr. 1880, negante *excommunicationem* incurri a legente ephemerides hæresim propugnantes, quum in casu de *pœna*, et quidem gravissima, agatur.

effeuiller); neque folia a libro prohibito separata; neque *Manuscripta*; neque etiam, saltem quod attinet necessitatem præviantis censuræ, opera *lithographice* exarata vel typis impressa quæ, ut auditores compendium faciant scribendi, adornare solent professores (n° 9, p. 25). b) Docet prohibitionem librorum non extendi ad opera in plures tomos distributa (an etiam si tomi *materialiter* tantum sint distincti ?), si auferatur tomus in quo continetur error qui ansam dedit proscriptioni, nisi tamen in odium auctoris facta fuerit proscriptio; neque ad *Miscellanea* litteraria « *Chrestomathies* », quæ loca (quæcumque ?) continent ex damnatis operibus excerpta, nisi tanta fuerint ut moraliter idem aliquod opus proscriptum videantur exhibere (n° 10, p. 26). c) Contendit diaria, folia aut publicationes periodicas quæ « religionem aut bonos mores data opera impetunt » (Reg. 21) sub prohibitione non comprehendi nisi impetant religionem *ut sic,* non tantum quâ catholicam, revelatam, et « considerata *in tractu suo periodico*, in hæc notabiliter intendant » seu « hanc sat generalem habeant indolem » (n° 18, p. 43 coll. n° 32, p. 53). d) Tenet verba : « *qui imprimunt* », in regula 48 occurrentia, non comprehendere omnes qui proxime ad impressionem cooperantur, sed illos tantum « qui vel domini sunt typographiæ, vel eorum personam sustinent, ita ut rem eorum nomine gerant » (n° 33, p. 56).

Præterea, in hac dissertatione, quædam inveniuntur quæ certe distractionem, ne dicamus aliqualem negligentiam, denotant. Sic, auctor (qui uti vidimus, opinatur antiqua lege Indicis non prohiberi *Ephemerides,* contendit (pag. 45) non improbabile esse quod, in istis Belgii diœcesibus quæ sub regimine sunt solius *Instructionis pastoralis* 5 Augusti 1843, neque adest episcopale vetitum circa ephemerides (1) ; dein addit :

(1) Génicot, *op. cit.*, n. 445 hæc habet : « Hujusmodi prohibitionem diserte fecerunt Episcopi Belgii præclara Epistola data 5 Aug. 1843 ».

« Quæ causa forte est, cur in 5ª sui operis editione, De Brabandere silentio prætereat litteras Ill. Malou (1854) quibus pravæ ephemerides declarabantur subjacere positivæ Ecclesiæ legi ». Porro, nedum dictas litteras prætereat, De Brabandere in 5ª sui operis editione, sicut in præcedentibus omnibus, in extenso citat earum textum (nº 1327, p. 587). Alio in loco (nº 36, p. 58), auctor nonnulla adscribit De Brabandere quæ iste minime docet. Falso imprimis ibidem affirmatur De Brabandere (II, n. 1361) negare usum, extra diœcesim concedentis, *omnis* facultatis legendi libros prohibitos *ab Episcopo* concessæ : negat tantummodo usum extra diœcesim facultátis quæ *ab Episcopo Brugensi* conceditur, propter adjectam ab ipso Episcopo limitationem ín formula concessionis. Immerito etiam ibidem dicitur De Brabandere, l. c., arbitrari solam clausulam « *ita ut libri ex hac diœcesi non efferantur* » hanc inferre limitationem ; etenim De Brabandere, post citatam formulam qua Episcopus Brugensis utitur, hæc habet : « *Præfata* licentia personalis est ; attamen personam privilegiati non quocumque comitatur. Ut legenti patet, apponuntur *hic* limites per clausulam : *In hac diœcesi* ET *ita tamen ut libri hujusmodi ex hac diœcesi non éfferantur* ».

C. V. C.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra p. 497.)

Sectio II.

De natura, modo et ordine cognitionis supernaturalis revelationi respondentis.

79. In præcedente sectione exposuimus primo quidem notionem revelationis supernaturalis signaque quibus Deus locutus dignoscitur, deinde vero eadem revelationi christianæ applicavimus quasi in abstracto et objective, videlicet indicando quæ patet via cuicumque homini, sive immediate Christum audienti, sive postea per Ecclesiam edocto, ut Christum Deum vere revelasse et ab eo revelata percipiat et agnoscat, abstrahendo a subjecto reapse viam percurrente. Reliquum est rem in concreto considerare et cum subjecto viam percurrere. Viam autem eligimus, quæ ordinaria Dei Providentia per Ecclesiam patet cuicumque homini, rationis usu fruente, in præsentibus temporum ac regionum catholicarum adjunctis, adeoque subjectum est homo audiens Ecclesiam prædicantem, sacerdotem aliumve hominem christianum docentem, est et puer audiens parentes, magistros, sacerdotes docentes, cujus inquirere oportet modum et ordinem cognitionis supernaturalis revelationi respondentis.

Sed ante omnia natura ipsa hujus cognitionis est explicanda. Sit ergo

ARTICULUS I

De natura cognitionis revelationis et revelatarum veritatum.

80. Quemadmodum donis supernaturalibus natura supponitur, utpote quæ per eadem dona extollitur ac perficitur, ita et revelatio Dei supernaturalis, sicut et propositio revelatorum per Ecclesiam prævium requirit in audiente usum naturalis rationis. Quum igitur homo notionem Dei, hujusque existentiæ cognitionem adeptus est, sive solius rationis viribus, ut supra, sive, ut fieri in adjunctis ordinariis solet, institutione aliorum hominum, aut ipsa docente Ecclesia, jam ejusdem Ecclesiæ magisterium, quod nomine Dei se docere affirmat, ope parentum, magistrorum, sacerdotum eidem homini inculcat non modo Deum existere, omnium Creatorem ac Dominum, sed et hominibus locutum esse, eoque ipso statim summa Dei veracitas sese manifestat ut auctoritas obligans ad agnitionem eorum quæ Deus revelavit et per Ecclesiam proponit. Unde jam natura ac indoles cognitionis innuitur qua, modo et ordine postea explicando, revelata apprehendere ac agnoscere homo debet in finem supernaturalem salutis. Videlicet revelationi supernaturali respondet cognitio supernaturalis etiam ex parte subjecti, gratia Dei supernaturali instructi ; et rursus, cognitio illa supernaturalis in præsenti vita non est visio intellectualis, nec est scientia, quamquam scientia aliqua supernaturalis eam sequi potest, ut videbimus, sed est fides, qua intellectus, gratia Dei præventus et adjutus, videns credibilem ac credendam esse revelationem divinam, imperante voluntate similiter gratia instructa, se Deo submittit ab eoque revelata, assensu super omnia firmo, vera agnoscit propter auctoritatem Dei revelantis. « Quum homo a Deo tamquam Creatore et Domino suo totus dependeat et ratio creata increatæ veritati penitus subjecta sit, plenum revelanti Deo intellectus et voluntatis

obsequium fide præstare debet. » Ita Concilium Vaticanum (1) obligationem credendi Deo revelanti inculcat, et simul irrefragabilem reddit hujusmodi obligationis rationem.

Oportet igitur primum *credere* Deo revelanti, et *supernaturalis* quidem a Deo infunditur illa divina fides, cui postea tamquam fundamento innixam acquirere possumus *scientiam fidei,* credentes ut intelligamus, donec evacuatæ fidei succedat beata Dei visio.

Unde et exordimur a divina fide explicanda, et primo quidem actum credendi in genere, abstrahendo ab elementis supernaturalibus, analysi subjicimus, quoniam, ut sæpe diximus, naturam constanter sequitur supernaturale ad eam extollendam ac perficiendam ; deinde vero actum fidei supernaturalis ac divinæ exponemus.

§ I

Prævia notio actus credendi in genere.

81. Inter operationes intellectus, *prima* est simplex objecti apprehensio, in qua non invenitur verum vel falsum, cum nihil affirmetur aut negetur, sed præbentur elementa cognitionis proprie dictæ, veræ vel falsæ, quæ est in *altera* operatione, in judicio videlicet seu assensu, cujus objectum est propositio, id est, oratio exprimens aliquod verum vel falsum (2).

Sed potest intellectus relate ad objectum judicii seu ad veritatem cognoscendam, multis modis se habere : potest nescire vel ignorare, potest dubitare, suspicari, potest assentire (3). Assensus generice est: adhæsio mentis alicuí propositioni ut veræ. *Subjectum* eliciens igitur est mens seu intellectus. *Objectum materiale* seu materia circa quam versatur assensus est propositio,

(1) Constit. *de Fide,* cap. III,

(2) Vid. *De solvendo dubio,* n. 79-82.

(3) V. *ibid.,* n. 109 et 110.

id est, oratio exprimens aliquod verum vel falsum. *Objectum formale* assensus est illud idem objectum seu propositio, sed sub illa præcise formalitate consideratum sub qua præbetur ei assensus. Illa autem formalitas est tandem veritas: assentimus enim propositioni *ut veræ,* adeo ut si falso adhæreamus per errorem, tamen ei adhæreamns ut vero, quia nobis errantibus videtur verum. Est enim veritas objectum proprium intellectus, movens intellectum, sicut bonum voluntatis. *Motivum* itaque *formale assensus* proprie est veritas illa inhærens objecto. Motivum tamen formale et objectum formale in assensu generice sumpto fere in idem recidunt: primum enim est illud quod movet inhærens objecto, alterum vero est objectum sub illa formalitate quæ movet consideratum; unde fit ut Auctores sæpe indiscriminatim illos terminos adhibeant. In assensu tamen determinato, v. gr. fidei, merito assignatur discrimen, ut videbimus.

82. At vero non omnis assensus ejusdem rationis est. Nam primo potest veritas manifestari *perfecte* vel *imperfecte*. Si A) manifestatur veritas imperfecte seu rationibus quidem validis, meritoque inclinantibus intellectum, id est probabilibus, non tamen certis, intellectus inclinari poterit, sed non determinabitur ad assensum. Et tunc voluntas, quæ, sicut sola est potentia libera seu electiva, ita sola alias potentias ad suum objectum cum indifferentia inclinatas determinare potest, prudenter imperare poterit assensum, non tamen certum sed opinativum cum formidine erroris. Quodsi voluntas ob rationes non probabiles imperat assensum, hic assensus non erit nisi imprudens (1).

Sed ponamus B) veritatem manifestari rationibus certis: potest adhuc illa manifestatio *diversis modis* fieri, adeoque veritas diversis modis movere intellectum,

(1) V. *ibid.* n. 164 sqq.

et juxta diversas motiones seu juxta motiva formalia diversa erunt assensus specifice diversi. Et triplici quidem modo clare manifestari potest veritas :

a) Ab intrinseco et immediate. Propositio enim in qua prædicatum est de ratione subjecti, statim, cognitis terminis, evidenter apparet vera : sufficit inspicere terminos, ut mens intelligat seu veluti intus legat veritatem ; ideo cognitio illa principiorum immediate evidentium specifice vocatur intellectio, seu *visio intellectualis,* et facultas intelligendi formaliter ut intelligens dicitur *intellectus. Objectum formale* intellectionis est propositio in quantum evidens ex terminis. Illud quod formaliter movet in objecto, seu *motivum formale,* est illa ipsa veritas evidens intrinsece et immediate, quæ ita movet ut etiam determinet intellectum : sicut enim oculus corporis sanus et apertus objectum clare propositum non potest non videre, ita oculus mentis, adeoque excluditur interventus voluntatis.

b) Ab intrinseco sed mediate. Quod tunc fit quando rei veritas non immediate ex perspectis terminis menti innotescit, sed tantum mediantibus principiis, quæ tamen ipsa evidentia sint, ac intrinsecum nexum habeant cum veritate proposita. Sicut enim in ordine rerum seu ontologico datur nexus intrinsecus entium inter se, ut causæ et causati, ac vice versa : ita in ordine logico entia quatenus cognoscibilia mutuo connectuntur, ita ut ab una veritate cognita ad aliam cognoscendam progredi mens humana possit. Quia vero tunc non proprie videt et intelligit, sed potius ratiocinando procedit, facultas intelligendi quatenus ratiocinatur specifice *ratio* dicitur, et cognitio ipsa acquisita dicitur *scientia,* quæ est conclusionum. *Objectum formale* est conclusio in quantum talis, id est propositio evidenter deducta ex principiis evidentibus. *Motivum formale* est illa ipsa veritas evidens deductionis. Sedulo tamen adverte, conclusionem scientificam, saltem in ratiocinio

a priori, non tantum objective certam fieri, sed etiam in se intelligibilem et evidentem, quia veritas quæ ad instar principii adhibetur, non tantum seipsam evidenter manifestat lumine suæ evidentiæ, sed etiam conclusionem ex ea deductam suo lumine simul manifestat, propter nexum intrinsecum cum ea, sicut sol non tantum seipsum sed alia objecta suo lumine perfundit. Adeoque et in scientia stricte sumpta seu cognitione per causam, non tantum movetur sed determinatur intellectus, absque imperio voluntatis, quæ solum potest avertere a considerandis præmissis, sed si conclusio inspiciatur cum præmissis, non potest avertere ab assensu in illam, præcise qua talem.

83. Quandoque tandem *c)* veritas aliqua non apparet ab intrinseco sive immediate sive mediate, sed tantum *ratione aliqua extrinseca* adesse probatur, quatenus scilicet intellectus certus fit, eamdem vertitatem ab alio intellectu in seipsa cognosci ut veram, adeoque hic plures sunt assensus: primo, assensus quibus intellectus prævie assentit rationibus illis extrinsecis, quæ probant adesse alteram veritatem ; postea, assensus quo intellectus hanc ipsam veritatem admittit.

Porro rationes illæ extrinsecæ probantes veritatem possideri seu cognosci ab alio, non possunt esse nisi alterius scientia et verax testimonium. Antequam igitur deveniatur ad assensum in ipsam veritatem testimonio prolatam, oportet α) assensum habere in scientiam et veracitatem i. e. in *auctoritatem* testis (sive assensus ille sit determinatus per evidentiam, ut quando de auctoritate Dei agitur, sive sit tantum certus ob evidentiam irrationabilitatis assensum denegandi, voluntate intellectum determinante) ; oportet β) sive evidenter iterum sive certo percipere testimonium, *factum testificationis,* quia per dictionem seu testificationem impendit testis suam auctoritatem seu applicat eam determinatæ propositioni quam profert. Duplex illa cognitio prævia

producit *judicium credibilitatis,* quo videlicet nondum creditur res sed judicatur evidenter credibilis propter motiva manifestantia auctoritatem et testimonium, quæ ideo vocantur *motiva credibilitatis,* sedulo distinguenda a motivo credendi seu formali motivo fidei.

His positis, quomodo jam sequitur assensus in ipsam veritatem testimonio propositam ? Auctoritas testis, quatenus continens veritatem, movet intellectum, et cum sit applicata determinatæ veritati, movet ad illam admittendam ; quia tamen veritas *in se ipsa* immediate vel mediate non apparet nec adeo determinat intellectum, debet intervenire voluntas. Hæc itaque, posito *judicio prævio credibilitatis,* movetur et ipsa ad *volendum credere* motivo sibi proprio quod est bonum : puta quia bonum est assentire vero, quia bonum est non irrationabiliter agere, quia credere est utile, etc., et cum sit libera, vel imperat assensum, et tunc intellectus ex illo imperio voluntatis assentit, ob motivum sibi proprium, i. e. verum quod continetur in auctoritate testantis, veritati testimonio propositæ ; vel voluntas libera non vult imperare assensum, et tunc intellectus saltem manet suspensus seu non assentit. Assensus autem ille imperatus vocatur *fides,* quia non videmus nec scimus veritatem in se, sed *fidimus* alteri eam possidenti. *Objectum materiale* fidei est ipsa propositio seu veritas quæ creditur, *Objectum formale* est eadem propositio quatenus præcise est objectum fidei seu quatenus et testimonio profertur et ab illo qui auctoritate gaudet, seu utraque formalitas : dictio et auctoritas, ingreditur objectum formale. *Motivum* vero *formale* continetur ultima formalitate scilicet auctoritate, non enim dictio movet ad credendum sed auctoritas dicentis, seu quod dictum supponitur et certo perceptum, creditur propter auctoritatem certo cognitam; scientia nempe prævia tum dictionis tum auctoritatis est conditio sine qua non applicatur elementum objectivum subjecto seu intellectui determinato, ut credere possit.

De modo loquendi jam advertimus quosdam AA. indiscriminatim adhibere terminos : objectum formale et motivum formale, quod quidem minoris refert ubi agitur de veritate ex se innotescente et ratione sui admissa, ut diximus ; sed utique majoris interest et secus facile aliqua confusio oritur, ut ex dictis elucet, quando agitur de objecto per testimonium proposito et ratione auctoritatis admisso, quæ non inhæret objecto sed nexu tantum extrinseco cum illo cohæret, et quæ, etiamsi evidens sit, tamen semper manet extrinseca relate ad rem creditam. Deinde generaliter hæc distinctio valet : et ubi plures sunt formalitates quæ materiæ conjunguntur ut objectum formale constituatur, ultima tantum formalitas, dans scilicet objecto ultimam, propriam formam seu speciem, motivum formale continet, ut clarius patet agendo de Spe. — Attendendum itaque est in legendis AA. quem modum loquendi adhibeant : non enim hi duo tantum sunt modi loquendi sed plures, de quibus tacemus ne confusio mentibus ingeratur.

84. Ex dictis jam intelligitur 1° fidem esse *liberam* *a) accidentaliter,* sed fere semper, quia auctoritas seu motivum formale non est evidens, et etiamsi evidens sit, ut quando de Deo agitur, tamen factum revelationis certum quidem est ast non evidens ; *b) essentialiter* adeoque semper et necessario, quia numquam præstatur fidei assensus sine interventu liberæ voluntatis : motivum enim fidei, etiamsi evidens sit adeoque determinans intellectum ad assentiendum *sibi,* manet tamen extrinsecum relate ad veritatem testimonio propositam, adeoque eum non determinat ad assensum *illi veritati* dandum.

2° Cum assensus fidei procedat ab intellectu ex imperio liberæ voluntatis, et non ex evidentia determinante intellectum, jam firmitas fidei partim a voluntate procedit, adeoque illi firmitati non obstant *indeliberatæ dubitationes.*

3° Omnis fidei assensus, alicui loquenti præstitus,

quadamtenus involvit agnitionem excellentiæ illius, non tamen necessario ex intentione illum honorandi procedit.

4° Assensus fidei est honestus, dummodo voluntas prudenter eum imperet, non moveatur pravo fine extrinseco, nec excludat specialem honestatem, quæ fidei hic et nunc præstandæ potest debere inesse.

Ex dictis habemus quodnam sit *subjectum* actus fidei in genere ; ejus *objectum materiale, objectum formale, formale motivum,* et aliquo modo *proprietates :* libertatis et firmitatis (1).

Sed his præhabitis de actu fidei in genere et naturali, abstracte scilicet ab ordine supernaturali, jam oportet eadem considerare in actu Fidei divinæ supernaturalis in quo tum elementum objectivum, tum subjectivum est supernaturale : actus enim Fidei theologicæ ex integro supernaturalis est, quatenus et subjective omnes operationes subjecti credentis sunt supernaturales et objective supernaturaliter manifestatur objectum materiale et formale.

Ita *subjectum* est quidem intellectus, imperante voluntate, sed gratia Dei supernaturali utraque facultas saltem actu elevata, excitata et adjuta ; *objectum materiale* est ipsa veritas supernaturalis credita ; *formale,* eadem veritas seu Dei verbum *quatenus* supernaturaliter a Deo revelatum, et auctoritate Dei munitum ; *motivum formale* hæc ipsa Dei auctoritas ; præterea, certo cognitis tum revelatione tum auctoritate Dei, ipsum *judicium credibilitatis,* fidei theologicæ prævium, non sine viribus gratiæ elicitur ; et ipsum objectum formale supernaturali assensu implicito in ipso iterum assensu fidei accipitur ; tandem in hac fide divina specialiter proprietates etiam aliæ considerandæ sunt : *libertas, firmitas* et *infallibilitas.*

(Continuabitur).

(1) De his omnibus cf. diss. nostram *de Dubio solvendo,* n. 162 sqq.

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Decembris.

I

Explica IV Reg. V, 18, 19 : « *Hoc autem solum est, de quo deprecceris Dominum pro servo tuo, quando ingredietur Dominus meus templum Remmon, ut adoret: et illo innitente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re. Qui dixit ei: Vade in pace.* »

II

Expone quid intelligendum sit pœnà damni, et quo modo hæc cruciet damnatos tum quoad ipsam naturam cruciatus, tum quoad ejus intensitatem.

III

Objicitur. Non expedit vovere : etenim non expedit sponte sese exponere periculo gravium peccatorum, quod reapse facit qui per votum novam peccandi materiam sibi constituit ; nec sufficit aliquale meriti augmentum ex voto ad tale salutis æternæ periculum compensandum. — Responde.

IV

An et cur gravior est violatio voti quam violatio a) juramenti promissorii, b) præcepti divini aut humani circa eamdem materiam ?

V

Quousque possunt parentes irritare vota filiorum suorum ?

VI

Quelles sont les formalités prescrites par la loi pour la location des chaises de l'église ?

Responsa

ad quæstiones in conferentiis mensis Augusti-Septembris propositas

—

I

Q. Expone ad Ephes. II, 3 : *Eramus natura filii iræ, sicut et ceteri.*

R. Sensus est : *Eramus,* nos Judæo-christiani, *natura,* i. e. nativitate, *filii iræ,* i. e. obnoxii iræ, indignationi, vindictæ divinæ, *sicut et ceteri,* non secus ac Gentiles.

« Porro quoniam justa est ira Dei, manifeste jam consequens est ex hoc loco, omnes homines in peccato nasci ; non enim irascitur Deus nisi peccato » Estius.

Uberior explicatio : « *Filii iræ* hebraismus est, sicut *filius mortis* (2 Sam. 12, 5), *filius pacis* (Luc. 10, 6) : *homines iræ obnoxii,* iræ inquam *Dei,* secundum Rom. 2, 5, 8 ; 5, 9 ; 9, 22 *(vasa iræ) ;* Jo. 3, 36. Dicit autem non υἱοι sed τεκνα, quo clarius appareat nos in ipsa generatione tales fuisse. Demum φυσει rationem indicat qua tales simus effecti : *natura :* « Quomodo *natura,* ait Augustinus (in Jo. Tract. 44, 1), nisi quia peccante primo homine vitium pro natura inolevit. » In hac expositione consentiunt interpretes catholici et protestantes « orthodoxi » ; sed rationalistæ nonnulli, post Theophylactum, Œcumenium et Pseudo-Greg. Naz. (Significic. in Ezech.), φυσει adverbii loco habent sensu *omnino, vere,* secundum Gal. 4, 8 : *iis, qui natura non sunt dii, serviebatis,* τοις μη φυσει ουσι θεοις. At eis opponitur Gal. 2, 15 : *Nos natura* (φυσει) *Judæi ;* Rom. 2, 27 : *id quod ex natura* (εκ φυσεως) *est præputium ;* Rom. 2, 14 : *naturaliter* (φυσει) *ea quæ legis sunt faciunt ;*

et præterea diserta apostoli doctrina de peccato originali, Rom. 5, 12 » Corluy, *Spicileg.*, t. II, p. 262.

Quæstio hæc in primis vertitur in voce φυσει. Dicitur autem φυσει obtinere, id quod ipsa rei *essentia,* aut *nascentia* exsistit. Cum autem id quod sic exsistit, necessario ac naturaliter tale sit, inde φυσει adverbialiter usurpari potest ad significandum *prorsus, omnino.*

Jam verò manifestum est hic voce φυσει non significari : *essentia,* ac si homines, qua tales, proclamarentur peccato inquinati adeoque iræ divinæ obnoxii. Quominus autem vox φυσει hîc tantumdem valeat ac *prorsus, omnino,* obstat quod hæc significatio :

1. In S. Scriptura non obtinet, nisi fortasse bis, sc. Sap. XIII, 1 ; Gal. IV, 8 ; cum contrà, vocem φυσει in S. S. significare *ipsa nascentia* seu *nativitate,* nemo sit qui ambigat ;

2. Minus obvia longiusque quæsita est quam significatio *ipsa nativitate,* cum ex hac deducta sit ;

3. Contraria est sententiæ fere unanimi veterum Interpretum, necnon latinis codicibus, qui omnes vertunt, *naturâ :* ex quo argumentum ducit S. Augustinus *(contra Julian., l. VI, c. X, n. 33)* omnes eodem modo apostolicum testimonium intellexisse, neque vocem illam ambiguam dici posse.

4. Non multum ponderis obtinet ex eo quod in præcedentibus agitur de peccatis actualibus, quemadmodum arguit a Lapide ; etenim, ut verbis utamur Van Steenkiste, hic « prima causa status nostri peccaminosi indicatur. Nimirum peccatores sumus ex *natura,* a naturali nostra nativitate, adeoque per generationem ». Nimirum « Apostolus hæc scribit in persona Judæorum, quorum plerique jactabant se esse semen sanctum, utpote filios Abrahæ, sicut habemus *Matth. 3 et Joh.* 8. Gentiles verò, quòd ex parentibus idololatris essent progeniti, tamquam ex nativitate peccatores et immundos aspernabantur. Unde et illi cæco, quasi Gentili, maledicebant,

dicentes, *In peccatis natus es totus,* Joh. 9, utique reputantes sese non esse natos in peccatis. — Igitur ad hujusmodi fastum reprimendum, aptissime dicit in eorum persona Apostolus : *Eramus natura filii iræ, sicut et cæteri,* ubi supplendum ex superiori parte, signum universale *omnes ;* ut sensus sit : Et nos Judæi, perinde ut cæteri homines quos præ nobis contemnere solemus ob generis nostri sanctitatem, omnes eramus aliquando iræ divinæ obnoxii, et quidem ex ipsa nativitatis origine, qua naturam a parentibus accepimus » Estius.

G. V. D. P.

II

Q. Enuntiato dogmate Immaculatæ Conceptionis B. M. V., ipsum ex Gen. III, 14, 15 comproba.

R. I. Enuntiatio. Dogma Immaculatæ Conceptionis B. M. V. sequentibus verbis enuntiatur in Constitutione *Ineffabilis Deus* VI Idus Dec. 1854 : « Declaramus, pronunciamus et definimus doctrinam quæ tenet Beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suæ Conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpæ labe præservatam immunem esse a Deo revelatam. »

Quæ verba si attente spectentur et si notetur expressionem *in primo instanti conceptionis* significare primum ipsum instans creationis et infusionis animæ rationalis, quodvis demum istud instans sit, clare in quo dogma consistit enuntiabunt.

II. Comprobatio ex verbis Geneseos III, 14, 15 : « Et ait Dominus Deus ad serpentem : quia fecisti hoc... inimicitias ponam inter te et mulierem, semen tuum et semen illius. »

1. Expositio textus.

Inimicitias (hebraico textu : inimicitiam). In textu

hebraico vocabulum adhibetur quod in Scripturis usurpatur de solis inimicitiis eorum qui ratione præditi sunt. Apte omnino vox h. l. adhibetur de inimicitiis cum eo serpente qui modo erat locutus atque ita latentis in se rationis indicia dederat. Latens autem ratio est diabolus qui, ut tentaret, serpente tamquam instrumento usus erat.

Ponam vel pono actione continua. Dicit itaque Deus se inimicitiam inter serpentem et mulierem et inter utriusque semen per se ipsum procuraturum.

inter te : h. e. serpentem illum qui locutus erat, qui tentaverat Evam et qui formaliter ut tentator punitur a Deo : « Quia fecisti hoc... »

et mulierem (in textu hebraico, cum articulo : *la* femme). Quænam est mulier hic significata ? Multi exegetæ asserunt sensu litterali non aliam designari mulierem quam Evam : illam scilicet mulierem quæ tum in præcedentibus versiculis tum in sequentibus significatur. Alii vero affirmant designari hoc loco directe B. M. V. matrem Christi. Quæstio certe difficillima est. Ultimam tamen sententiam censemus veram, et potissimum propter rationem sequentem, quæ, modo aliquantisper diverso, exponitur a cl. Palmieri (De Deo creante et elevante, Thes. LXXXVII). Consentiunt interpretes his verbis Geneseos contineri promissionem reparationis naturæ humanæ lapsæ per peccatum. Hæc autem reparatio seu redemptio exhibetur hîc sub notione victoriæ absolutæ et perfectæ de diabolo referendæ. Opus autem hoc conterendi caput serpentis, seu ejus vim et potentiam destruendi eumque foras ejiciendi ex mundo, abolendique regnum peccati, proprium est Christi qui sua passione et morte hoc perfecit, solusque perficere potuit. Igitur semen mulieris est solus Christus. — Ex his vero sequitur mulierem non esse Evam aut aliam mediatam progenitricem Christi, sed solam Mariam. Etenim hîc prænuntiatur Salvator futurus. Jamvero, licet opus non esset ut sub

distinctissimo conceptu exhiberetur qui ad posteriores ætates potius spectabat, oportebat tamen sub tali notione eumdem proponi qua distingueretur a cæteris et in qua cæteræ clariores notitiæ virtute continerentur: Atqui notio sub qua Christus repræsentatur non est nisi hæc : *semen mulieris*. Id vero si accipis generico quodam sensu, ut sit filius alicujus mulieris, ex ea naturaliter ortus, nihil habes determinati. Contra, habes notionem subjecti sub ratione determinata, si accipis hæc verba *semen mulieris* hoc sensu, quod intelligatur filius alicujus mulieris *specialiter* intentæ. Hæc autem specialis ratio hic erit vel quod Salvator erit filius *solius* mulieris, vel quod Salvator ideo dicitur semen mulieris quia immediate ab ipsa ortum ducit, seu quia ipsa est mater ejus immediata. Ergo mulier hic intenta est B. M. V.

2. Comprobatio. Circa probationes ex Scriptura Sacra desumptas, bene notanda sunt sequentia :

a) Fieri potest ut unus Scripturæ textus rite intellectus vel plures simul collati, sensu suo litterali nobis exhibeant aliquod dogma : tunc illa veritas ut revelata *demonstrabitur* quoad nos ex solis Scripturæ verbis.

b) Fieri potest ut Ecclesiæ Patres unanimi consensu vel definitio dogmatica doceant in loco aliquo Scripturæ *contineri* talem veritatem, quamvis sola Scripturæ verba non satis sint clara ut nos, cum certitudine saltem, ex iis talem veritatem cognoscere possimus : hæc veritas iterum erit revelata sed demonstratio illius ut revelatæ non fiet quoad nos ex solo Scripturæ textu.

c) Fieri potest ut quamvis desideretur authentica alicujus loci Scripturæ interpretatio, inspecta tamen doctrina Ecclesiæ, possimus rite ratiocinando concludere sive cum probabilitate sive cum certitudine aliquam determinatam veritatem in aliquo loco Scripturæ enuntiari.

Hoc ultimum respectu propositæ quæstionis defen-

dimus, scilicet : vehementissime suadetur iis verbis Geneseos : « Inimicitias ponam... » immaculatum Conceptum Virginis fuisse prænuntiatum.

Etenim Deus hic dicit se ipsum constituturum statum inimicitiæ inter diabolum quà tentatorem seu auctorem peccati ex una parte, et Matrem Christi ex altera. — Ille novus status specialis inimicitiæ determinatur ex hoc quod illæ inimicitiæ Mariæ cum diabolo sunt illæ *ipsissimæ* (Const. dogm. Pii IX) inimicitiæ quas Christus cum diabolo gerit. Sane in textu originali non plurali numero sed singulari habetur vox « *inimicitiam* », eademque numero de utroque subjecto mulieri et semine ejus prædicatur. Inimicitia autem Christi cum diabolo est illa oppositio absoluta quæ est inter *peccatorem* et absolute sanctum. Ergo illa inimicitia inter diabolum et B. M. V. non alia erat nisi hæc quæ excludit omnem societatem cum diabolo, omneque peccatum ac nominatim originale, et hoc toto tempore existentiæ Mariæ, ideoque ab ipso initio, ita ut in primo instanti suæ conceptionis fuerit B. M. V. ab omni originalis culpæ labe præservata immunis.

III

Q. An et quanta est obligatio reparandi damnum injuste illatum cum culpa veniali ?

R. Non agitur hic de obligatione quæ ex culpa juridica seu ex lege civili, aut ex contractu et quasi-contractu oriri potest, comitante quadam culpa theologica veniali ; sed agitur de obligatione reparandi damnum illatum quæ præcise ex culpa theologica veniali oritur.

Jamvero 1) damnum leve, illatum injuste cum culpa levi, sub levi reparandum est.

2) Quoad damnum grave illatum cum culpa levi, distinguimus. a) Si culpa est levis ex defectu cujusdam elementi ad gravem injuriam requisiti : nihil est restituendum sub gravi, quum deficiat injuria gravis ; imo

probabilius nihil sub levi, « quia, ait S. Alphonsus, l. III, n. 552, culpa venialis ex indeliberatione non est simpliciter delictum et injuria, et ideo non potest parere obligationem restitutionis ; sicut ex contractu, ubi non adfuit consensus plene deliberatus, non oritur obligatio ; et sicut etiam non obligat votum emissum sine plena deliberatione. Actus igitur non perfecte deliberatus nequit esse causa perfectæ obligationis » Ita, si quis subita ira percitus sine plena deliberatione damnum infert ; aut si famulus veniali negligentia relinquit apertam januam, qua ingressi fures totam domum exhauriunt. — b) Si vero, in casu rariori, culpa, de se gravis, levis fit tantum ex erronea conscientia agentis : totum est restituendum sub levi, quamdiu error perdurat ; post errorem detectum, videtur sub gravi restituendum : nam, ut ait Ill^s ac Rev^s Waffelaert, *de justit.* II, n. 266, « quando actu perfecto aliquod damnum determinate cognitum injuste quis infert, nihil obstat quin perfecte obligetur ad illud idem damnum reparandum ; sed sicut conscientia erronea excusat a peccato gravi, ita ab obligatione restituendi gravi respondente excusabit, quamdiu error perdurat ; cessante vero errore, licet peccatum jam transactum non possit grave fieri, obligatio tamen adhuc subsistens restituendi, sublato errore, incipit gravis esse, sicut grave fuisset peccatum, si ante peccatum patratum cessasset error. » Ita si quis sciens volensque infert diviti damnum 50 francorum, bona fide putans talem damnificationem non esse gravem.

In his secluditur casus omnino diversus quo quis errat invincibiliter circa quantitatem damni quod infert : puta, si quis surripit ac comburit librum, invincibiliter ignorans schedulam bancariam inter paginas recondi. Tunc enim habetur perfecta injuria, gravis vel levis, quoad valorem cognitum ; nulla vero injuria, sed damnificatio materialiter tantum injusta, quoad reliquam partem.

O. E. D.

IV

Q. Quousque tenetur quis reparare damnum per sua animalia, suos pueros, famulos, alumnos illatum ?

R. 1) Ex jure naturali. Quoad animalia : quando dominus cum culpa theologica neglexit ipsis invigilare, ad reparationem tenetur, ex obligatione strictæ justitiæ cavendi ne mediate per res suas, perinde ac directe per propriam actionem, cæteris damnum inferat. Idem dicendum de parentibus quoad pueros rationis usu carentes. Quoad reliquos pueros, atque alumnos, parentes et magistri non videntur teneri ex stricta justitia ad impediendum damnum a pueris sive alumnis tertio illatum ; nisi tamen approbando damnificationi positive cooperentur. Igitur, quamvis sua negligentia graviter contra pietatem aut caritatem peccare possint, deficit obligatio restitutionis. Idem valet de hero quoad famulos, si ex contractu, expresse vel tacite, non suscepit obligationem eorum damnificationes præcavendi.

2) At præterea ex jure civili, absente culpa theologica, ob culpam mere juridicam præfati ad reparationem damni tenentur juxta a. 1384 sq. Scilicet quoad animalia statuitur : « Le propriétaire d'un animal, ou celui qui s'en sert, pendant qu'il est à son usage, est responsable du dommage que l'animal a causé, soit que l'animal fût sous sa garde, soit qu'il fût égaré ou échappé (a. 1385). » Quoad pueros, famulos, alumnos, et alios quosdam subditos edicitur : « Le père, et la mère après le décès du mari, sont responsables du dommage causé par leurs enfants mineurs habitant avec eux ; — les maîtres et les commettants, du dommage causé par leurs domestiques et préposés dans les fonctions auxquelles ils les ont employés ; — les instituteurs et les artisans, du dommage causé par leurs élèves et apprentis pendant le temps qu'ils sont sous leur surveillance.

La responsabilité ci-dessus a lieu, à moins que les père et mère, instituteurs et artisans, ne prouvent qu'ils

n'ont pu empêcher le fait qui donne lieu à cette responsabilité (a. 1384). »

« Nota in art. 1384 non dici herum et mandantem (le commettant) excusari si probare queunt se damnum impedire haud potuisse, uti id dicitur de patre, matre, institutore et artifice. — Ad art. 1385 nota eum non applicari casui quo damnum passus fuerit ipse in culpa, v. g. lacessendo animal. » Theol. Mechl. *de jure et just.* n. 27, q. 3.

Hæ dispositiones, absente culpa theologica, obligant ex justitia legali seu obedientia legibus debita, at nonnisi post sententiam judicis. Cfr. Ill^s ac Rev^s Waffelaert, II, n. 272.

O. E. D.

V

Q. Quid est et quandonam generatim intervenit obligatio restituendi in solidum ?

R. I. Obligatio restituendi in solidum est onus incumbens singulis cooperatoribus in defectu cæterorum reparandi integrum damnum illatum : salvo recursu pro toto erga cooperatores superioris ordinis, aut pro rata parte erga cooperatores ejusdem ordinis. — Ordines autem cooperantium ita statuuntur : primo loco tenetur, si quis sit, *mandans* (sive plures mandantes simul) ; secundo loco *executor* principalis (sive iterum plures principales executores simul) ; tertio loco cæteri *cooperatores positivi* simul ; quarto loco *cooperatores negativi* simul. Quodsi non de simplici damnificatione sed de re accepta agatur, ante hos omnes tenetur rei alienæ, in propria specie vel in æquivalenti, detentor sive formaliter sive materialiter injustus.

II. Ista obligatio intervenit A) inter damnificatores *diversi ordinis.* Quilibet enim ordo, ut diximus, tenetur ad totum in defectu ordinis superioris, salvo recursu pro toto erga hunc ordinem.

B) Inter damnificatores *ejusdem ordinis,* quoties influxus singulorum fuit totalis. Jamvero totalis est influxus 1° in *cooperatione positiva,* quando singulorum actiones coeunt in unam causalitatem integrum damnum produducentem : quod accidit a) quando *ex conspiratione* istud damnum inferunt, puta segetem vastant, domum incendunt. b) Quando singulorum actio ad damnum inferendum *necessaria est,* ita ut uno deficiente damnum non fuisset illatum. c) Quando singulorum actio, quamvis non necessaria, *est tamen sufficiens causa totius damni.* Ita, in ordine morali, si duo consulentes ad injuriam inducunt aliquem qui ex alterutrius consilio jam satis moveretur ; in ordine physico, si duorum (quamvis non conspirantium) ictu vel impulsu confringitur res aliena, quæ alterutrius actione fracta fuisset. Contra, « qui, aliis ignes ædificio subjicientibus, movetur, ut ipse etiam in ejusdem ædificii partem ignem conjiciat: non tenetur in solidum, tenetur tamen ad suam partem. Nam 1) non tenetur in solidum, quia licet ignes ab ipso suppositi suffecissent ad totam domum comburendam, tamen re vera non sufficiebant, quum invenirent domûs partes aliquas jam ignibus consumptas ; 2) tenetur vero ad partem, quia etsi incendium ab aliis excitatum satis fuisset ad totum damnum, tamen re ipsa flamma ab ipso excitata partem domûs consumpsit : nisi forte incendium ab aliis excitatum jam adeo in flammas eruperat, ut certo certius de tota domo jam actum esset; tunc enim ignis denuo appositus rem in morali æstimatione nullius amplius valoris destruxit, atque ita efficaciter damnificans actio non fuit. » Lehmkuhl, I, n. 1017.

2° *In cooperatione negativa,* censetur influxus totalis, quando unusquisque totum damnum præcavere debebat.

Quando damnificatores ejusdem ordinis tenentur in solidum, manet restituenti recursus erga reliquos pro parte quam ipsorum loco restituit.

O. E. D.

VI

Q. La fabrique peut-elle, sans autorisation préalable, acheter ou vendre des meubles d'église ou des fonds publics ?

R. Cette question est complexe, et pour la résoudre il y a lieu de faire plusieurs distinctions. Nous parlerons d'abord de l'ACHAT, et puis de la VENTE tant des *meubles d'église* que des *fonds publics*.

I. ACHAT.

1° En général l'acquisition des *meubles d'église* n'est soumise à aucune autorisation préalable. Il suffit que les crédits destinés à cet objet soient portés au budget de la fabrique ; et il appartient au bureau des marguilliers de dépenser, dans les limites du budget dûment approuvé, les sommes votées par le conseil pour l'achat des objets mobiliers nécessaires à l'exercice du culte. Art. 12, 27, 37 et 45 du décret du 30 Décembre 1809.

Il est toutefois une exception à cette règle. La jurisprudence gouvernementale, étendant outre mesure la portée de l'article 2 de l'arrêté royal du 16 Août 1824, soumet à l'autorisation préalable du Roi l'acquisition des meubles placés dans les édifices du culte à perpétuelle demeure, tels que confessionnaux, orgues, cloches, etc. (circ. min. du 12 Sept. 1881 et du 15 Mai 1885), et même « des objets mobiliers, de grande dimension, non attachés à perpétuelle demeure, qui sont de nature à changer l'ordonnance architecturale des églises, tels que statues, tableaux, draperies, etc. » Circ. min. du 31 Mars 1894 (1).

---

(1) Cette interprétation extensive de l'arrêté royal de 1824 ne saurait se justifier. Voir *Mém. belge*, 1882, p. 251 ; De Brabandere, *Comp. jur. can.*, n. 1087 ; Moulart, *Des fabriq. d'égl.*, 8me édit., p. 498. Cependant le Gouvernement tend plutôt à en exagérer encore la portée ; récemment un arrêté royal en date du 30 Juin 1897 (*Monit.*, p. 2818) a autorisé le placement de *candélabres* dans l'église de Sainte-Anne, à Gand ! A quand l'arrêté royal autorisant le placement des cierges ?

Il importe aussi de ne pas perdre de vue la prescription suivante de l'Evêque de Bruges : « *Si quando nova pictura aut sculptura in templo collocanda sit, prius exemplar illius Nobis vel Decano districtus exhibeatur, quam pictor aut sculptor manum operi admoveat* ». Stat. diœc. Brug., p. 182.

2° Aux termes de l'article 63 du décret de 1809, « Les deniers provenant de donations ou legs, dont l'emploi ne serait pas déterminé par la fondation, les remboursements de rentes, le prix de ventes ou soultes d'échanges, les revenus excédant l'acquit des charges ordinaires, seront employés dans les formes déterminées par l'Avis du Conseil d'Etat approuvé par Nous le 21 Décembre 1808 ».

Or, l'Avis cité porte que « l'emploi des capitaux *en rentes sur l'Etat* n'a pas besoin d'être autorisé » ; mais cette décision a été modifiée par un décret du 16 Juillet 1810, dont les dispositions ont été changées à leur tour par l'arrêté royal du 1er Juillet 1816, aux termes duquel les Etats Provinciaux (actuellement les Députations permanentes) sont autorisés, après avoir pris l'avis des administrations communales, « à statuer sur les demandes en autorisation de *placement de fonds* qui pourront leur être faites » par les fabriques. Aussi les auteurs enseignent-ils communément que tout placement de fonds, tout emploi de capitaux, même en rentes sur l'Etat, doit être préalablement autorisé par la Députation permanente, le conseil communal et l'Evèque entendus (1).

Cependant, d'après la jurisprudence administrative en vigueur, « *il n'est pas besoin d'autorisation pour placer*

(1) Voir p. ex., Versluysen, *Handboek der kerkfabrieken*, p. 75 ; Brixhe, V° *Acquisition* ; Pandectes belges, V° *Fab. d'église*, n°s 216, 247 et 248 ; Leroy, *Instruct. pratiq.*, p. 199 ; Moulart, *ouv. cité*, p. 572 ; Giron, *Dict. du droit adm.*, V° Fabriques d'église, n° 44 ; de Corswarem, *Uitlegging der wetten over de kerkfabrieken*, n° 319 ; Orban, *Droit adm. notarial*, n° 325bis.

des capitaux en rentes sur l'Etat (Avis du Conseil d'Etat du 21 Décembre 1808) ». Circ. minist. du 15 Mai 1885. « L'autorisation prévue par l'arrêté royal du 1er Juillet 1816 *n'est pas requise lorsqu'il s'agit de placement en fonds belges* ». Dépêche minist. du 4 Déc. 1885 *(Mémor. admin. de la Prov. de la Fl. Occ., an. 1886, partie génér., p. 420)*. Il suffit que le susdit emploi soit délibéré par le conseil de fabrique et fasse l'objet d'une allocation au budget dûment approuvé par les autorités compétentes.

Le même principe est applicable en ce qui concerne les bureaux de bienfaisance et les commissions d'hospices. Dépêche minist. du 23 Juin 1886 *(Mémor. admin., an. 1886, partie génér., p. 426)*. (1)

II. Vente.

1° En ce qui concerne les *meubles d'égiise,* il y a lieu de distinguer :

a) La vente des meubles *précieux* (2) ne peut être

(1) « Le trésorier ne peut convertir les capitaux provenant de ventes d'immeubles ou d'arbres, de remboursement de rentes, de dons ou legs, de fonds de réserve, etc., qu'en *inscriptions nominatives* de rentes sur l'Etat... ou en actions du crédit communal... Le trésorier ne peut, sous aucun prétexte, conserver des titres au porteur des dettes de l'Etat.

« Les capitaux peuvent aussi être placés à la Caisse d'épargne ». Circ. min. du 15 Mai 1885. Comp. dépêche minist. du 6 Nov. 1888 *(Mémor. admin. an. 1889; part. gén., p. 184)*.

La règle, en vertu de laquelle les fabriques d'église peuvent placer leurs fonds disponibles en rentes sur l'Etat sans justifier de l'autorisation de la Députation permanente, est applicable aux placements en actions du Crédit communal ou à la Caisse d'épargne.

« Les placements *sur hypothèque* peuvent être *autorisés*... Les fabriques qui posséderaient des capitaux prêtés sur simples billets à des particuliers, des notaires ou des banques, doivent en réclamer le remboursement dans le plus bref délai possible, à peine d'engager la responsabilité personnelle du trésorier ou des membres du bureau des marguilliers ». Circ. min. du 15 Mai 1885.

(2) Sous le nom de meubles *précieux,* on doit comprendre les objets qui font partie du trésor de l'église, tout ce qui est remarquable par l'art, la rareté, le prix, l'antiquité, comme des vases d'or et d'argent, des ornements précieux, des tapis de grand prix, des reliques insignes ou des images vénérées, une bibliothèque considérable et autres choses semblables. Leroy, *ouv. cité*, p. 220.

faite sans l'assentiment de l'autorité ecclésiastique. Constit. *Ambitiosæ* de Paul II et Constit. *Apostolicæ Sedis,* tit. IV, art. 3. Comp. De Brabandere, *Comp. jur. can.,* n. 951 ss.

b) Les fabriques ne peuvent, sans l'autorisation du Roi, « aliéner des *objets d'art* ou *monuments historiques* (1) placés dans les églises, de quelque nature qu'ils soient, ou en disposer en aucune manière, à moins qu'ils ne soient la propriété de particuliers ou de sociétés particulières ». Art. 5 de l'arr. roy. du 16 Août 1824. Voir circ. min. du 30 Avril 1883 et du 27 Mars 1896 (*Collationes,* II, p. 350).

Les statuts du diocèse de Bruges exigent en outre la permission de l'Evêque. *Statuta,* p. 182 ; *Collect. epist. pastoral.,* T. VI, p. 55 ss. — Voir ci-dessus *sub* a).

c) Quant aux *meubles ordinaires* qui ne présentent aucun intérêt particulier, ni par leur forme, ni par leur antiquité, ni par leur valeur intrinsèque, les fabriques peuvent, sans aucune autorisation, les revendre lorsqu'ils sont hors d'usage. C'est là un acte de simple administration ; il est indispensable que les fabriques puissent supprimer les objets usés ou sans utilité, et les remplacer par des objets nouveaux. En conséquence le bureau des marguilliers peut, moyennant l'approbation du conseil, vendre ou échanger des bancs, des chaises, des linges, des candélabres usés, des encensoirs détériores, des vases sacrés, des ornements, etc. n'offrant aucun caractère artistique ou historique (2).

---

(1) Tels sont, par exemple, une châsse remarquable, une chaire de vérité monumentale, un tableau de valeur, une belle verrière, des broderies, des stalles artistiquement sculptées, des pierres sépulcrales ou des mausolées offrant un intérêt artistique ou historique, etc.

(2) Voir *Mém. belge,* III, p. 695 ; Affre, *Traité de l'admin. temp. des paroisses,* p. 140 ; *Revue des fabriques,* II, p. 99 ss. ; Brixhe, V° *Aliénation ;* Moulart, *ouv. cité,* p. 558 ; Leroy, *ouv. cité,* p. 221 ; Giron, *l. c.,* n° 39 ; Pandectes belges, *l. c.,* n° 1069 ; Orban, *ouv. cité,* n°s 328 et 329 ; Dijon, *Guide pratique des trésoriers,* p. 20.

Il en serait autrement, d'après certains auteurs (1), s'il s'agissait d'une vente assez importante pour se faire aux enchères publiques ; en ce cas la fabrique devrait être autorisée par la Députation permanente conformément à l'arrêté royal du 1er Juillet 1816.

2° Les fabriques ne peuvent aliéner *des fonds publics* ou des rentes inscrites au Grand livre de la dette publique, sans y être autorisées préalablement par arrêté royal. Arr. roy. du 1er Juillet 1816 ; art. 34 de l'arr. roy. du 11 Oct. 1875 ; circ. min. du 15 Mai 1885.

La délibération du conseil de fabrique prise à l'effet d'obtenir l'autorisation de vendre des fonds publics doit être envoyée à l'Evêque avant d'être soumise à l'avis du conseil communal.

C. V. C.

Evangelia dominicarum

DOM. III ADVENTUS.

Joannis Baptistæ de Christo testimonium. Jo. I, 19-28.

Te dien tijde 19. zonden de Joden uit Jerusalem priesters en Levieten tot Joannes, om hem te vragen : Wie zijt gij ? 20. En hij beleed en loochende het niet ; en hij beleed : Ik, 'k en ben de Christus niet. 21. En zij vroegen hem : Wat dan ? Zijt gij Elias ? En hij zei : 'k En ben het niet. Zijt gij de Profeet ? En hij antwoordde : Neen ! 22. Zij zeiden dan tot hem : Wie zijt gij ? opdat wij antwoord geven mogen aan die ons gezonden hebben : wat zegt gij van u zelven ? 23. Hij zei : Ik ben de stem eens roependen in de woestijne :

(1) Voir p. ex. de Corswarem, *ouv. cité*, n° 298 ; Brixhe, Pandectes belges, Orban, *ll. cc.*

Maakt den weg des Heeren recht! gelijk Isaias de Profeet gezeid heeft. 24. En de afgezondenen waren uit de Pharizeërs. 25. En zij vroegen hem en zeiden tot hem: Wat doopt gij dan, indien gij de Christus niet en zijt, noch Elias, noch de Profeet? 26. Joannes antwoordde hun, zeggende: Ik doop ik met water; maar hij staat midden onder ulieden, dien gij niet en kent. 27. 't Is hij, die na mij komen zal, die vóór mij geworden is, wiens schoenriem ik niet weerdig en ben te ontbinden. 28. Deze dingen zijn geschied te Bethanië over den Jordaan, waar Joannes doopende was.

* * *

Notationes.

19. *Miserunt Judæi...* « Itaque sive legatos ipsos, sive eos a quibus mittuntur, a tota nimirum Judæorum Synagoga, sive locum unde mittuntur, sive personam Joannis ad quam mittuntur, sive negotium cujus causa mittuntur, consideres, omnia efficiunt gravissimam legationem, eoque gravius Joannis de Christo testimonium » Maldon. — « Proinde sicut excellentia et mittentium et missorum, ostendit in quanta auctoritate fuerit apud Judæos Joannes: ita testimonium Joannis coram talibus legatis a populo Judaico missis redditum de Christo, factum est celebrius, Domino negotium hoc ita dispensante, partim in gloriam Filii sui, partim ne haberent Judæi quod prætexerent suæ incredulitati, et impietati in Christum commissæ » Jans. Gand.

Tu quis es? munere scilicet et officio « quid muneris ipse a Deo accepisset, cujus ratione populum ad se attraheret et doceret et baptizaret, nulla ab ipsis accepta auctoritate, quibus proprie incumbebat populi doctrina et regimen. Occasio hujus legationis fuisse videtur, quòd complures ex ipso senatu, unà cum *populo, cogitarent in cordibus suis de Johanne, ne forte ipse esset*

Christus, Luc. 3, v. 15 ; aut si non Christus, certe præcursor aut comes Christi : eò quòd multis argumentis cognoscerent, promissum adventùs Christi tempus aut adesse aut imminere ; (quæ et vulgi tunc erat opinio, exemplo sit mulier Samaritana, infra 4. v. 25) neque nescirent, baptismum Messiæ tempore populo administrandum in remissionem peccatorum, ex Ezech. 36, v. 25. et Zach. 13. v. 1. Erectis igitur Messiæ exspectatione omnium animis, cum Johannes repente atque ex insperato prodiret, et sanctitatis opinione prædicatione-que ac baptismo inclaresceret : cœperunt Judæorum principes unà cum populo subdubitare, an ipse esset, vel Christus, vel eorum aliquis, quos sacræ Litteræ promittunt socios Christo fore ; itaque ne in officio suo torpere viderentur, legatos ad ipsum mittere, ut ex ipsomet intelligerent, quid muneris a Deo accepisset » Luc. Brug.

20. *Et confessus est,et non negavit* « et non retractavit. Familiare Hebræis est, affirmando simul et negando rem eamdem enunciare, majoris confirmationis gratia. *Et confessus est : quia non sum ego Christus.* Pleonasmus iste et repetitio verborum eò pertinet, ut significetur Johannes constantissime negasse se esse Christum, incunctanter, libere, diserte, et sine ambiguitate, palàm confessus et testatus esse, se Christum non esse, nec id modestiæ causa dumtaxat, sed omnino asserendæ veritatis, re eadem pluries et aliis atque aliis verbis repetita... Notatur Johannis animus ab omni arrogantia et vano sui ipsius blandimento alienissimus, diligentiaque in removendo a se, præclara quidem, sed non vera opinione, contemta fortissimo animo falsi nominis gloria : quam tamen de se opinionem, non tam interrogantium esse credebat, quam sciebat esse populi. *Hoc fidelis servi officium* est, inquit Chrysostomus, *non solùm Domini sui gloriam non aucupari, sed et a multitudine tributam propulsare ;* et *prudentis, malle,* quod D. Gregorius

habet, *solide subsistere in se, quam humana opinione rapi inaniter super se* » Luc. Brug.

21. *Elias es tu ?* « Postquam negaverat se Christum esse, rogant an sit Elias, quia sententia Scribarum erat, *quod Eliam oporteat primùm venire,* antequam veniat Christus, quod testantur Apostoli Petrus et filii Zebedæi, Matth. 17 v. 10. Quam sententiam Scribæ hauserant ex Propheta Malachia, quod de posteriori Christi adventu ille prædixerat, ad priorem trahentes. Rogant igitur an sit Elias. Forte Elias es tu, qui Christum proxime præcedere habet, juxta vaticinium Malac. 4, v. 5 : *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis.* Respondet Johannes quòd *non,* et recte. Non erat Elias Thesbites, ille qui e terra curru igneo sublatus, ad hoc servatur ut proxime præcedat horribilem posterioris Messiæ adventûs diem, quod eo loco Propheta promittit. Cæterùm Johannes humilem prioris adventûs Messiæ diem *præcedebat in spiritu et virtute Eliæ,* prout Angelus prædixerat Luc. 1, v. 17 ; et ob hanc causam, Messias ipse eum vocat Eliam. Matth. 17, v. 12. Sed ut non erat Johannis hoc de seipso prædicare, ita respondendum ipsi erat ad mentem interrogantium. Observandus autem fuerat scribis et alter Messiæ præcursor, a Malachia paulo ante prædictus cap. 3, v. 1 : *Ecce ego mitto Angelum meum, et præparabit viam ante faciem meam,* qui haud dubium Johannes Baptista erat, ut alter capitis quarti subsequentis, Elias Thesbites » Luc. Brug.

Propheta es tu ? ὁ προφήτης, ille nimirum propheta quem Moyses promittit Deut XVIII, 15, 18. « Nam quamquam Propheta iste non alius intelligendus sit quam Christus, Judæorum tamen error erat, non Christum esse, sed Christi comitem. Existimabant enim, ut Eliam præcursorem, ita insignem aliquem Prophetam, sive recenter excitatum, sive ex antiquis

redivivum, Christo comitem fore ; non enim decere Christum Regem, Prophetæ sive doctoris per se munus obire... Ille verissime respondit quòd *non ; quia percontantium animum inspexit,* ait Chrysostomus, *negans, non se Prophetam esse, sed Prophetam illum esse* » Luc. Brug.

23. *Ait : Ego vox clamantis in deserto : Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta.* « Ne videretur, hoc ipsum quod se esse dicebat, humana auctoritate sibi arrogare, profert Isaiam, *auctoritate Prophetica ministerium sibi commissum exponens,* quod ait Cyrillus. Porro cum dicere potuisset disertis verbis, se Christi prodromum esse, præconem, prænuncium, adeoque, propositâ Malachiæ prophetiâ, Angelum, mavult allatâ Isaiæ prophetiâ vocem clamantis se dicere, omnibus illis quos legati memoraverant honorificentissimis titulis, ut se ipse deprimeret, humilem hunc opponens : quo tamen ita satisfacit quæstioni quis sit, ut clare significet, et se præcursorem ac præconem Christi esse, et Christum ipsum esse propinquum... Sic autem eos docet præconem se esse Christi Domini proximi, ut oblique moneat eos, præparare animos in illius adventum, ita ut salutifer ipsis adveniat » Luc. Brug.

24. *Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis,* i. e. ex secta Pharisæorum. « Voluit hoc additum Evangelista, ut mitigaret arrogans illud quod sequitur responsum, temerè carpentium viri sancti gesta. q. d. Nihil mirum, Pharisæi fuerunt à quibus responsum illud profectum fuit, homines nimirum, Legis peritia, vitæque sanctitate, quam præ se ferebant, nec non magistratu quem gerebant, inflati, cæterosque præ se contemnentes... Horum igitur arrogantiam, quam ut ex Evangeliis notissimam ponit, cum invidia conjunctam, insinuat causam fuisse propositæ Johanni ejus quæ sequitur quæstionis, studio reprehendendi, *non cognoscendæ veritatis,* quod ait Beda : quasi non tam jussu concilii a quo missi fuerant, quam propria sponte affectuque privato, sic aggressi sint virum

sanctum, rati ac læti se nactos carpendi deprimendique occasionem, cujus gloriæ invidebant » Luc. Brug.

25. *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?* « Judæi baptismum aquæ in remissionem peccatorum temporibus Messiæ futurum ex prophetiis Ezechielis (XXXVI, 25) et Zachariæ (XIII, 1) exspectabant. Jamvero Joannes, qui aperte profitebatur se neque Messiam esse, neque Eliam, neque Prophetam illum, quem Messiæ comitem fore in animum suum induxerant, baptismum pœnitentiæ palam prædicabat atque ministrabat. Hinc illum superbe rogant quare (τι), seu quo jure, ipse sibi arroget ut populum baptizet : quod nemo vel veterum prophetarum sibi licere arbitratus erat » Liagre.

26, 27. *Respondit eis Joannes...* « Arroganter, etsi legitime, interrogantibus modeste et apposite respondet, significans se baptizare quidem, tamquam præcursorem Messiæ jam inter illos conversantis, sed aqua tantum : quo addito subindicat hunc baptismum non esse nisi præparationem et quasi aditum ad præstantiorem alterum, a Messia ministrandum. Sensus est : Ego quidem aqua baptizo : inter vos autem jam adest quem vos nondum agnoscitis. Ipse est qui me brevi excipiet, officii munus a me inchoatum perfecturus : qui dignitate et virtute me præcellit, adeo ut dignus non sim qui vel infimum ministerium illi exhibeam » Liagre.

« Quantum ab aliis elevabatur, dum Christus esse putaretur : tantum se ipse deprimit, et Christo postponit. Atque omnino egregie absolvit responsum suum. Legati ante omnia rogaverant an esset Christus : ipse concludit : *ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti* » Luc. Brug.

28. *Hæc in Bethania facta sunt...* « Nominavit Evangelista locum, partim ob historiæ certitudinem, partim ut sicut a personis requirentium commendaverat Baptistæ testimonium, ita commendaret et a loco, quod loco

celebri et frequenti datum fuerit, coram multitudine populi, qui magno numero illuc convenerat, et ad baptismum petendum, et ad trajiciendum flumen » Luc. Brug.

Conclusio.

« Animadvertendum autem in his omnibus, idque in exemplum nostrum, quanta fuerit Joannis in prædicanda veritate constantia et libertas, quanta humilitas, quanta denique in respondendo non solum prudentia, sed etiam mansuetudo. Nihil enim asperum his legatis respondit, quamvis insolentes essent, et increpare viderentur ejus baptismum, cujus rationem ex Isaiæ testimonio intellexisse oportuit : sed veritatem ipsam modeste non dedignatur aperire etiam his qui non simplici animo rogaverunt, idque tum nomine eorum a quibus missi erant, tum eorum causa qui ex populi multitudine tunc aderant auditores, docens etiam impiis aliquando veritatem aperiendam, cum ita aliorum stantium postulat utilitas » Jans. Gand.

G. V. D. P.

Jurisprudence administrative

De l'usage des cloches et des clochers des églises

(Voir les *Collationes,* II, 529).

I

II. Questions connexes.

1° Si l'autorité locale n'a pas en général le droit de se servir des cloches affectées au service du culte, *n'a-t-elle pas au moins celui de placer, dans la tour de l'église, une cloche non bénite dont elle disposerait librement pour les sonneries civiles ?*

Nous croyons que la commune n'a pas ce droit, et que la fabrique ne pourrait pas même le lui permettre sans l'agrément de l'autorité religieuse. En effet « les églises sont grevées au profit du culte, d'une affectation spéciale et permanente qui s'oppose à ce que les communes, même lorsqu'elles sont propriétaires de ces édifices, en disposent pour un usage quelconque sans y être autorisées par la loi » ; et « cette affectation s'étend aux accessoires et aux dépendances des églises, partant aux clochers » (arr. roy. du 13 Juin 1896). En outre, comme nous l'avons vu, le droit de police du curé, dépositaire et surveillant responsable de tous les objets renfermés dans l'église, s'oppose à ce qu'il soit loisible aux agents de l'autorité locale d'entrer selon leur bon plaisir dans l'église ou ses dépendances. Voir Herman d'Eprave, *Mém. belge,* I, 574; Daris, *Mém. belge,* 1871, p. 249 ss. ; Lauwers, *Des cloches,* p. 33.

2° *La commune a-t-elle le droit de placer une horloge dans le clocher de l'église — et de nommer le serviteur chargé de la remonter et de la diriger ?*

La Cour de Gand, dans son arrêt du 21 Mai 1884, a décidé « que la commune puise dans son droit de propriété de l'église et de ses dépendances... le droit de placer, de diriger et d'entretenir exclusivement à ses frais une horloge dans le clocher ».

Comme on le voit, cette décision n'est pas applicable aux clochers qui appartiennent à la fabrique ; mais nous pensons qu'elle ne saurait se justifier même pour le cas où l'église et la tour seraient propriétés communales. L'affectation permanente de ces édifices au service du culte s'oppose à l'introduction forcée d'une horloge publique dans le clocher ; et, en supposant que l'horloge y fût placée avec le consentement du curé et de la fabrique (1), encore n'en résulterait-il pas pour

(1) Le placement d'une horloge aux frais de la commune ou d'un particulier, ne doit pas être raisonnablement refusé, toutes les fois qu'on ne cherche pas à blesser les droits du curé ; cette horloge en effet est d'une grande utilité pour les habitants.

l'autorité communale le droit de la diriger. D'après M. Bara, le remontage de l'horloge, même si elle appartient à la commune, incombe à la fabrique, « parce qu'elle à la jouissance de l'église et qu'elle est tenue de jouir de cet immeuble, ainsi que de ses accessoires, conformément à leur destination ». Circul. du 20 Juillet 1882 (*Mém. belge,* 1882, p. 579).

Quoi qu'il en soit, le droit de la commune à cet égard devrait dans tous les cas se combiner avec le droit de police que le curé exerce dans l'église et ses dépendances ; et de ce chef le curé est fondé à exiger que le bourgmestre s'entende avec lui pour confier le service de l'horloge communale à un agent que le curé puisse agréer (circ. minist. franç. du 20 Novembre 1857). En effet, « il n'existe aucune disposition législative qui attribue à la commune la nomination du préposé au service de l'horloge publique à l'exclusion de toute action, de toute intervention du chef de la paroisse » (circul. du Gouverneur du Limbourg du 5 Février 1861). Voir le *Mémorial belge,* 1847, p. 117 ; *Journ. franç. des cons. de fabr.,* T. IX, p. 368 ; Brixhe, 2me édit., V° *Horloge ;* Daris, *Mém. belge,* an. 1871, p. 251 ; Lauwers, *Du droit de police,* p. 105 ; Prompsault, V° *Horloge ;* Affre, édit. de Liége, p. 240 ; Bernimolin, *ouv. cité,* II, p. 98 ; jugements du tribunal de Huy du 20 Avril 1882 (*Mém. belge,* 1882, p. 372 ss.) et du tribunal de Termonde du 14 Juillet 1882 (*Pasicr.* 1883, III, 39).

Il suit également du principe de la destination religieuse de l'église et de ses dépendances, que l'autorité civile (communale ou provinciale) n'a pas le droit, pour n'importe quel motif, d'*arborer un drapeau* soit à la façade de l'église, soit au haut du clocher, ou d'y entretenir des *illuminations* pendant la nuit, sans y être autorisée par la loi ou sans avoir obtenu le consentement du curé et de la fabrique. (Arr. roy. du 13 Juin 1896).

Une circulaire du ministre de la justice et des cultes de la République française, en date du 14 Juin 1882, porte que « les églises étant des propriétés communales, dont l'intérieur seulement est affecté à l'usage spécial du culte, les municipalités peuvent exiger que le drapeau national orne la façade pendant le jour et que des illuminations y soient entretenues pendant la nuit, pourvu qu'elles prennent à leur charge les dépenses qui peuvent en résulter ». *Revue de l'administration,* 1896, p. 415.

Cette distinction entre l'intérieur et l'extérieur de l'église est illusoire ; et nous nous étonnons que M. Giron ait reproduit, sans observation, le passage cité, dans son *Dictionnaire de droit administratif* (V° Fabriques d'église, n° 63).

3° Enfin, *le bourgmestre a-t-il le droit d'avoir une clef de l'église ou du clocher ?*

Les principes déjà plusieurs fois exposés ou rappelés doivent encore faire décider cette question dans le sens de la négative. La destination de l'église, le droit de police du curé et la responsabilité qui lui incombe exigent que la garde des clefs de l'église et de ses dépendances soit exclusivement confiée au curé ou desservant de la paroisse. La doctrine et la jurisprudence sont d'accord sur ce point.

Quant à *l'église* et *la sacristie,* l'accord est unanimé ; et ceux-là mêmes qui exagèrent manifestement les prérogatives de l'autorité civile en matière de sonnerie des cloches, tiennent pour certain que le curé seul, même à l'exclusion des marguilliers, a le droit de détenir les clefs de ces édifices. Voir les *Pandectes,* V° Clef, n°s 82 à 97.

Jusqu'en ces derniers temps, les auteurs reconnaissaient avec la même unanimité (1) le droit exclusif du

(1) Citons, p. ex., De Fooz, *Le droit administratif belge*, IV, 477 ; Brixhe, V° *Cloches ;* Lauwers, *Code de droit civil ecclésiastique*, p. 41 ; Id., *Droit de police,* p. 111; Id., *Des cloches,* p. 32 et 33; Moulart, *Des fabr. d'égl.*, 8me édit.,

curé de détenir les clefs *du clocher*. Cependant, à la suite du mémorable arrêt rendu par la Cour de Gand le 21 Mai 1884, certains jurisconsultes libéraux ont émis l'avis que « le bourgmestre est en droit de posséder une clef du clocher » (Beltjens, *ouv. cité*, p. 287). « L'autorité communale, qui a le droit de faire sonner les cloches et l'obligation de diriger et d'entretenir l'horloge, doit pouvoir détenir une clef du clocher » (*Pandectes*, V° Clef, n° 99). — Toutefois « il en est autrement lorsqu'il est nécessaire, pour accéder au clocher, de passer par l'église » (Giron, *Dictionnaire*, V° Cloches, n° 4).

Nous repoussons ces théories qui ne reposent sur aucun fondement solide. Le lecteur sait déjà à quoi s'en tenir sur les prétendus droits de la commune de sonner les cloches et de diriger l'horloge. Inutile de répéter, à cet égard, les développements dans lesquels nous sommes entrés précédemment. D'ailleurs, s'il était vrai que le droit de sonner et de diriger l'horloge implique nécessairement celui de détenir une clef du clocher, ne faudrait-il pas en induire logiquement, à moins de « placer l'autorité civile sous la dépendance de l'autorité religieuse » (arrêt de Gand), que le bourgmestre doit avoir, en toute hypothèse, le droit de détenir une clef, même de l'église, s'il faut y passer pour avoir libre accès au clocher ? La destination de l'église et le droit de police s'y opposent, nous dit-on. Mais, les clochers ne sont-ils pas grevés de la même affectation ? Ne sont-ils pas, comme les églises, soumis à la police et à la surveillance du curé ? « Les clochers

p. 328 ; Bernimolin, *ouv. cité*, II, p. 97 ; *Mém. belge*, 1859, p. 353 ; 1864, App., p. XXVI ; 1883, p. 995 ; Affre, *ouv. cité*, p. 240; Dieulin, *Le guide des curés*, 5me édit., I, p. 368 ; avis du conseil d'Etat du 17 Juin 1840 ; circul. du gouv. du Limbourg du 5 Février 1861 ; circ. min. du 15 Novembre 1841 ; jugements des tribunaux d'Arlon (14 Août 1850), de Verviers (22 Juillet 1857) et de Termonde (14 Juillet 1882) ; arrêt de la Cour de Gand du 18 Janvier 1881 (considérants).

font partie intégrante des églises ; il y a donc lieu de leur appliquer tout ce qu'on dit des églises mêmes » (*Pandectes,* V° Clocher, n° 1).

En conséquence, le bourgmestre n'est pas plus en droit d'avoir une clef du clocher que de l'église. Ce droit du reste est plus étendu que ne le comporte celui de sonner dans certains cas et de remonter l'horloge à certaines heures : accorder les clefs de l'église ou du clocher au bourgmestre, c'est non seulement lui donner accès pour le service des sonneries et de l'horloge, mais lui faciliter cet accès à volonté et mettre à sa discrétion ou celle de ses agents tous les objets renfermés dans ces édifices.

Aussi les *Pandectes* reconnaissent que « dans la pratique des choses, les clefs des églises, des clochers et des sacristies sont détenues par les curés ou desservants ou par les sacristains ». V° Clef, n° 102.

La Cour de Gand, après avoir affirmé « que la commune puise dans son droit de propriété de l'église et de ses dépendances, le droit de sonner elle-même pour toute autre cause que pour cause religieuse,... tout aussi bien que le droit de placer, de diriger et d'entretenir... une horloge dans le clocher », n'en a pas conclu que le bourgmestre peut réclamer une *clef* soit de l'église, soit du clocher ; elle a condamné *la fabrique* à fournir ou laisser à la commune l'*accès* au clocher en vue du libre usage des cloches et de l'horloge. Au surplus, cette décision même nous semble pouvoir difficilement se justifier. C'est en effet *le curé* qui a la garde exclusive des clefs de l'église et du clocher ; et, comme le remarquent justement les *Pandectes* (V° Clef, n° 85), le curé détient les clefs, non par délégation de la fabrique, mais en vertu d'un droit propre qui lui appartient comme ministre du culte. Comment, dès lors, *la fabrique* peut-elle être légalement condamnée à fournir l'accès au clocher ? De plus, le curé et les

fabriciens ne sont pas les subordonnés de l'autorité communale ; et, en présence de la grave responsabilité qui leur incombe, ils ont tout intérêt à refuser l'entrée de l'église et de ses dépendances à tout agent qui n'aurait pas complètement leur confiance. D'où il suit, comme nous avons déjà vu, que le service des sonneries civiles et de l'horloge publique doit nécessairement faire l'objet d'un arrangement à l'amiable entre les parties intéressées ; et, à ce défaut, être réglé par l'autorité supérieure.

—

Ici, pensons-nous, se trouve terminée la tâche que nous avions entreprise.

Nous avons exposé les principes d'après lesquels doivent se décider la plupart des conflits qui pourraient s'élever entre l'autorité civile et l'autorité religieuse quant à l'usage des cloches et des clochers des églises. Il ne nous reste qu'un mot à ajouter. Il importe avant tout de prévenir ces conflits toujours penibles, et d'ôter même tout prétexte aux moindres divisions entre deux autorités qui sont faites pour s'entendre ; et, si la connaissance exacte des attributions respectives peut contribuer à cette fin, la bienveillance des rapports et la tolérance mutuelle feront plus et mieux que les règles les mieux coordonnées. Dans l'intérêt du bon accord, les curés respecteront les usages existants, s'ils ne présentent pas d'inconvénients ; et ils ne refuseront pas leur adhésion aux demandes raisonnables que les administrations communales pourraient leur adresser. Trop de condescendance pourrait cependant paraitre condamnable ; et ni le curé, ni la fabrique ne peuvent laisser introduire des usages nouveaux, moins encore faire des conventions à cet égard avec l'autorité locale, sans en avoir référé à l'Evêque.

C. V. C.

II

Fabriques d'église — Reprises — Responsabilité du trésorier

—

Un arrêté royal en date du 3 Juin 1897 (*Moniteur*, p. 2287) rejette le recours exercé, le 21 Avril précédent, par le conseil de fabrique de l'église de Saint-Sulpice, à Jumet, contre l'arrêté, en date du 2 Mars 1897, pour lequel la Députation permanente du conseil provincial du Hainaut a supprimé l'allocation de 1,142 francs inscrite à l'article 61 *(Reprise irrécouvrable de 1887)* des dépenses du budget de la dite fabrique d'église pour l'exercice 1894.

« Cette décision est fondée sur ce qu'il résulte de l'instruction que la Députation permanente, d'accord avec M. l'Evêque diocésain, a porté à 1,650 francs la somme de 508 francs inscrite à l'article 14 (*Produit des chaises, bancs, tribunes*) des recettes du compte, pour l'exercice 1887, de la fabrique de l'église de Saint-Sulpice, à Jumet ; que la différence entre les dites sommes, soit 1,142 francs, n'ayant pas été remise au trésorier par la préposée à la perception du droit des chaises, c'est en vue de ne pas constituer le trésorier en perte que le conseil de fabrique a inscrit une allocation de cet import, en dépense, au budget pour l'exercice 1894 ; sur ce que le trésorier de la fabrique de l'église de Saint-Sulpice, à Jumet, avait à faire, en temps opportun, les diligences necessaires à l'effet d'obtenir de la préposée à la perception du droit des chaises le remboursement de la somme de 1,142 frs., ce qu'il a négligé de faire ; que la fabrique ne peut supporter le préjudice causé par cette négligence. »

Observation. « Le trésorier est réputé comptable public pour tous les actes ou faits se rapportant à sa gestion financière » (art. 10 de la loi du 4 Mars 1870). Il « est chargé de procurer la rentrée de toutes les sommes dues à la fabrique, soit comme faisant partie

de son revenu annuel, soit à tout autre titre » (art. 25 du décret de 1809) ; il est « tenu de faire tous actes conservatoires pour le maintien des droits de la fabrique et toutes diligences nécessaires pour le recouvrement de ses revenus » (art. 78 du décret) ; et il est « personnellement responsable des pertes que cette administration éprouverait par suite de sa négligence » (circ. min. du 15 Mai 1885).

Une règle de la comptabilité publique exige que le montant *intégral* de *toutes* les sommes dues à la fabrique, soit renseigné en recette dans le compte d'exercice. Cette règle s'applique, non pas seulement aux sommes encaissées, mais à toutes les recettes, réalisées ou non (1), sauf à faire figurer en dépense extraordinaire comme *Reprises,* sous le n° 61, les sommes dont le recouvrement n'a pu encore être effectué. Mais il est à remarquer que cette dépense n'est admise que moyennant justification, par le trésorier, des diligences qu'il a faites pour le recouvrement des sommes susdites. Pour cela il devra joindre à son compte un état, conforme au modèle ci-après, indiquant en regard du nom de chaque débiteur, les causes des arriérés et les mesures prises pour y mettre un terme. Cet état sera présenté au bureau des marguilliers, qui en vérifiera l'exactitude; puis au conseil de fabrique qui l'examinera, et ordonnera, s'il y a lieu, que les sommes arriérées seront renseignées en dépense extraordinaire dans le compte même où elles sont renseignées en recette, ou bien dans un budget et un compte ultérieurs. Circulaire du 15 Mai 1885.

---

(1) Si, au moment de la clôture du compte, il y a des arriérés à recouvrer sur les exercices *antérieurs,* le montant total de ces arriérés sera porté en regard n° 20 des recettes extraordinaires. — Les sommes dont l'irrécouvrabilité *définitive* aura été dûment constatée ne doivent pas être renseignées.

Etat des recettes non recouvrées et des arriérés portés en dépense au compte de 189 .

N° d'ordre	Noms et prénoms des débiteurs	Nature de la dette	Date de l'échéance	Sommes dues	OBSERVATIONS
					(Faire connaître ici les causes des arriérés et les motifs de leur irrécouvrabilité; indiquer la date des avis officieux ou des exploits signifiés aux retardataires, les poursuites qui ont été exercées, etc.)
			Total		

Certifié exact par le bureau des marguilliers

à le

Le conseil de fabrique, après examen de l'état qui précède et des pièces produites à l'appui, estime qu'il y a d'admettre en dépenses au compte du trésorier de 189 , les sommes indiquées dans le susdit état, sauf celles portées sous les nos (indiquer ici les exceptions).

Fait en séance, le

Le Secrétaire, Le Président,

III

Décisions diverses

—

I. La disposition testamentaire par laquelle une personne ordonne *de faire recommander,* à perpétuité ou pour un nombre considérable d'années, son âme ou celles d'autres défunts au prône le dimanche, constitue une fondation en faveur de la fabrique de l'église dans laquelle les recommandations doivent être faites. Arr. roy. du 6 Août 1897 (*Moniteur,* p. 3515).

II. Les *frais de processions* doivent être compris parmi les *dépenses obligatoires* dans lesquelles la commune est tenue d'intervenir en cas d'insuffisance des ressources de la fabrique. Arr. roy. du 25 Août 1897 (*Moniteur*, p. 3686). Cfr *Collationes*, I, p. 374, note 2.

III. La disposition par laquelle le testateur exprime l'intention que tel immeuble (une maison avec dépendances) qu'il lègue à la fabrique d'église serve à perpétuité *d'habitation au vicaire* de la paroisse, doit être considérée comme étant l'expression d'un simple vœu ; et l'usage de l'immeuble dont il s'agit ne pourra être cédé au vicaire que moyennant un loyer proportionné à la valeur locative du dit immeuble.

Cette décision est fondée sur ce que l'article 72 de la loi du 18 Germinal an X n'oblige de fournir une habitation qu'au curé ou desservant et que la législation ne reconnaît pas les maisons vicariales. Arr. roy. du 25 Août 1897 (*Moniteur*, p. 3775).

Observation. Cette décision ne saurait se justifier, et les motifs sur lesquels elle s'appuie ne résistent pas à l'examen. Voir les *Collationes*, II, p. 539 ss.

IV. Les fabriques d'église sont autorisées à accepter les dons ou legs faits à charge de faire célébrer à perpétuité une seconde messe *les dimanches et jours de fête*. Arr. roy. du 20 Mai 1897 (*Moniteur*, p. 2092) et du 7 Septembre 1897 (*Moniteur*, p. 3916).

V. Les *communes* ont la faculté d'accorder une *indemnité de binage ;* et le Gouvernement appelé à statuer sur le recours des administrations intéressées contre la décision contraire de la Députation permanente, maintient les allocations inscrites pour cet objet aux budgets communaux. Arr. roy. des 9 et 21 Août et du 8 Septembre 1897 (*Moniteur*, pp. 3546, 3682 et 4021).

C. V. C.

Ex Cong. S. R. et U. Inquisitionis

Potest confessarius absolvere a reservatis Rom. Pontifici pœnitentem. cui durum sit expectare tempus necessarium pro facultate exposcenda.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N. ad pedes S. V. provolutus humiliter exponit :

Ex Decreto S. Inquisitionis 23 junii 1866 cuilibet confessario directe absolvere licet a censuris etiam speciali modo S. Pontifici reservatis in casibus vere urgentioribus, in quibus absolutio differri nequit absque periculo gravis scandali vel infamiæ, injunctis de jure injungendis, sub pœna tamen reincidentiæ in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium confessarii absolutus recurrat ad S. Sedem.

Dubium tamen oritur pro casu, quo nec scandalum nec infamia est in absolutionis dilatione, sed pœnitens censuris papalibus innodatus in mortali diu permanere debet, nempe per tempus requisitum ad petitionem et concessionem facultatis absolvendi a reservatis ; præsertim quum theologi cum S. Alphonso de Ligorio ut quid durissimum habeant pro aliquo per unam vel alteram diem in mortali culpa permanere.

Hinc, post Decretum 23 junii 1866, deficiente hac in quæstione Theologorum solutione, quæritur :

I. Utrum in casu quo nec infamia, nec scandalum est in absolutionis dilatione, sed durum valde est pro pœnitente in gravi peccato permanere per tempus necessarium ad petitionem et concessionem facultatis absolvendi a reservatis, simplici confessario liceat a censuris S. Pontifici reservatis directe absolvere, injunctis de jure injungendis, sub pœna tamen reincidentiæ in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium confessarii absolutus recurrat ad Sanctam Sedem ?

II. Et quatenus negative, utrum simplex confessarius eumdem pœnitentem indirecte absolvere debeat, eum monens ut a censuris directe in posterum a Superiore absolvi curet, vel apud ipsum revertatur, postquam obtinuerit facultatem a reservatis absolvendi ?

Feria IV, 16 Junii 1897.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab E^mis^ ac R^mis^ DD. Cardinalibus in rebus fidei Generalibus Inquisitoribus, proposito suprascripto dubio, prælhabitoque RR. DD. Consultorum S. O. voto, iidem E^mi^ ac R^mi^ DD. respondendum censuerunt :

Ad I. Affirmative, facto verbo cum SS^mo^.

Ad II. Provisum in primo.

In sequenti vero feria VI die 18 ejusdem mensis et anni in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, facta de omnibus SS^mo^ D. N. Leoni PP. XIII relatione, idem SS. D^nus^ E^morum^ Patrum resolutionem approbavit.

I. Mancini, S. R. et U. I. Not.

Consultationes

I

Collationum tomo II pag. 493 et seqq. habetur quod puella quæ famulatum exercet in parochia ubi non habitant parentes, nihilominus domicilium parentum retinet, nisi, majorennis facta, huic domicilio sufficienter clare renuntiet ; et quod proinde coram parocho parentum matrimonium valide contrahere potest.

Liceat ulterius quærere utrum et quoties, in simili casu, inspectis tum jure communi tum jure particulari Brugensi, sponsi antenuptialiter sint proclamandi in parochia ubi habitant parentes sponsæ, sive in casu

quo sponsa in parochia heri sit permansura et ibidem matrimonium contractura, sive in casu quo sponsa ipso die vel pridie matrimonii parochiam heri sit derelictura et matrimonium contractura in parochia parentum. — Ut patet, supponitur sponsum non esse ejusdem parochiæ.

Respondetur. — Præcipit Tridentina Synodus ut proclamationes antenuptiales fiant a *proprio contrahentium parocho;* unde, secundum communem certamque interpretationem, denuntiari debent nuptiæ in parochia ubi uterque vel alteruter contrahens habet domicilium aut quasidomicilium.

Quo posito, dicendum regula generali matrimonium ancillæ de qua in consultatione quæritur, *ter tribus diebus festivis* proclamandum esse in parochia ubi habitant ejus parentes; siquidem, juxta suppositum, in ea habet domicilium. — Nec refert utrum in eadem parochia matrimonium sit celebratura annon: etenim cur in parochia propria nupturientium potius quam alibi proclamationes fieri præscribatur, ratio est quia ibidem facilius impedimenta potuerunt contrahi, et, si quæ existant, facilius detegi possunt: ad hoc autem impertinens est circumstantia celebrationis matrimonii; ceterùm idem liquet ex eo quòd, si vir et mulier diversæ sint parochiæ, in utraque fieri debent denuntiationes (Rituale Rom.).

Nec putamus casui nostro applicari posse dispositionem statutorum in plurimis diœcesibus vigentium, juxta quam banna non sunt proclamanda in parochia quam nupturientes jam *a sex mensibus deseruerunt:* hæc enim ordinatio respicere videtur casum *domicilii* derelecti, ita ut parochus loci illius jam non sit parochus contrahentium *proprius.* — Equidem a primo momento quo quis domicilium amisit in parochia, hujus rector desivit esse illius parochus proprius, et consequenter, si sola *littera* legis Tridentinæ attendatur, non deberet

ejus matrimonium ibi proclamari : sed finis legis postulat et S. C. C. declarationes exigunt ut quando quis recenter fixit habitationem in parochia, denuntiationes fiant tum in ea tum in parochia prioris domicilii. « Quænam autem habitatio sufficiat ut in sola actualis domicilii parochia fiant, ex statutis diœcesanis, vel, his deficientibus, ex usu dignoscendum est ; plerumque ea sex menses indicant (1). — Ast ad famulos aut ancillas quæ domicilium parentum aut tutoris retinuerunt, præfatam statutorum diœcesanorum dispositionem extendere, æquivaleret dispensationi *generali* in lege Tridentina præscribente ut proclamationes antenuptiales fiant *a proprio contrahentium parocho :* quæ dispensatio generalis excedit Episcoporum potestatem.

Nihilominus fieri potest, quod hujusmodi ancilla tamdiu extra domicilium parentum habitaverit ut ibidem fere ignota sit ; imo contingere potest ut parentes post discessum filiæ domicilium mutaverint atque hæc in nova eorum parochia numquam commorata fuerit : quibus in casibus, bannorum proclamatio in parochia parentum meritò inutilis aut fere inutilis haberetur ; quare ratio esset cur ab Episcopo ejusve delegato peteretur dispensatio in una alterave denuntiatione vel etiam in omnibus, juxta circumstantias.

Juvat autem hic memorare quod sapienter disponunt Statuta diœcesis Brugensis : « Dum banna proclamantur in parochia ubi neuter desponsatorum habitat, non exigatur ratione proclamationis et testimonii desuper expediti ultra francum cum dimidio. A pauperibus vero nihil prorsus exigatur » (2). Cujus ordinationis favore, nupturientes facilius consentiunt ut etiam in parochia, ubi actualiter non habitant, eorum matrimonium denuntietur.

H. V. D. B.

(1) Feije, *De imped. et disp. matrim.* n. 251, et AA. passim.
(2) Parte 2ª , tit. II, art. IV, § 3.

II

Ad lucrandam indulgentiam plenariam, vi benedictionis Apostolicæ in articulo mortis, an nomen Jesu pronuntiari debet ab ægroto ?

Resp. Quamdiu ægrotus est suæ mentis compos nomen Jesu pronuntiare debet ore, *si potuerit,* sin minus invocare corde seu mentaliter.

Id ut certum haberi debet ex decreto S. Cong. Indulg. *in Dublinen.* 22 Sept. 1892 et ex anteriori decr. 23 Sept. 1775. — *In Dublinen.* proponitur dubium : « Ut Christifideles in locis Missionum degentes, et in ultimo vitæ discrimine Constituti valeant accipere Benedictionem in articulo mortis et consequi Indulgentiam plenariam vi ejusdem lucrandam, ex concessione Benedicti XIV in Constitutione « *Pia mater* » die 5 Aprilis 1747, requiriturne, tanquam conditio sine qua non, ad lucrandam prædictam indulgentiam ut ægrotus in locis missionum constitutus, *quamdiu suæ mentis est compos* invocet nomen Jesu, *ore* si potuerit, sin minus corde ? » Et S. Congr. respondet : « Affirmative, id est, invocatio *saltem* mentalis SS^mi^ Nominis Jesu est conditio sine qua non pro *universis* Christifidelibus, qui in mortis articulo constituti plenariam indulgentiam assequi volunt vi hujus benedictionis, juxta id quod alias decrevit hæc S. Congregatio in una *Vindana,* die 23 Septembris 1775 ».

Hoc autem decretum citatum ita habet : « Invocatio *saltem mentalis* SS. Nominis Jesu, de qua fit mentio in brevibus ad Episcopos de hac benedictione missis, præscribiturne, quamdiu *ægrotus suæ mentis est compos,* ut conditio sine qua non, ad indulgentiam vi istius benedictionis lucrandam ? » Resp. « Affirmative ».

In indultis, quibus facultas impertiendi hanc benedictionem Episcopis concedi solet, requiritur ut infirmus : « sit confessus ac sacra communione refectus,

vel quatenus id facere nequiverit, saltem contritus nomen Jesu *ore, si potuerit,* sin minus *corde* devote invocaverit ». Si solummodo verba indulti considerarentur, dubitari posset an hæc invocatio *oralis* vel saltem *mentalis* requiratur etiam in illis qui confiteri et sacram communionem recipere potuerunt, sed dubium illud evanescit per decreta citata, in quibus decernitur « pro universis Christifidelibus » invocationem *saltem mentalem* esse conditionem sine qua non ad indulgentiam lucrandam. Cum dicatur *saltem,* supponitur invocationem debere esse oralem, si status ægroti eam permittat, prouti etiam expresse significatur in dubio proposito *in Dublinen.* cui respondetur affirmative, et in indultis quibus Episcopis conceditur facultas Benedictionis Apostolicæ impertiendæ.

H. V. D. W.

III

Quæritur : an indulgentia altaris privilegiati debeat applicari eidem defuncto cui applicatur Missa ?

Respondetur : practice affirmative.

Licet enim *natura sua* et sacrificii et indulgentiæ applicatio separari possit (cf. *Decr. authentica,* n. 348 cum voto consultoris), id tamen fieri nequit quotiescumque vel suscepta fuit obligatio celebrandi missam privilegiatam, vel obstat indultum quo privilegium conceditur.

Jamvero nostris diebus hanc separationem *de facto* indultis prohiberi vix dubium videri potest. Auctores in hac materia versatissimi testantur indulta Pontificia « hodie saltem » (1), *regulariter* (2), imo *semper* (3) et

(1) *Tractatus de indulg. ad usum alumn. sem. Mechl.* n. 15, q. 6 (1897).

(2) Illmus ac Revmus D. De Brabandere, *Jus Canon.* II, p. 30 (edit. 5a, 1895).

(3) R. P. Beringer, *Les indulgences,* 2e p., 3e sect., n. 17, I (1893). R. P. Mocchegiani a Monsano, *collectio indulg.* n. 1076 (1897).

sine ulla exceptione nota (1) ita concedi ut indulgentia debeat applicari animæ pro qua Missa celebratur.

Hæc conditio ita jam videtur requiri ut semper adjecta censenda sit, nisi contrarium diserte exprimeretur. Nam in indulto concesso sacerdotibus qui actum heroicum charitatis emiserunt, prædicta clausula non expresse edicebatur. Tamen S. Congr. hac de re interrogata, die 19 Dec. 1885, declaravit indulgentiam debere applicari animæ pro qua celebratur, et rationem addidit quæ omnino generalis videtur : « hoc enim modo privilegium altaris conceditur a summo Pontifice» (*Nouv. Rev. Théol.*, XVIII p. 175).

Quum autem juxta recentiora decreta (cf. *Decr. Auth.* nn. 402 ad 1m, 451 ad 2m et decr. 19 Dec. 1885 ap. *Nouv. Rev. Théol.*, XVIII p. 261) indulgentia non possit applicari *pluribus* defunctis, sed *uni* determinato tantum, convenit ut celebrans intentione sua determinet quamnam animam hac indulgentia adjuvare velit. Si hoc omissum fuerit, privilegium tamen utile omnino mansit, ut ex pluribus « juxta mentem concedentis *una,* et juxta divinam acceptationem *si* Deo placuerit, et *quæ* Deo placuerit, indulgentiæ effectum consequi posset » (Ex voto consultoris in causa *Romana,* 14 Jun. 1880, ap. *Nouv. Rev. Théol.* XII, p. 526).

C. C.

(1) *Nouv. Rev. Théol.* XVIII, p. 266.

Collationes Brugenses

Epistola ad Clerum Diœcesis Brugensis

Reverendi ac dilecti in Christo Domini,

Executioni mandantes quod Nobis ipsis ac dilecto Clero nostro jamdudum erat in votis, harum tenore præcipimus ut, a Dominica prima Adventus hujus anni, cuncti Diœcesis nostræ sacerdotes, amoto *Pastorali Brugensi*, quod ab anno 1838 apud nos est in usu, in Sacramentorum administratione cæterisque ecclesiasticis functionibus, unice adhibeant et accurate servent *Rituale Romanum,* Pauli V, Pontificis Maximi, jussu editum, et a Benedicto XIV auctum et castigatum, idque juxta editionem, quam S. R. C., die 24 Martii 1884, uti typicam declaravit.

Quo facilior evaderet Ritualis Romani usus, nonnulla a Sancta Sede postulanda duximus et impetravimus, prout sequens refert Indultum :

BRUGEN.

R^mus^ D^nus^ Gustavus Josephus Waffelaert, Episcopus Brugensis, Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII humillime exposuit sese, obsequii gratia in Sanctam Sedem et Romanam Ecclesiam, omnium Matrem et Magistram, statuisse cunctos Diœcesis suæ sacerdotes, per decretum generale, a Dominica prima Adventus proximi vim habiturum, adstringere ut, amoto Pastorali Brugensi, quod ab annis ferme sexaginta est in usu, in Sacramentorum administratione cæterisque ecclesiasticis functionibus, unice adhibeant Rituale Romanum, Pauli Papæ V jussu editum, et a Benedicto

XIV auctum et castigatum, idque juxta editionem, quam S. Rituum Congregatio, die 24 Martii 1884, uti typicam declaravit. Idem autem Episcopus orator, votis etiam decanorum ac parochorum Diœcesis sibi commissæ satisfacturus, eumdem SS^{mum} D^{num} Nostrum enixe rogavit pro quibusdam concessionibus, nimirum:

I. Ut, quod sanctæ memoriæ Pius PP. IX Diœcesi Gandavensi, die 21 Junii 1875, concessit, id etiam ad Diœcesim Brugensem de apostolica benignitate extendatur, scilicet, ut in collatione Baptismatis, propositis antea latine solemnibus interrogationibus et responsionibus, eædem deinde, in faciliorem simplicium intellectum et commodum, vernacula lingua proferantur.

II. Ut in administratione Sacramenti Extremæ Unctionis, Unctio renum, in hac Diœcesi nunquam usitata et difficulter introducenda, semper omitti queat, etiamsi infirmus commode moveri possit.

III. Ut in exequiis defunctorum, corpore ad sepulturam delato, post canticum : *Benedictus Dominus,* et repetitam antiphonam : *Ego sum resurrectio et vita,* servari possit ritus antiquissimus, in pluribus Ritualibus ac in ipso Pastorali Mechliniensi ab Archiepiscopo Hauchino insertus, qui his verbis describitur in Pastorali Brugensi:

« Corpore in sepulchrum demisso, aspergitur loculus « aqua benedicta, sacerdote dicente : *Hodie sit in pace* « *locus tuus et habitatio tua in sancta Sion. Per Jesum* « *Christum Dominum nostrum. Amen.* Sumpta deinde « cruce, loculum trina consignatione signans, dicit : « *Signo corpus hoc signaculo Sanctæ Crucis* †, *ut in die* « *judicii resurgat* † *et vitam æternam possideat* †. *Per* « *Jesum Christum Dominum nostrum. Amen.* Deinde « trina immissione aliquantulæ terræ loculum tegendo, « dicit sacerdos: *De terra plasmasti eum (eam), ossibus et* « *nervis compegisti eum (eam), Domine ; resuscita eum*

« *(eam) in novissimo die. Per Jesum Christum Dominum* « *Nostrum. Amen.* »

Sanctitas porro Sua, hisce preicbus, a subscripto Sacræ Rituum Congregationis Secretario relatis, clementer deferens, benigne indulsit, ut, integro servato textu Ritualis Romani juxta editionem typicam in universa Diœcesi Brugensi, tres suprascriptæ variationes seu additiones circa administrationem Sacramentorum Baptismi et Extremæ Unctionis et post expletas exequias defunctorum, corpore in sepulchrum demisso, adhiberi et in posterum valeant in eadem Diœcesi, atque in modum tantum adnotationum vel appendicis ad relativa capita ipsius Ritualis Romani typis edi queant, transmisso ad Sacram Rituum Congregationem duplici exemplari. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 9 Augusti 1897.

L. † S.

L. M. Card. PAROCCHI.
D. PANICI, S. R. C. Secr.

Ad tramites hujus Indulti, « variationes seu additiones », de quibus supra, in pagellis distinctis, « ad relativa capita » ipsius Ritualis inserendis, typis edendas Nos ipsi curavimus. (1)

Sequuntur jam varia monita circa usum Ritualis Romani, ab omnibus, ad quos spectat, attendenda et sedulo observanda :

I.

« In omni Sacramentorum administratione (sacerdos) superpelliceo sit indutus, et desuper stola ejus coloris, quem Sacramenti ritus exposcit. » (Rit. Rom., tit. I, cap. unic., 7.)

Quoad formam, superpelliceum in eo præcipue

(1) Hæ pagellæ apud bibliopolas Brugenses mox venales prostabunt.

differt a rochetto, quod amplas largasque manicas habeat, rochettum autem strictas et quæ brachia usque ad manus vestiunt.

Cum autem, juxta S. R. C. decreta, in fronte Missalis relata, « prohibeatur usus rochetti, exceptis tamen quibus de jure competit », superpelliceum etiam in aliis functionibus sacris peragendis adhiberi volumus. Attamen, si in aliqua ecclesia, præ redituum tenuitate, illico removeri nequeant rochetta, permittimus ut retineantur, donec fuerint longo usu obsoleta, nisi, modo convenienti sumptuque leviori, ad superpellicei formam statim reduci possint.

II.

Biretum, a clericis in variis sacris functionibus assumendum, quadratum sit oportet, tribus apicibus instructum, et ita capiti imponendum, ut pars illa quæ apice caret, a manu sit sinistra. Biretum doctorale cum quatuor apicibus non est indumentum chorale, et eo ne laureatus quidem, licet prælatus sit vel canonicus, in functionibus ecclesiasticis uti potest. (S. R. C., 7 Decemb. 1844.)

III.

Sacerdos deferens SS. Eucharistiam ad infirmos, indutus esse debet superpelliceo, cum stola alba ac velo humerali ejusdem coloris. Si tamen, ob longitudinem aut difficultatem viarum, sacram pyxidem deferat inclusam in bursa (albi coloris) ad collum appensa, velo humerali non est utendum ; at sola cum stola, absque superpelliceo, SS. Sacramentum deferre aut ministrare non licet. (S. R. C., 16 Decemb. 1826.)

IV.

Si sola administretur Extrema Unctio, in ipsa ministratione (minime vero in delatione ad domum infirmi), præter stolam violaceam adhibendum est superpelliceum, uti clare liquet ex Rituali Romano

(tit. V, cap. II, 4) et decreto S. R. C., de die 16 Decembris 1826. Excipitur tamen casus positivæ necessitatis, cum tempus non suppetit sumendi vestes pro hoc Sacramento administrando præscriptas.

V.

Si simul administranda sint Viaticum et Extrema Unctio, vas Olei sacri adnecti nequit ciborio vel pyxidi, sed ad infirmum occulte deferatur per ipsum sacerdotem ; quæ quidem occulta delatio in hoc consistit ut vas prædictum, bursæ violacei coloris inclusum, collo appendatur sub superpelliceo, ita ut non appareat.

VI.

In Extrema Unctione, præter quinque organa sensuum, ungendi sunt etiam pedes, sive in parte inferiori, in plantis scilicet, sive in parte superiori, ad tarsum, qui ultimus modus generatim commodior videtur. Unctio pectoris deinceps est omittenda, et omittitur etiam in hac Diœcesi, vi Indulti pontificii supra relati, unctio renum, etiamsi infirmus commode moveri possit.

VII.

In administratione Sacramentorum Baptismi et Extremæ Unctionis, unctiones fieri debent pollice, non vero virgula, nisi in casu necessitatis, ut est morbi contagiosi. Si tali morbo laboret infirmus, adhibeantur tot virgulæ ligneæ quot sunt unctiones faciendæ, quæ virgulæ postea comburantur.

VIII.

Dum ob aliquam justam causam, vasculum Olei sacri infirmorum in ædibus parochi aliusve sacerdotis asservatur, ibi congruo loco, in capsula decenti et clave obserata, *constanter* custodiatur.

IX.

In exsequiis, pannus quo cooperitur feretrum nigri debet esse coloris, pro omnibus adultis, etiam pro innuptis puellis ; respondit enim S. R. C. feretrum, si in eo conditur corpus puellæ innuptæ, panno ex lana alba contexto cooperire in signum virginitatis non licere. (Decr. 21 Julii 1855.)

X.

In exsequiis adultorum, dum cadaver domo effertur, non canitur responsorium : *Libera,* sed psalmus : *Miserere,* etc., ut in Rituali (tit. VI, cap. 3). Ad ingressum ecclesiæ repetitur antiphona : *Exsultabunt Domino ossa humiliata.* Deinde ecclesiam ingressi, cantant responsorium: *Subvenite sancti Dei,* cujus versus differt ab eo, qui ad dictum responsorium habetur in Pastorali Brugensi, p. 243.

XI.

In exsequiis et aliis defunctorum officiis non jam cantentur *Commendationes ;* quod si alicubi in anniversariis vi fundationis sint cantandæ, his substituantur Laudes officii defunctorum.

In posterum etiam una tantum fiat Absolutio : *Libera me, Domine* (præter casus prævisos in Pontificali et Cæremoniali Episcoporum). Sacerdos faciens Absolutionem, corpore præsente, semper se sistit ad pedes defuncti, scilicet inter altare et feretrum, aliquantulum versus partem Epistolæ, si agatur de sepultura laici vel etiam clerici non sacerdotis ; inter feretrum autem et portam ecclesiæ, si sepeliendus sit sacerdos. Corpore autem absente, semper se sistit inter tumulum et altare, etiamsi funus celebretur pro sacerdote.

XII.

In exsequiis parvulorum, juxta decretum S. R. C., 30 Januarii 1880, in *Aurelianen.*, servari potest consuetudo celebrandi Missam de die, vel votivam de Angelis. Hæc tamen non permittitur nisi diebus quibus celebrare licet votivam privatam.

XIII.

Rituale Romanum, descriptis cæremoniis in Matrimonio adhibendis, subjungit : « Cæterum. si quæ « provinciæ aliis, *ultra prædictas,* laudabilibus consue- « tudinibus et cæremoniis in celebrando Matrimonii « Sacramento utuntur, eas sancta Tridentina Synodus(1) « optat retineri. » (Tit. VII, cap. II, 5.) Itaque præcipimus ut in omnibus parochiis Diœcesis nostræ Matrimonium celebretur juxta ritum, quem exhibet fasciculus, cura nostra typis impressus (2), et ad calcem Ritualis locandus.

* * *

Dum huic epistolæ pastorali finem imponimus, non possumus quin omnibus Diœcesis nostræ sacerdotibus, sacro ministerio addictis, enixe commendemus accuratissimam observantiam Ritualis Romani, quod Apostolicæ Sedis auctoritate prodiit, et in quo continentur « sacri et sinceri Catholicæ Ecclesiæ ritus, qui in « Sacramentorum administratione, aliisque ecclesiasti- « cis functionibus servari debent ab iis qui curam « animarum gerunt. » (3)

Hanc occasionem nacti, omnes animarum pastores in Domino hortamur et obsecramus ut, jussis parentes Concilii Tridentini, plebi sibi commissæ frequenter, et

(1) Sess. XXIV, *De reformatione Matrimonii*, cap. I.
(2) Fasciculus hic brevi prostabit apud bibliopolas Brugenses.
(3) Breve Pauli V, de die 17 Junii 1614, Rituali Romano præfixum.

pro suscipientium captu, explicent vim et usum Sacramentorum, quo fidelis populus ad ea suscipienda majori cum reverentia atque animi devotione accedat (1) ; sed et insuper ovibus sibi concreditis sæpe explicent cæremonias in Sacramentorum confectione adhibitas, memores horum Catechismi Romani verborum : « Quæ « Sacramento efficiuntur, cæremoniæ ipsæ magis « declarant, ac veluti ante oculos ponunt, et earum « rerum sanctitatem in animos fidelium altius impri- « munt. Deinde vero mentes illorum, qui eas intuentur « et diligenter observant, ad sublimium rerum cogitati- « onem erigunt, fidemque in eis et charitatem excitant ; « quo major cura et diligentia adhibenda erit, ut fideles « vim cæremoniarum, quibus singula Sacramenta con- « ficiuntur, cognitam et perspectam habeant. » (2)

Cum singulari venerationis et amoris sensu subscribimus.

† G. J., Episc. Brugen.

Brugis, in festo S. Donatiani, Diœcesis Patroni, 14 Octobris 1897.

---

(1) Sess. XXIV, *De reformatione,* cap. VII.
(2) Part. II, cap. I, tit. 16.

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Januarii 1898.

I

Expone *ad Philip.* I, 28-30 : « *Et in nullo terreamini ab adversariis : quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, et hoc a Deo : quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini : idem certamen habentes, quale et vidistis in me, et nunc audistis de me.* »

II

Demonstra ex Scriptura pœnas damnatorum esse æternas, et expone quomodo pœnarum æternitas non repugnet bonitati Dei.

III

Da definitionem juramenti et expende singula hujus definitionis verba.

IV

Demonstra juramentum sub debitis conditionibus esse actum naturali legi conformem et tum lege Veteri tum lege Christiana probatum.

V

Dijudica liceitatem juramenti amphibologici et mentaliter restricti.

VI

Déterminez le droit des bureaux de bienfaisance de faire des quêtes dans les églises.

Responsa

ad quæstiones in conferentiis mensis Octobris propositas

—

I

Q. III Reg. XXII, 15 legitur: « Venit itaque (Michæas propheta) ad regem (Achab), et ait illi rex: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an cessare? Cui ille respondit: *Ascende, et vade prospere, et tradet eam Dominus in manus regis* ».

Ostende in his verbis prophetæ nullum esse mendacium.

R. Prophetam hæc verba non serio et assertive, sed ironice et mimice dixisse, regemque id ex gestu, aut vultu, aut modo illius loquendi facile percipere potuisse, manifestum est ex eo quòd rex statim gravissimeque adjurat prophetam ut *non loquatur sibi nisi quod verum est, in nomine Domini* v. 16, i. e. ut, seposito joco, non nisi veritatem verumque oraculum seriò ex animi sui sensu depromat; quòdque sic adjuratus propheta vaticinatur regem, falsis pseudoprophetarum promissionibus deceptum (vv. 6, 12), bellum cum rege Syriæ gesturum atque in prælio necandum esse: quod et factum est. Lege vv. 17-37.

Audiamus Estium: « Dicunt quidam esse verba optantis, quasi dicat: Utinam sic posses pugnare, ut hostes in manus tuas traderentur. Sed potius dicendum est, esse locutionem ironicam, et mimimam seu imitatoriam. Ironica quidem, quia cum quadam irrisione, quæ ex modo loquendi deprehendi poterat, hoc dicit, quod minime futurum existimabat. Mimica, quia iisdem verbis usi fuerant falsi prophetæ (vv. 6, 12): propterea

quasi consentiens cum illis, eadem ipsorum verba decantat ; sed ita, ut ex gestu et modo loquendi etiam ipse Achab intelligeret, eum non seriò locutum fuisse. Cujus rei etiam signum erat, quod non adjecerit : *Hæc dicit Dominus*, aut aliquid simile, uti solent, quando vaticinantur, et sicut addit in verbis posterioribus ».

Alias sententias require apud Sanctium.

G. V. D. P.

II

Q. Probando responsum expone utrum omnes homines, absque ulla exceptione, de facto morituri sint.

I. EXPONUNTUR OPINIONES.

R. Catholicorum non una est hac in re sententia. Ut autem quæstionem definiamus, nomine mortis intelligimus mortem proprie dictam, scilicet ipsam separationem animæ a materia, in qua separatione consistit destructio compositi humani ; etiamsi hæc separatio tantum momentanea sit ita ut homo post hanc statim ad vitam revocetur, tamen hac separatione habita vera hominis mors locum habuit. Circa hoc quæsitum duplex datur sententia una quidem affirmans homines omnes absque ulla exceptione morituros esse, altera vero idem negans.

II. EXPONUNTUR ARGUMENTA UTRIUSQUE OPINIONIS.

A. ARGUMENTA OPINIONIS QUÆ TENET : *Omnes homines absque ulla exceptione morituros esse.*

1° In pluribus locis S. Scriptura hoc diserte aut æquivalenter affirmari videtur : a) In Gen. III, 19 dicitur Adamo : *Pulvis es et in pulverem reverteris.* Hoc non tantum omnibus Adæ posteris dicebatur, sed etiam ratio allata, cur omnes dicantur morituri aut in pulverem reversuri, pro omnibus valet. Omnes enim homines *pulvis sunt.* b) In Gen. II, 7 : « *In quacumque die comederis ex eo, morte morieris* »; ad Rom. V, 12 et seqq. « *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et* PER PECCATUM MORS, *et ita* IN OMNES

HOMINES MORS PERTRANSIIT, IN QUO (eo quod) OMNES PECCAVERUNT ». c) Ad Hebr. IX, 27 : « *Statutum est hominibus semel mori* ». d) Universalitas peccati originalis demonstratur ex Rom. V, 12. Locus autem ille hac in re uti classicus habendus est, nec negari potest hanc universalitatem hoc loco affirmari (cfr. Conc. Arans. II, can. 2°, et Conc. Trid. Sess. V, can. 2°). Jamvero ibi dicitur « *Ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccaverunt* ». Si ergo non omnes moriuntur, non amplius potest ex hoc demonstrari omnes peccasse.

2° Pro se hæc opinio habet auctoritatem cathechismi Romani, ipsique patrocinantur Patres latini fere omnes interpretes et doctores catholici plerique.

B. ARGUMENTA OPINIONIS QUÆ TENET : *Homines, quos dies Domini novissimus inveniet, non morituros esse.*

1° In ep. 1ª ad Cor. XV, 51 legitur : « *Ecce mysterium vobis dico : omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* » Huic lectioni vulgatæ, si auctoritas testium, criticorum et contextus ipse inspicitur, præferenda est lectio græca quæ latine vertitur : « *Ecce mysterium vobis dico : omnes quidem non dormiemus ; omnes vero immutabimur* ». Ex hoc textu autem deducitur sententia non omnes morituros esse: etenim: a) *Dormire* (omnes non dormiemus) frequenter applicatur morti in Sª Scriptura sicuti evidenter etiam hic. Jamvero in omnibus locis ubi applicatur morti significat *simpliciter* mortem. (Cfr. I Cor. VIII, 39 ; XI, 30 ; XV, 6 ; Matth. IX, 24 ; Joan. XI, 11). Ergo hic Sus Paulus simpliciter affirmat non omnes morituros esse. b) Si Sus Paulus hîc non dicit non omnes morituros esse, jam in verbis suis nullum habetur mysterium. Jamvero ipsemet asserit se mysterium dicere.

2° Eodem loco versu sequenti, 52° scil., dicitur : « *mortui* (οἱ νεκροὶ) *resurgent... et nos immutabimur.* » Ibi ergo aliqui qui immutabuntur contradistinguuntur a

mortuis. Jamvero certum est omnes esse immutandos. Ergo distinctio hîc non est in eo quod aliqui *(mortui)* non immutabuntur aliqui vero *(nos)* immutabuntur. Ergo sola distinctio esse potest in hoc quod aliqui immutabuntur post mortem per resurrectionem et in resurrectione sua, aliqui vero immutabuntur absque eo quod morientur.

3° In ep. 1ª ad Thessal. IV, 13-16 legitur : « Si enim « credimus quod Jesus mortuus est et resurrexit : ita et « Deus eos qui dormierunt, per Jesum, adducet cum eo. « Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini : quia nos « qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, « non præveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse « Dominus in jussu, et in voce archangeli, et in tuba « Dei descendet de cœlo, et mortui qui in Christo sunt, « resurgent primi (πρῶτον id est *primùm*). Deinde nos, « qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum « illis in nubibus obviam Christo in aëra et sic semper « cum Domino erimus. » In his verbis illi qui tunc vivent contradistinguuntur a mortuis, et dicitur : Nos qui vivi tunc erimus rapiemur in nubibus, sed ne putetis illos qui tunc vivent futuros esse cum Christo ante illos qui mortui sunt *(non præveniemus illos qui dormierunt),* sed mortui resurgent antea, et tunc nobiscum qui resurgere non debemus siquidem adhuc vivimus, et nos cum illis *simul* rapiemur et erimus cum Domino.

4° In Act. Apostol. X, 42 Christus dicitur « *constitutus... a Deo judex vivorum et mortuorum* » et ita etiam legitur in Symbolo Apostolorum Christum « *venturum esse judicare vivos et mortuos* ». Ergo Christus quosdam judicabit adhuc viventes. Cfr. etiam II Tim. IV, 1 et I Petri IV, 5.

C. Respondetur argumentis sententiæ universalitatem mortis propugnantis.

1° Ad rationem adductam sub 1° respondetur : a) cum

S° Chrysostomo hæc verba catenus sonare universalem mortis sententiam quatenus ob peccatum Adami omnes omnino homines facti sunt *morti obnoxii* et *mortales;* b) enuntiationes universales non semper sumendas esse mathematice, quod vel ex eo confirmatur quod, quamvis universalissime affirmatur *omnes peccasse,* exceptio tamen habeatur pro Maria Immaculate Concepta. c) Speciatim pro textu allato Hebr. IX, 27 ibi non affirmari *omnes* homines morituros, sed homines non morituros esse nisi *semel.* d) Ex Rom. V, 12 demonstratur omnes peccasse, sed demonstratio est in hoc: ideo omnes homines morti subjecti sunt quia peccatum contraxerunt; extenditur autem ad eos qui die judicii vivent ex eo quod et ipsi, licet per accidens non moriantur, *mortales* tamen sunt ob peccatum, et ideo etiam ipsi indigent hac immutatione qua *absorbeatur quod mortale est a vita* (2 Cor. V, 4). Hoc sensu, vere etiam ad istos *mors pertransiit,* in eisque *regnavit* (Rom. V, 12, 14).

2° Catechismus Romanus sententiam non imponit; quod quidem confirmatur ex modo quo post Conc. Trid. theologi omni exceptione majores uti Suarez et Lessius hac de re scripserunt.

Ad Patres latinos quod attinet, a) tum ipsis opponitur auctoritas Patrum Græcorum; b) tum negatur inter Patres latinos tantam fuisse unanimitatem (cfr. Corluy, *Spicilegium,* T. I^us^, p. 313); tum ipsorum opinionem explicat satis prædominans apud ipsos lectio vulgatæ *omnes quidem resurgemus (dormiemus), sed non omnes immutabimur,* quæ lectio non est lectio vera. Auctoritas vero interpretum catholicorum magna quidem est sed eorum argumenta sunt expendenda.

D. Respondetur argumentis opinionis universalitatem mortis negantis.

1° a) Metaphora *dormitionis* adhibetur recte tantummodo pro illis qui in statu mortis aliquod tempus ducunt, non vero pro iis qui per mortem momentaneam

transeunt ad statum immortalitatis (cfr. 3 Reg. XI, 43 et seqq. ; Ps. LXXV (LXXVI), 6 ; Is. XIV, 8, 18 ; Ez. XXXI, 18 ; Ez. XXXII, 27 seq. ; Dan. XII, 2 ; Matth. XXVII, 52). Ergo ex eo quod Apostolus dicat *non omnes dormituros esse* non potest concludi non omnes morituros esse. b) Mysterium est in hoc neminem posse sine sui immutatione ad gloriam pervenire. Declarat Apostolus vivos corruptionem quidem sepulchri non subituros, immutandos tamen in momento, per mortem instantaneam et resurrectionem, et in hoc reponit mysterium.

2° Distinctio est in hoc quod aliqui (mortui) in sepulchro quieverint, aliqui vero *(nos)* non.

3° Contradistinctio potest haberi in hoc quod *mortui* illi resurgent antequam vivi illi moriantur.

4° In his locis *vivi* intelliguntur a) vel qui tunc temporis vivent et qui quamvis moriantur tamen fere eodem momento resurgent et nunquam sepulturæ mandabuntur ; b) vel illi qui vivunt eo tempore quo recitantur hæc verba, ita ut verba symboli (et aliorum locorum citatorum) significent : Christus judicabit omnes homines scilicet nos qui nunc adhuc vivimus, et alios qui jam mortui sunt.

III. Conclusio. Quum utraque sententia haud spernendis muniatur argumentis, nec tamen peremptoriis, manet in ambiguo et disputationi relinquitur quæstio.

V. J. C.

III

Q. Ad quamnam reparationem tenetur qui puellam ad fornicationem induxit per fictam promissionem matrimonii ?

R. Vi quidem promissionis teneri nequit, sed ratione injuriæ per deceptionem illatæ tenetur ad damna reparanda. Ideo *regulariter* tenetur ad matrimonium cum puella ineundum, seu ad implendam suam fictam

promissionem. Alio nempe modo, puta dotando puellam, non adæquate reparat injuriam quam intulit : « Si enim solum promisisset dotem, femina non tradidisset corpus suum. Ergo justitia exigit quod fraus illa auferatur, et ponatur consensus qui injuste non fuerat positus. » Lugo, disp. XII, n. 20.

Attamen interdum excusatur ab hac obligatione matrimonii ineundi, ita ut alia reparatio sufficiat, vel etiam nulla requiratur.

Potissimum : 1° Si puella fictionem advertisse censetur, puta ex verborum ambiguitate, magna conditionis diversitate etc. Talem enim seductor reipsa non decepit, sed ipsa se deceptam finxit aut sponte decipi voluit. Quum igitur supponatur abesse omnis injuria efficax, alia etiam reparatio non debetur.

2° Si jam ipsa puella matrimonium renuit, aut ejus parentes matrimonio obstant. At seductor tenetur ad aliam reparationem damni famæ, fortunæ, libertati illati, si ipse in causa fuit cur altera pars juste resiliat.

3° Si putavit esse virginem invenitque corruptam : quo casu neque ad aliam compensationem tenetur, si ipsa se virginem finxerat.

4° Si prudenter timentur ex eo matrimonio majora mala, ut grave scandalum, grave et diuturnum dissidium, ad ipsum matrimonium obligatio manere nequit.

5° Si magna est disparitas conditionis. Quam si cognoverit puella, præsumitur non vere decepta, ut sub 1° diximus ; si ignoraverit, non urget tamen pro seductore obligatio matrimonium ineundi. Etenim « mulier ignorans conditionem viri, nihil aliud petiit quam ut alter ejusdem suæ conditionis vel parum excedentis eam duceret. Si igitur vir multo melioris conditionis illam eo casu sibi matrimonio copularet, redderet plus quam est æquale injuriæ illatæ, dum redderet id quod illa nec petiit nec petere intendit ; et ideo non tenetur eam ducere, sed sufficit si damnum reparet

dotando, vel de nuptiis providendo. » S. Alph. l. 3, n. 643.

6° Interdum si promissor aliquo matrimonii impedimento ligatur. « Qua in re α) evidens est numquam esse contrahendum, si impedimentum nulla dispensatione tolli possit ; integra manente obligatione restituendi aliter damna, si aliunde non deficit illa obligatio. β) Certum item est, si femina conscia erat talis impedimenti et noverat naturam illius, nihil esse restituendum, cum non fuerit decepta mulier. γ) Agendo de impedimento quod tolli possit, si femina, conscia impedimenti, merito intelligere potuit alterum serio promittere et sub conditione auferendi impedimenti, obligatur iste ad matrimonium. Si contra, dolum animadvertere potuit mulier, eo quod impedimentum noverat, et ex aliis adjunctis, deficit iterum injuria efficax, et nihil restituendum est. Si tandem mulier, licet decepta, non cogitavit de impedimento, vel illud ignorabat, nec vir etiam cogitavit nec quidquam de dispensatione significavit, tunc quidem non debet vir petere dispensationem et illam ducere, cum id nec interius promiserit nec exterius significaverit, sed debebit alio modo resarcire damna, ut supra ; attamen si non possit alio modo reparare damna, tenebitur ad procurandam dispensationem et ducendam mulierem. » Ill^s ac Rev^s Waffelaert, *De justit.*, II, n. 375.

Cfr. præsertim Sanchez, *de matr.* l. 1, d. 10; Lugo, *de just.* d. 12, sect. 2 sqq. ; S. Alph. l. 3, n. 642-650.

O. E. D.

IV

Sit casus « mulieris Avenionensis » quem refert Alciatus (*Lucubrat. in jus civ.*, Parergon, l. 9, c. 12) : « Memini, cum Avenione profiterer, fuisse quandam mulierem quæ... habebat plures liberos : quibus, cum moribunda in lecto esset, accersitis : Filii, inquit, mei,

priusquam hac ex vita migrem, ne animæ meæ jacturam patiar, sum vobis quiddam relatura. Unus vestrum est mihi non ex marito conceptus qui rem mariti injuste possidet. Eum vobis nuncupabo, nisi vos nolueritis. Tum filii, cum quilibet de se metueret : Quin, inquiunt, mater, ab hoc onere nos te absolvimus, et mutuo nos liberamus. » Quæritur : 1) an mater quædam adultera tenetur marito suo vel filio suo spurio peccatum suum revelare, si aliter restituere nequit ? 2) Quomodo dijudicas modum agendi mulieris Avenionensis ?

R. ad 1m. Generatim non tenetur. Etenim, ex revelatione marito facta gravissima incommoda sequi nata sunt, odium, vexationes, imo vitæ periculum. Præterea, « aliquando, licet talia non timeantur, merito præsumi poterit maritus non invitus occultationi criminis respectu damni quod subiit, sed malle ut etiam sibi non innotescat tantum uxoris dedecus cum sua propria contumelia et dolore perpetuo, quam ut resarciantur damna temporalia sibi illata. » Tandem « sola etiam infamia matris sufficit ad excusandum, si nempe detrimentum, quod in fama patitur, longe majoris sit momenti quam damnum fortunæ quod aliis ex non restitutione sequitur. » Ills ac Revs Waffelaert, II, n. 379. — Similes rationes matrem excusabunt a manifestatione delicti filio spurio facienda. Ita filii quoque non raro malunt habere filium spurium hæreditatis consortem quam ut propriæ matris crimen detegatur ex quo non parum dedecoris in ipsos filios redundat. Præterea filius spurius tali revelationi difficulter fidem adhibebit ; quinimo communissime docent AA. ipsum hac in re non teneri credere soli testimonio matris, utut fide dignæ : cur ergo sine spe fructus mater tantum onus subiret ?

Diximus tamen *generatim*, quia dari potest casus quo hæc revelatio sit solum medium reparandi injuriam, ac medium vere efficax, simulque supradicta incommoda gravissima non prævideantur oritura, et infamia matris

videatur minoris momenti respectu damni temporalis filiorum præcavendi.

Ad 2m. Male egit, objective saltem, mulier Avenionensis. Etenim condonatio fuit invalida utpote ex metu injuste incusso. Cesserunt jure suo, « cum quilibet de se metueret » ne tamquam spurius publice designaretur. Et revera si mater singulis filiis legitimis secreto dixisset : « est inter fratres tuos spurius aliquis : visne ipsi cedere partem hæreditatis ? » diversa forte fuisset omnium aut aliquorum responsio. Posita invaliditate condonationis, generalis hæc revelatio inutilis fuit, imo valde nociva, cedens nempe in dedecus familiæ et originem præbens malis suspicionibus inter fratres. — Verum quidem est talem condonationem in certis adjunctis posse præsumi validam : si satis apparet eam non fieri ex metu sed libere, ex amore erga matrem et magno affectu ad invicem. Sed si in certis adjunctis præsumere fas est filios post generalem delicti manifestationem libere condonaturos : nonne multo magis præsumendum ipsos præferre ut de tali delicto mater nullo modo loquatur? Nonne, eodem manente temporali damno, præferunt ignorare opprobium matris suæ atque illud molestissimum, quo singuli tota vita premerentur, dubium circa honestatem natalium suorum?

O. E. D.

V

Q. Indica practice modum reparandi læsionem famæ et honoris.

R. I. Pro læsione famæ, distinguere oportet *calumniatorem* et simplicem *detractorem*.

a) Calumniator dicta sua retractare debet modo vere efficaci, etiam cum jactura propriæ famæ aut alio damno : dummodo proprium damnum non longe prævaleat damno alterius. Unde, juxta adjuncta, verbo, scripto, typis, juramento etiam et testibus adhibitis, fateri debet se errasse vel etiam, si necesse sit, se mentitum esse.

b) Detractor nequit dicta sua retractare dicendo se mentitum esse ; sed 1° si ita diffamato prosit, dicere potest et debet se injuste aut male locutum esse, aut etiam se erravisse vel quid simile. 2° Si ita apud audientes astutos nihil efficere valeat ipsosque potius in mala opinione sit confirmaturus, alterum, data occasione, in aliis materiis præsertim affinibus, debitis laudibus efferat ejusque famam bonam promoveat.

II. Pro læsione honoris : modus reparationis multum pendet tum ab indole injuriæ, tum a lædentis ac læsi conditione. « Uno verbo dici potest *in genere* eam reddendam esse (satisfactionem), quæ prudenter sufficiat ad manifestandam æstimationem internam de dignitate personæ offensæ, non obstante manifestatione contraria per injuriam exhibita. » Lugo, d. 15, n. 57. *Speciatim* a) spectata publicitate : honor publice ablatus, publice etiam, id est coram iis qui testes fuerunt contumeliæ, reparandus est ; vel certe ita reparari debet ut satisfactio ipsis innotescat. Honor per occultam contumeliam læsus occulte reparandus est. b) Spectata conditione personarum : « Si superior subditum offendit, plerumque sufficiet amica salutatio, exhibitio benevolentiæ [quæ ex ipsa qualitate dantis majus pretium majoremque significationem habent] ; raro necessaria erit postulatio veniæ, licet aliquando utilis etiam sit ad ædificationem. Æquali offenso, signa solito majora ostendantur, locum honorificum ei cedendo, invitando ad mensam, aut venia petatur. Si inferior superiorem offendit, sæpe necessaria erit et sufficiens veniæ deprecatio humilis ; aliquando tamen non sufficiet attenta gravitate offensæ ; aliquando etiam non erit utilis, ut si displiceat superiori hæc offensæ quasi refricatio, et cupere prævideatur superior alia signa peculiaria honoris, quibus efficacius implicite continetur veniæ petitio, et minore cum dolore adhibetur vulneri medicina. » Ill^s ac Rev^s Waffelaert, II, n. 394.

O. E. D.

VI

Quænam cæremoniæ a celebrante missam privatam sunt servandæ et reverentiæ præstandæ, dum legit Introitum et hymnum *Gloria in excelsis ?*

I. Ad Introitum. — Sacerdos junctis ante pectus manibus, extensis et junctis pariter digitis utriusque manus et pollice dextero super sinistrum posito in modum crucis (Ritus celeb. III, 1), « accedit ad cornu altaris sinistrum, id est Epistolæ ; ubi stans versus altare (ante missale), et producens a fronte ad pectus signum crucis, incipit *intelligibili* voce Introitum missæ » (IV, 2). Ad illius ergo prima verba, *in missis vivorum,* seipsum signat hoc modo : « sinistram ponit infra pectus... *vertit ad se palmam manus dexteræ, et omnibus illius digitis junctis et extensis,* a fronte ad pectus et ab humero sinistro ad dexterum signum crucis format » (III, 5). Absoluto signo crucis « prosequitur junctis manibus » ante pectus. « Cum dicit *Gloria Patri* (si dicendum), tenens junctas manus, caput inclinat versus crucem » (IV, 2) vel versus SS. Sacramentum si expositum est in altari, et inclinatum tenet usque ad *Spiritui sancto* inclusive. Facie autem reversa ad altare vel librum dicit *Sicut erat* etc. et « cum repetit Introitum non signat se, ut prius, et eo repetito, junctis manibus ante pectus accedit ad medium altaris » (ibid.). Si SS. Nomen Jesu occurrit in Introitu, celebrans « caput versus crucem inclinat » (V, 2) vel versus SS. Sacramentum expositum (cfr. decr. 30 Nov. 1895) (1) « et ubicumque nominatur nomen Beatæ Mariæ vel Sanctorum, de quibus dicitur Missa, vel fit commemoratio... semper caput inclinat, non tamen versus crucem » (ibid.) sed « versus librum seu nomen in libro expressum, nisi *in loco principali altaris* habeatur statua vel imago

(1) Collat. Brug. I, p. 93.

B. M. V. aut Sancti, ad quam, quia expressius repræsentant, caput inclinatur » (decr. *in Calagurritana* 13 feb. 1892 ad XXVI). Juxta Cærem. Episc. lib. II, cap. VIII, 46 profundius inclinatur caput ad nomen Jesu quam ad nomen Mariæ et a fortiori quam ad nomen Sanctorum.

In missis autem *de Requie* « cum celebrans ad altare incipit Introitum non signat se, sed manu dextera extensa facit signum crucis super librum, quasi aliquem benedicens » (XIII, 1) ; in hac benedictione, posita sinistra super altare (III, 5 et decr. 7 sept. 1816 *in Tuden.* ad 42), non tangens librum « parvum digitum vertit ei (libro) cui benedicit ; ac benedicendo totam manum dexteram extendit, omnibus aliis digitis pariter junctis et extensis, quod in omni benedictione observatur ». (III, 5). Non dicitur *Gloria Patri* sed post psalmum repetitur *Requiem æternam* » (XIII, 1), semper manibus ante pectus junctis. Notari potest etiam omitti *Gloria Patri* ad Introitum in missis *de tempore* a Dominica Passionis usque ad Pascha et in his missis, finito psalmo, absolute repeti Introitum usque ad psalmum.

II. Ad hymnum *Gloria in excelsis.* — « Dicto ultimo *Kyrie eleison*, sacerdos stans in medio altaris, et manus (*quas junctas habet*) extendens elevansque *usque ad humeros* (quod in omni elevatione observatur), voce prædicta (intelligibili) incipit *Gloria in excelsis.* Cum dicit : *Deo*, jungens manus caput cruci *(vel SS. Sacramento exposito)* inclinat » (IV, 3). « In hac actione, sacerdos manus elevando extendit, et extendendo elevat et jungit, ita ut circulus quasi efformetur, qui incipit ante pectus, ducitur ad *latitudinem* et *altitudinem* humerorum, et terminatur prope vultum, ubi manus rejunctæ (ad verbum *Deo*) demittuntur ante pectus » (Ill. Vanderstappen *De Celebratione SS. Missæ Sacrificii* lib. II, art. II, § 2 p. 107). Quod dicitur extendendas esse manus ad *latitudinem* humerorum, probatur ex

rubrica V, 1 (de ritu celeb.) in qua indicatur modus extendendi manus infra orationes : celebrans « extendit manus ante pectus, ita ut palma unius manus respiciat alteram, et digitis simul junctis, quorum summitas humerorum altitudinem *distantiamque* non excedat, *quod in omni extensione manuum ante pectus servatur* ». — Post verbum *Deo*, celebrans capite « erecto, stans junctis manibus ante pectus prosequitur usque ad finem. Cum dicit : *Adoramus te, Gratias agimus tibi,* et *Jesu Christe, Suscipe deprecationem nostram* et iterum *Jesu Christe,* caput cruci inclinat » (vel SS. Sacramento exposito), et caput inclinatum tenet per omnia illa verba. « Cum dicit in fine *cum sancto Spiritu* seipsum a fronte ad pectus signat, interim absolvens : *in gloria Dei Patris. Amen* ». Ita distribuere potest verba ut ad frontem dicat *cum sancto,* ad pectus *Spiritu,* ad humenum sinistrum *in gloria,* ad humerum dexterum *Dei Patris. Amen.* Post signum crucis manus non junguntur, sed sacerdos extensis hinc inde manibus et super altare positis osculatur illud, juxta decretum 12 Nov. 1831 ad 30, quo ad quæstionem an recte aliqui rubricarum expositores dicant post signum crucis, quod fit in fine *Gloria in excelsis, Credo* et *Sanctus,* manus esse jungendas, etiamsi nihil hujusmodi præscribat rubrica, respondetur *serventur rubricæ.* Rubricæ autem de hac junctione nihil habent.

H. V. D. W.

Evangelia dominicarum

DOM. INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI

—

Simeonis et Annæ prophetissæ testimonium de Christo. Luc. II, 33-40.

Te dien tijde 33. waren Josef en Maria Jesus' moeder verwonderd over hetgene van hem gezeid werd. 34. En Simeon zegende hen, en zei tot Maria, zijne moeder : Zie, deze is gesteld tot val, en tot opstanding van velen in Israël, en tot een teeken, dat wedersproken zal worden, 35. (ook door uwe eigene ziel zal een zweerd gaan) opdat de gedachten uit vele herten geopenbaard worden.

36. En er was eene Profetesse Anna, eene dochter van Fanuël, uit den stam van Aser. Deze was tot grooten ouderdom gekomen, en zij had, van haren maagdom af, zeven jaren met haren man geleefd. 37. En zij was eene weduwe van vier en tachtig jaren, dewelke uit den tempel niet en week, met vasten en bidden *God* dienende nacht en dag. Zij ook, ter zelfder ure daar verschijnende, loofde den Heere, en sprak van hem tot allen, die Israëls verlossing verwachtten.

39. En als zij alles volbracht hadden naar de Wet des Heeren, keerden zij weder naar Galilea, naar hunne stad Nazareth. 40. En het kind groeide op en versterkte, *zijnde* vol wijsheid ; en de genade Gods was in hem.

Notationes

33. *Erat Joseph et Maria mater Jesu mirantes super his quæ dicebantur* « a Simeone præsertim et Anna : tam enim subsequentia comprehendere oportet, quam præcedentia. *De illo,* de filio suo, Jesu. Admiratio plerumque ponit ignorantiam : nam licet Maria et Joseph præcipua jam ante mysteria didicissent, nominatim quòd filius ipsorum Messias esset, futurus Salvator Israelis : potuerunt tamen quædam adhuc ignorasse, ut quòd non omnium Israelitarum Salvator, sed multorum ruina foret, passurus multos eorum adversarios, denique quòd Salvator foret etiam gentium, quæ a Simeone didicerint : paulatim enim mysteria omnia docebantur, etiam Virgo, nec solùm per Deum et Angelos, verùm hominum etiam aliquando ministerio. Atqui eo etiam dato, quòd omnia Virgo noverit, fuit adhuc admirandi argumentum, cùm viderent pluribus a Spiritu sancto mysteria hæc esse revelata, et audirent, præter exspectationem, Simeonem et Annam de puero loquentes, consentanea iis quæ didicerant. Mirabantur ergo, quòd a Spiritu sancto, tot testimonia ac tam magna et aperta, per alios etiam edi de illo videbant. Denique mysteria hæc, quia incomprehensibilia, et facultatem atque intelligentiam humanam excedentia, quoties in memoriam et considerationem ab eis revocabantur, toties novam ipsis admirationem et gaudium excitabant, ut fidelibus omnibus usus venit. Hoc est quod ait Græcus in Catena citatus : *Transcendentium rerum notitia, quoties in memoriam venerit, toties renovat in mente miraculum* » Luc. Brug.

34. *Et benedixit illis,* nempe patri et matri Jesu, *Simeon.* « Gratulatus eis hujusmodi filium, et fausta omnia precatus. *Et dixit ad Mariam matrem ejus,* non Josephum, tùm quòd non agnosceret eum natura patrem, tùm quòd victurus non esset, cùm futura essent

quæ vult dicere ; priùs enim evocatus e vita est, quàm cœperit Jesus publice se manifestare Israeli. *Ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israël.* Non sic in resurrectionem positus est, quemadmodum in ruinam : proprium enim ac genuinum Christo est salvare, accidentale verò perdere : salutis ipse proprie auctor est et causa efficax ; exitii verò occasio dùmtaxat.

Nam propria causà ipsi sibi sunt increduli. Deus quoque Christum, hoc directe fine, et hoc determinate consilio, misit, ac constituit inter Israelitas, ut per ipsum resurgerent ac salvarentur : ut verò Christi occasione damnarentur ac perderentur, non eum sibi præstituit finem, verùm id justo suo judicio permisit exigentibus peccatis eorum » Luc. Brug.

Et in signum, cui contradicetur « Alludit Simeon ad illud Isai. VIII, 18 : *Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum et in portentum Israel. Signum* ergo sive *portentum* vocatur hic mira, nova et a sæculo inaudita Christi ex Virgine generatio, ejusque cœlestis et divina doctrina, vita, mors, resurrectio, miracula, quibus clare significabat et ostendebat se esse Messiam Salvatorem mundi, ac Deum per se exhibuisse mundo redemptionem et salutem a Prophetis promissam. Huic signo Christi non tantum Judæi et Gentes lingua, sed et mali Christiani vita impia contradicunt » a Lapide.

35. *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius* « Tribulatio ac dolor intelligitur ille, quem sensit ex illa omnium contradictione, quæ præcedit, tamquam gladio, quo filius petebatur, et quo in cruce et filius et mater transverberati sunt ; ille patiendo, hæc audiendo et spectando. Incredibili namque dolore transfixum esse Matris affectum fateri cogit cruciatuum acerbitas, diuturnitas, et infamia, blasphemiarum indignitas ac multitudo, omnium in unum conspiratio, omnis consolationis defectus, amoris denique magnitudo, quo talem

Filium, talia coram patientem, talis Mater spectabat » Jans. Ipr. « Hæc omnia prædici Virgini debuerunt, quò animus ejus ad futuros casus magis roboraretur » Jans. Gand.

Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Referenda sunt ista verba ad versum præcedentem : *et in signum cui contradicetur.* « Non agitur hic de singularibus aliquorum cogitationibus, sed de discernendis in populo Judaico probis et impiis, fidelibus ac perfidis. Antequam exhiberetur Christus, videbantur omnes æque propensi in Deum et Christum ; æque omnes Christum a se exspectari, adventumque ejus desiderari profitebantur : ast ubi venit, seque ipsum declaravit, tunc manifestum factum est, qui id vere ac pie desiderassent, qui simulate, aut stolide, qui religiosi, qui irreligiosi essent erga Deum et Christum... Itaque Christo se exhibente, declaratum est mundo, quales fuissent atque essent singulorum Judæorum erga Christum animi : quæ causa fuit Deo permittendi, ut pro libidine Christo abuterentur : quemadmodum permittit hæreses esse, *ut qui probati sunt manifesti fiant,* I Cor. XI. v. 19 » Luc. Brug.

36, 37. *Et erat Anna...* « Anna commendatur ab insigni castitate eaque triplici, scilicet virginali, conjugali et viduali. Videtur Deus studio Annæ ad tantum senium prorogasse vitam, ut Christum videret et prædicaret, æque ac fecit Simeoni » a Lapide.

« Quia parum est esse viduam, nisi pietate commendetur, addit hyperbolicà locutione : *quæ non discedebat de templo :* non quòd in illo habitaret, sed in eo frequenter et pene assidue studio religionis versaretur, *jejuniis et obsecrationibus serviens,* id est, per jejunia et orationes serviens Deo, græce λατρευουσα, seu latriam exhibens ; quod sacrorum Scriptorum usu cultum Deo debitum significat. Ex quo apertum relinquitur tam per jejunium secundum se, quam per orationem coli Deum,

non verò tantùm, quatenus carnem macerando jejunia serviunt orationi, ut vult Calvinus. *Nocte ac die,* id est, assidue, præveniens jam tum præceptum Apostoli I ad Tim. 5. v. 5. ubi viduam jubet instare obsecrationibus et orationibus nocte ac die » Jans. Ipr.

« Jejunium, quod est substractio cibi potusve necessarii ad hoc ut corpus optime valeat, subdit corpus spiritui : oratio autem elevat spiritum in Deum. Itaque cognata sunt et se mutuò fovent, dum jejunium facit, ut non obstet corpus, quo minùs spiritus libere tendat in Deum : oratio aufert desiderium curandi corporis, ita ut vix de eo cogitetur, nisi ubi necesse est : quam ob causam sæpe conjunguntur in sacris Litteris » Luc. Brug.

38. *Confitebatur Domino*, Deo gratias agebat eumque laudabat, quod promissum Messiam misisset, *et loquebatur de illo* puero, affirmans eum esse Messiam patribus promissum, *omnibus* præsentibus et occurrentibus, *qui expectabant* tamquam imminentem *redemptionem Israel,* Israelitici populi liberationem, salutem futuram per Christum.

39. *Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini,* quæ de purificatione matris, de oblatione et redemptione primogeniti statuta sunt, *reversi sunt in Galilæam,* non immediate ex Jerosolymis, sed post interpositam fugam in Ægyptum. Cnf. Liagre.

40. *Puer autem crescebat* corpore, *et confortabatur,* robore membrorum, *plenus sapientia,* « q. d. non tamen simpliciter crescebat sapientiâ, sed ab initio plenus erat ; sicut *et gratia Dei,* stabilis scilicet sine incremento *erat in illo.* Nam his verbis quodammodo præmunivit nos Lucas, ne perperam intelligeremus id, quod infra v. 52 dicit, eum sapientia et gratia profecisse, nimirum ita, ut profectus ille cum hac stabili plenitudine consistere possit » Jans. Ipr. Vide notationes nostras in Evang. Dom. infra Octav. Epiphaniæ, Decembris 1896.

Conclusio

« Considerandum jam, quòd cùm a tribus hominum generibus testimonium acceperit Christus primùm natus, pastoribus scilicet, Magis, et istis duobus senibus, nulli horum sine cœlesti illuminatione Christum agnoverunt, sed tamen diverso modo. Si quidem pastores ab angelis instructi sunt : Magi a stella cœlesti, accedente et hominum ex Scripturis demonstratione : senes verò isti a solo Spiritu sancto mentem eorum illuminante. Si quidem his tribus modis diversis cognitionem sui Deus impartit hominibus, quosdam quidem per angelos docens, alios verò miraculis, accedente hominum prædicatione, ad se vocans, alios autem etiam solo Spiritus magisterio in sui cognitionem deducens...

Quod verò ad moralem attinet sensum, præterquam quod rursùm in his duobus senibus docemur, Christum agnosci non posse nisi cœlesti afflatu Spiritùs, deinde quod agnito Christo et laudandus sit Deus, et ejus gratia aliis prædicanda, etiam id nobis insinuatur, non posse eumdem amoris brachiis comprehendi a puerilibus animis, et adhuc levibus hujus mundi rebus deditis : sed tantùm ab his, qui senili sunt animo, et voluptatibus carnis superiores. Jam nec mysterio vacat, quòd qui primi Christum viderunt pastores, vidisse quidem puerum et cognovisse dicuntur, non autem adorasse : Magi verò etiam adorasse : Senes autem isti etiam brachiis suis ipsum complexi. Nam id etiam verisimile est Annam fecisse. Is enim et in nobis ordo est, ut primùm quidem *Christum agnoscamus,* deinde *agnitum adoremus,* postremùm etiam *amoris brachiis complectamur* » Jans. Gand.

G. V. D. P.

Ex S. Congregat. Indulgentiarum

Indulgentiæ lucrandæ prima feria VI cujusvis mensis et sequentibus feriis VI.

Jam olim *sodalibus confraternitatis SS. Cordis Jesu* concessa fuerat indulgentia plenaria lucranda feria VI prima cujusque mensis (cf. *Collat.*, I, 150).

Nuperrime vero SS. D. N. Leo XIII, decreto S. C. Indulg. diei 7 Sept. 1897 hunc favorem *extendit ad fideles universos,* ita ut quicumque, etiam supradictæ confraternitati non adscripti, lucrari valeant indulgentiam plenariam prima feria VI cujusvis mensis, et insuper indulgentiam 7 annorum et 7 quadragenarum sequentibus feriis VI, quoties confessi et S. Communione refecti, præfatis diebus *infinitam SS. Cordis Jesu bonitatem paululum meditati fuerint* et ad intentiones Summi Pontificis oraverint.

(Cf. *Analecta Eccles.*, 1897, p. 415).

C. C.

Fabriques d'église

Séance légale du mois de Janvier

En exécution de l'article 10 du décret du 30 Décembre 1809, les conseils de fabrique s'assembleront en séance ordinaire le premier dimanche du mois de Janvier prochain.

L'avertissement de la séance sera publié, le dimanche *précédent,* au prône de la grand' messe. Voir les *Collat.*, II, p. 75 s.

La première opération de la séance consistera à pourvoir au remplacement des fabriciens ou marguilliers décédés, démissionnaires, etc., conformément à l'article 6 de l'arrêté royal du 12 Mars 1849. Les conseillers s'occuperont ensuite des autres objets soumis à leurs délibérations.

Dissertationes

I

Dijudicatur theoria D. Ermoni circa authentiam Pentateuchi

Recens in opere periodico: *La science catholique, 1896, Mars, Avril, Mai, Juin, Août,* sub titulo: *Le Pentateuque et la nouvelle critique,* prodiit series quædam articulorum in quibus Auctor, nomine V. Ermoni, Philos. ac S. Theol. Doctor, recensitis primum variis nostri sæculi præcipuorum Rationalistarum (Graf, Ed. Reuss, Kuenen, Wellhausen, Smith, Renan) originem Mosaicam Pentateuchi negantium theoriis atque argumentis, iisque porro nunc perfortiter, nunc vero minus gnaviter repulsis et confutatis, tandem, posthabita veneranda Judæorum et Christianorum traditione, ad hanc generalem ac vere rationalisticam devenit conclusionem: Integri Pentateuchi originem Mosaicam conclamatam videri; ipsum a variis successive auctoribus concinnatum atque completum fuisse; proinde jam non esse demonstrandum Pentateuchum esse opus Moysis, sed ope artis criticæ inquirendum quænam quo tempore Pentateucho nostro documenta sensim accreverint; huic negotio vix incœpto sine mora incumbendum esse, ne mox a Rationalistis veluti critica extorres habeamur; hac in quæstione, utpote libera, utendum esse spiritùs libertate atque independentia quam maxima, ut ne Catholici seriam criticam biblicam floccifacere aut formidare videantur.

Ne vero quis suspicetur nos laudato Auctori falsa imponere, ipsiusmet verba audiamus (p. 895):

« Tirons maintenant une conclusion générale qui résumera notre pensée.

« A l'heure actuelle il semble loisible (oiseux ?) et inutile de s'attarder plus longtemps à défendre, au point de vue d'une critique loyale, l'opinion de l'école conservatrice dans toute sa rigueur, et la *mosaicité* absolue du Pentateuque. Nous croyons qu'il y a un résultat qu'on regarde presque comme définitivement acquis, et que la critique ne revisera très probablement jamais ; c'est que le Pentateuque n'est pas un ouvrage marqué du sceau de l'unité, mais une simple compilation, qui s'est formée successivement avec des fragments d'origine diverse. Dès lors il semble qu'il faille traiter autrement le problème du Pentateuque. On n'a plus à s'efforcer de démontrer que le Pentateuque est l'œuvre de Moïse. Désormais la tâche de la critique devrait consister à faire le classement et le triage des sources et des documents qui sont venus peu à peu s'agglutiner dans notre Pentateuque actuel. Malheureusement cette tâche est à peine ébauchée, et nous sommes encore très loin de la voir achevée.

« En tout cas, tenons nous en garde si nous ne voulons pas à bref délai être mis hors la loi par la critique rationaliste. Ne nous laissons pas trop devancer dans l'œuvre scientifique qui s'accomplit aujourd'hui autour du Pentateuque. Ecartons la question de l'inspiration qui est pour nous une chose absolument certaine. Dans la question des origines du Pentateuque apportons le plus de largeur d'esprit possible, et même la plus grande indépendance, puisque nous sommes sur un terrain libre (1). Ce sera le seul moyen de prouver au rationalisme que les catholiques, loin de redouter les recherches sérieuses, les provoquent, et qu'ils n'entendent nullement se désintéresser de la critique biblique. »

Superius (p. 891) dixerat : « La théorie du bloc a fait son temps en critique ; celle-ci est devenue plus souple

(1) Hîc prudenter notat istius operis periodici Director : « L'auteur de cette étude a seul la pleine et entière responsabilité de ses conclusions. »

et plus analytique. Les plus récents travaux de critique n'envisagent plus le Pentateuque comme un ouvrage unique, à l'examen duquel on procède par des théories générales, des propositions absolues. On est d'accord aujourd'hui, dans le camp de la critique indépendante, pour considérer l'Hexateuque comme le dernier terme d'une longue et lente élaboration. Dès lors, la critique devait changer et a changé en effet de méthode : ses conclusions sont devenues plus modestes : à l'heure actuelle elle s'efforce de faire le triage des sources d'où est sorti l'Hexateuque, de déterminer leur ordre d'apparition, leur date, leur origine, et le mode dont elle sont venues s'agglutiner dans le recueil... Aussi la nouvelle critique a-t-elle une excellente position. Elle peut se retrancher dans son travail d'analyse et attendre que l'opinion traditionnelle lui arrache l'une après l'autre toutes les parties de l'Hexateuque. »

Mira hæc si audienda sunt, quem Majores nostri per 34 sæcula tamquam genuinum ac quoad substantiam integrum Moysis fetum unanimes agnoverunt ac venerati sunt, jam novis independentis criticæ instrumentis veluti semi-spurium truncare atque dissecare oportet, membratimque examinare quid Mosaicam, quid recentiorem præferat originem (1).

Verum omnino persuasum nobis est novam hanc theoriam multiplici titulo rejiciendam esse ; quod quidem *primùm* ostendere conabimur, nonnullas *deinde* ejusdem Auctoris parilis indolis conclusiones particulares recensituri atque dijudicaturi.

(Sequetur.)

G. V. D. P.

---

(1) Sententiam illam jam breviter confutavit R. P. Brucker, in opere period. *Etudes, 1897, I, p. 121 ;* fusius vero R. A. D. Palis, in *La Science catholique, 1897, Mai.* Priori respondit D. Ermoni, in *La Science catholique, 1897, Février : « Un mot d'explication »* ; utrum vero alteri adversario suo responsurus sit, nescimus.

II

De memorialibus defunctorum

« Sancta et salubris est cogitatio, ait S. Scriptura (II Mach., XII, 46) pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur ». Optimum proinde opus præstant sacerdotes illi qui in defunctorum memorialibus seu, uti aiunt, imaginibus, minus profanum defuncti elogium enarrare curant, quam hanc sanctam cogitationem fovere satagunt, quique pias sententias subministrant, eisque oratiunculas adjiciunt ditatas indulgentiis, quarum applicatione animæ purgantes citius a pœnis liberentur.

Quum tamen in hisce memorialibus non raro indicationes inveniantur erroneæ (1), quæ semel sparsæ in indefinitum ab aliis cum magna indulgentiarum jactura repetuntur, non inutile duximus frequentiores errores indicare et corrigere « ut sanctarum indulgentiarum munus pie, sancte et incorrupte fidelibus dispensetur (Conc. Trid. sess. XXV, decr. de indulg.) ».

Sæpe obviam habuimus versionem ultimi versus sequentiæ *Dies iræ : Pie Jesu, Domine, dona eis requiem,* addita indulgentia sive 100, sive 300 dierum sive 7 annorum et 7 quadragenarum. Alias refertur indulgentia unius anni adnexa praxi *pie osculandi* crucifixum. Illæ autem indulgentiæ sunt apocryphæ (2).

Hodie adhuc orationi. *S. Joseph, amice SS. Cordis Jesu, ora pro nobis,* adscribitur non raro indulgentia 100 dierum, quæ revera olim a Pio IX concessa fuit. Verum Leo XIII, rescripto S. Cong. Indulg. 19 Decembris 1891, prædictam invocationem sequenti modo mutari

(1) Ita præ manibus habemus memoriale quoddam in quo referuntur 11 preces indulgentiis (!) ditatæ : quarum quatuor sunt omnino apocryphæ, et tres erroneæ !

(2) Cf. *Nouv. Rev. Théol.* IX, 557, et decr. S. C. Indulg. 14 Apr. 1856 (*Dec. Auth.* n. 376) quo hæc altera explicite ut apocrypha rejicitur.

jussit : *Sancte Joseph, exemplar et patrone amantium SS. Cordis Jesu, ora pro nobis* et in eam transtulit indulgentiam 100 dierum *semel in die* lucrandam (1).

Interdum occurrit sequens oratio ad SS. Cor Jesu : « O minnelijke Jesus ! Om U mijne erkentenis te betoonen en mijne ongetrouwigheden te herstellen, ik, N..., geef U mijn hert, ik offer mij geheel aan U op, en met de hulp uwer gratie stel ik mij voor in het toekomende niet meer te zondigen. » Hanc orationem recitantibus concessit revera Pius VII indulgentiam 100 dierum semel in die lucrandam (2), sed ea tantum conditione ut recitatio fiat *coram imagine SS. Cordis Jesu (Raccolta).*

Formulæ « *Laudetur Jesus Christus. Amen* » in multis memorialibus aliisve foliis additur indulgentia sive 50, sive 100, sive etiam 300 dierum. Jamvero rescriptum Clementis XIII diei 5 Sept. 1759 concedit ut quotiescumque duæ personæ *invicem se salutant,* altera dicens : *Laudetur Jesus Christus,* altera vero respondens : *Amen* vel : *in sæcula,* utraque lucretur indulgentiam 50 dierum (3) *(Raccolta).* Huic autem formulæ in quantum est non mutua salutatio sed singularis oratio, nullibi invenitur adnexa indulgentia.

Recitationi actuum Fidei spei et charitatis adnexa est inter alias (4), indulgentia 7 annorum et 7 quadragenarum, quæ non est alligata determinatæ cuidam formulæ sed lucrifieri potest formula quacumque *dummodo in ea singularum virtutum theologicarum specialia motiva exprimantur.* Proinde non sufficit formula quæ interdum occurrit : « Mijn God, ik geloof in U, ik hoop in U, ik bemin U » sed sufficit hæc altera : « Mijn God ik geloof in U omdat Gij de waarheid zelve zijt ; ik hoop in U

(1) Cf. Beringer, *Les indulg.*, app. II, p. 4.
(2) Cf. præterea *Florilegium*, p. 130.
(3) Alteram indulgentiam vide in *Florilegio*, p. 117.
(4) Cf. *Florilegium*, p. 7.

omdat Gij oneindig goed zijt, almachtig en getrouw in uwe beloften ; ik bemin U uit ganscher herte, omdat Gij het opperste goed zijt en ik bemin mijnen evennaaste gelijk mijnzelven uit liefde tot U ».

Orationi jaculatoriæ « *Dulce Cor Jesu, sis amor meus* » adnexuit Pius IX, 13 Junii 1875 indulgentiam 300 dierum toties quoties lucrandam. Quum autem de concessionis extensione dubia nonnulla exorta fuissent, SS. D. N. Leo P. XIII in audientiis 13 Martii 1890 et 18 Jun. 1892 confirmavit ad cautelam indulgentiam 300 dierum, sed eam ita constrinxit ut jam nonnisi *semel in die* acquiri posset (1).

Tandem et quoad illas preces jaculatorias quæ non habent speciales conditiones adnexas, passim occurrunt errores : sæpe enim non recte indicatur quantitas indulgentiæ, puta 300 dierum, loco 100 vel 50 dierum ; — generatim non additur talem indulgentiam non posse lucrifieri nisi semel in die ; — interdum omittitur orationis pars notabilis, vel in versionibus inducuntur magnæ mutationes. Ita « O Maria sine peccato concepta ora pro nobis qui ad te confugimus (2) » = Cœur immaculé de Marie priez pour nous ! — « Dulce Cor Mariæ, sis salus mea (3) » = « Zoet Hert van *Jesus,* wees mijne zaligheid », vel « Heilige Herten van Jesus en Maria weest mijne toevlucht », vel « H. Hert van Jesus, wees mijne toevlucht en door de verdiensten van uw bitter lijden, bekom uwen dienaar den eeuwigen vrede ! »

Caveant igitur sacerdotes de animabus e purgatorio liberandis vere solliciti, ne majorem quam par est, fidem tribuant imaginibus vel foliis nullius plane valoris

(1) Beringer, *Les indulg.*, append. II, p. 5.

(2) Indulg. 100 dierum semel in die.

(Leo XIII, 15 Mart. 1884.)

(3) Indulg. 300 dierum, quotiescumque.

(Pius IX, (30 Sept. 1852.)

qualia multa ubique circumferuntur. Textus autem orationum desumant ex libro cui tuto fidere possint, puta BERINGER, *Les indulgences,* 2e part., 1e sect. vel *Florilegium,* pp. 9, 62, 111, 113, 118, 124, 128, 130, 132, 135, 136, 144, 155, 158.

His ultimis annis insuper SS. D. N. Leo P. XIII: concessit et animabus purgatorii applicari permisit:

1° Indulgentiam *100 dierum semel in die lucrandam* pie recitantibus :

« Sancta Virgo Maria Immaculata, Mater Dei, Mater nostra, tu pro nobis loquere ad Cor Jesu, qui tuus Filius est et Frater noster ».

(20 Dec. 1890.)

« Ecce crucem Domini! fugite, partes adversæ; vicit leo de tribu Juda, radix David, Alleluia ! »

(21 Maii 1892.)

« Domine Jesu, doce nos orare, sicut Patrem orasti, ut omnes unum sint ».

(9 Mart. 1893.)

« Cor Jesu, flagrans amore nostri, inflamma cor nostrum amore tui ».

(16 Jul. 1893.)

« Sancte Michael Archangele, defende nos in prælio, ut non pereamus in tremendo judicio ».

(19 Augusti 1893.)

« Dulcissime Jesu, da mihi fidei, spei et charitatis augmentum, cor contritum et humiliatum ».

(13 Sept. 1893.)

2° Indulgentiam *50 dierum semel in die lucrandam* contrito corde orantibus : « Salvator mundi, miserere nobis ».

(21 Febr. 1891.)

3° Indulgentiam *50 dierum bis in die lucrandam* pro devota recitatione orationis : « Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum, vitam æternam ».

(17 Decemb. 1892.)

Notetur tandem in his precibus seligendis generatim præferendas esse, cæteris paribus :

a) Breviores quæ minus spatium occupent et memoriæ facilius imprimantur.

b) Quibus major indulgentiæ dierum numerus adnectitur.

c) Quarum indulgentia acquiri potest non semel aut bis in die sed *quotiescumque* oratio contrito corde et devote recitari contingit.

C. C.

Jurisprudence administrative

I

Fabriques d'église — Mode de convocation aux réunions extraordinaires du Conseil

Dépêche du Ministre de la Justice au Gouverneur du Hainaut

Bruxelles, le 3 Septembre 1897.

Monsieur le Gouverneur,

En réponse à votre lettre du 24 Août 1897, 2e Don nº 77282, j'ai l'honneur de vous faire remarquer que l'art. 10 du décret du 30 Décembre 1809 ne fait pas de distinction entre les séances ordinaires et les séances extraordinaires au point de vue du mode de convocation. Il stipule uniment que l'avertissement de chacune des séances du conseil de

fabrique sera publié le dimanche précédent au prône à la grand'messe : « Le conseil s'assemblera etc. », dit l'article. « L'avertissement de *ses* séances sera publié le dimanche précédent au prône de la grand'messe ». Si le texte portait le mot *ces*, le sens serait autre, et le mode d'avertissement prescrit ne pourrait être employé que pour les quatre séances ordinaires des mois d'Avril, Juillet, Octobre et Janvier dont il est question dans le premier aliéna de l'art. 10. Mais la portée de la disposition est générale et celle-ci s'applique non seulement à ces séances, mais à toutes celles que les conseils de fabrique peuvent tenir.

Il n'existe donc aucune obligation de convoquer soit par écrit, soit verbalement à domicile, les membres du conseil de fabrique. Quant au bourgmestre, membre de droit, il est censé être catholique en vertu de l'article 4 du décret, et assister en conséquence à la messe du dimanche, comme les fabriciens électifs. Il se trouve donc dans les mêmes conditions qu'eux. *Légalement donc, l'avertissement au prône le dimanche précédent est seul imposé et suffit pour les séances extraordinaires comme pour les séances ordinaires.*

Le Ministre de la Justice,
Begerem.

Observation. Cette dépêche tranche une question pratique fort controversée. Parmi les commentateurs du décret de 1809, plusieurs soutiennent que, pour les réunions extraordinaires du conseil, il est *nécessaire* que chacun des membres soit convoqué par écrit ou verbalement à domicile (1). D'autres, dont l'opinion se trouve confirmée par la présente dépêche, reconnaissent comme *suffisant* le mode de convocation prescrit par l'article 10, qu'ils appliquent par analogie aux séances

(1) Citons Versluysen, *Handboek voor de kerkfabrieken*, bl. 19; Brixhe, (dans les deux éditions), V° *Séances du conseil de fabrique;* le *Journ. belge des fabriq.*, T. III, p. 318 ; Moulart, *Des fabriq. d'églises*, 8me édit., p. 275 ; Leroy, *Instructions pratiques*, etc., p. 252, note (3) ; Pilette, *Traité de l'adm. des fabriq. d'églises*, p. 43 ; Dieulin, *Guide des curés*, 5me édit., T. I, p. 53.

extraordinaires ; toutefois ces auteurs n'excluent pas la convocation particulière faite à chaque fabricien, et quelques-uns font observer que ce dernier mode est indispensable lorsque la réunion doit avoir lieu dans un bref délai qui ne permette pas d'attendre le dimanche pour publier l'avertissement au prône (1). Au surplus, il importe de ne pas perdre de vue que, d'après la doctrine et la jurisprudence, il faut toujours mettre un délai d'au moins deux jours francs entre la convocation et la réunion (2).

En résumé donc, l'avertissent au prône le dimanche précédent suffit pour les séances extraordinaires comme pour les séances ordinaires, pourvu qu'il soit observé un délai d'au moins deux jours francs entre la convocation et la tenue de l'assemblée. S'il n'est pas possible d'observer ce délai en publiant l'avertissement au prône du dimanche, il sera nécessaire de convoquer individuellement chaque membre. Du reste, nous pensons que, dans tous les cas, il est permis de suppléer à la convocation faite au prône au moyen de la convocation à domicile, verbale ou écrite (3). L'envoi d'une lettre d'avis est préférable à la convocation verbale.

C. V. C.

---

(1) Voir en ce sens Delcour, *Traité de l'adm. des fabriq. d'églises*, p. 28, nº 38 ; Lauwers, *Code de droit civil ecclésiastique*, p. 124 s. ; Daris, *Mémorial belge*, an. 1872, p. 261 ; Les *Pandectes belges*, Vº Conseil de fabrique, nº 72 s. ; De Brabandere, *Compendium juris canonici*, edit. 5a, nº 1017 ; de Corswarem, *Uitlegging der wetten over de kerkfabrieken*, nºs 104 et 105 ; Affre, *Traité de l'adm. tempor. des paroisses*, édit. belge, p. 44.

(2) Voir Dieulin, Daris, Lauwers, Moulart, Leroy, De Brabandere, de Corswarem, *Pandectes*, ll. cc. ; arr. roy. des 20 Avril 1873, 16 Juin et 3 Septembre 1879, 23 Décembre 1882, 1er Mars 1892 et 21 Janvier 1895 (*Collationes*, II, p. 76).

(3) Tel est l'avis quasi unanime des auteurs. Voir, dans le même sens, jugement du tribunal de Huy du 15 Août 1880 (*Rev. de l'admin.*, 1882, p. 382).

II

Fabrique d'église — Donation d'un local pour l'enseignement de la doctrine chrétienne

—

Un arrêté royal en date du 11 Octobre 1897 (*Moniteur*, p. 4437) autorise la fabrique de l'église de Saint-Jacques, à Cappellen, à accepter aux conditions prescrites la donation d'une propriété sise en cette commune, d'une contenance globale de 10 arcs, 68 centiares et composée de : *a)* une parcelle de jardin et la salle y construite, avec droit de passage ; *b)* une bande de terrain de 2 mètres de largeur sur une longueur de 68 mètres, le tout ayant une valeur de 6,958 francs, « sous la condition, pour la fabrique de l'église donataire, *de faire servir la salle prémentionnée à l'enseignement de la doctrine chrétienne aux enfants qui se préparent à la première communion, et, pendant le temps nécessaire, à ceux qui ont fait la première communion* ».

Observation. Comp. les arrêtés royaux du 16 Août 1896 (*Collationes*, I, p. 626 ss.) et du 13 Juillet 1897 (*Collationes*, II, p. 536).

CORRIGENDA

Pag. 106, lin. 24, loco *sine illo* — lege : *sine ullo*

Pag. 168, lin. 18, post verba : *in missa sabbati*, adde : *sancti et explicit cum missa sabbati*

INDEX

Documenta Romana

Pag.

Constitutio apostolica SS. D. N. Leonis XIII *De prohibitione et censura librorum.* (24 Januarii 1897). . 153

Epistola Encyclica SS. D. N. Leonis XIII *De Spiritu Sancto.* (9 Maii 1897). 361

* * *

Ex S. Rom. et Univ. Inquis. — Conceditur facultas Belgii fidelibus vescendi carnibus die 1ª Januarii in fer. VI incidente. (28 Nov. 1896). 51

Responsum circa authenticitatem textus S. Joannis, Epist. I, cap. V, 7 : *Tres sunt* etc. (13 Jan. 1897). 354

Prohibetur usus fœcundationis artificalis. (24 Martii 1897). 412

Solvitur dubium circa absolutionem a reservatis S. Pontifici. (16 Junii 1897). 594

Ex S. Congr. Concilii. — Dubium circa renovationem Baptismi fœto collati. (16 Martii 1897). 353

Ex Secretaria Brevium. — Conceditur specialis indulgentia *Tertiariis S. Francisci.* (23 Febr. 1897). , . 279

Ex S. Congr. Indulgentiarum. — Sanatur erectio et sodalium adscriptio congregationum *Tertii Ordinis S. Francisci* in Belgio. (11 Mart. 1896). . . 52

Quandonam *cruces, coronæ etc. jam benedictæ* amittant indulgentias, si vendantur (10 Jul. 1896) — vel alio modo transeant ab una manu ad aliam. . . 101

Formula piarum laudum « *Benedictus Deus* » amplificatur et indulgentiis augetur. (2 Feb. 1897). . . 166

De recitatione « *Angelus Domini* » et « *Regina Cœli* ». (20 Maii 1896). 168

Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo simul cum aliis scapularibus jungi potest, non autem unica formula benedici et imponi. (11 Mart. 1897). 280

Sanatur *Tertiarorum* S. Francisci professio invalida ex defectu novitiatus anni completi. (30 Maii 1897. . 488

Conceduntur indulgentiæ : plenaria pro *prima feria VI mensis,* 7 ann. et 7 quadrag. pro sequentibus feriis VI). (7 Sept. 1897). 630

Ex Vicariatu Urbis. — Dubia varia circa adsociationem a S. Familia. (28 Mart. 1897). 413

Pag.

Ex S. Congr. Rituum. Decretum *in Strigonien.* circa commemorationem SS. Sacramenti expositi in festis Domini; de missa votiva solemni Patroni transferendi certis diebus non cantanda; circa festum classicum particulare, an transferendum immediate post octavam privilegiatam; de missa rogationum in festo S. Marci, an legenda vel cantanda, deque commemoratione S. Marci vel Dominicæ in ea facienda; de commemoratione vigiliæ Ascensionis omittenda in missa rogationum quæ unica est in aliqua ecclesia; de conclusione hymnorum et responsorio brevi ad Primam in Dominica tertia adventus infra octavam Immaculatæ Conceptionis B. M. V. (3 Julii 1896). 52

Decretum *in Strigonien.* de seligenda tertia oratione *ad libitum;* de missa propria SS. Rosarii non celebranda ut votiva; de missa proprio officio conveniente non celebranda in ecclesia aliena etiam si color idem sit, (3 Julii 1896). 103

Decretum *Montis Albani.* Prohibitio recitandi litanias, quæ non inveniuntur in Breviario vel Rituali, complectitur etiam quamlibet earum recitationem a pluribus conjunctim in ecclesiis vel oratoriis publicis factam, absque ministri Ecclesiæ *qua talis* interventu. (20 Junii 1896). 104

Decretum *Romana.* In altari in quo fer. V et VI majoris hebdomadæ exponitur SS. Sacramentum repræsentatur sepultura Christi et institutio SS. Sacramenti. An ornari possit statuis aut picturis B. M. V., Sanctorum etc.? (15 Dec. 1896). 105

Decretum *in Quebecen.* De festis quarum solemnitas transfertur in Dominicam: dubia circa prohibitionem missæ in oratorio privato et missæ exequialis, obligationem celebrandi pro grege, facultatem conferendi ordines; circa Dominicas in quas solemnitas transferri potest; de omissione vel simplificatione alicujus solemnitatis, in quibusdam casibus. (6 Martii 1896). . . . 234

Decretum *Romana* interpretativum Decreti « *Aucto* » 8 Junii 1896 de missis *de Requie* permissis in sacellis sepulcreti et de missis privatis in die vel pro die obitus. (12 Jan. 1897). 281

Decretum *Romana* circa festum SS. Cordis Jesu quoad externam solemnitatem translatum. (23 Julii 1897). 544

—

Pag.

Documenta Episcopalia

Acta Congr. Prosynodalis habitæ Brugis, die 1 Junii 1897. 424

Epistola Ill^mi ac Rev^mi Episcopi Brugensis ad clerum suum *circa usum Ritualis Romani*. 601

—

Meditationes theologicæ

Meditationes theologicæ ab Illmo ac Rev^mo Episcopo Brugensi G. J. Waffelaert clero suo dicatæ. . . . 1
113, 177, 297, 417, 497, 553.
(*Sequetur*).

—

Conferentiarum quæstiones et responsa

Ex S. Script. Veteris Testam.

An I Reg. XXVIII, 11-20 verus Samuel Regis Saul oculis objectus fuit? Quis hunc virum coram Saul deduxit? Probatur responsum. 10

Enarratur II Reg. VIII, 14 « Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium ». 58

Explicatur II Reg. VIII, 18 « Filii autem David *sacerdotes* erant. 122

Componitur II Reg. XXIV, 14 cum Hebr. X, 31, necnon cum Dan. XIII, 23. 188

An Abisag, de qua III Reg. I, 2-4, fuit vera uxor Davidis, an vero ancilla tantum? Probatur responsum. 242

An et quare licitum fuerit matrimonium Salomonis cum filia Pharaonis III Reg. III, 1. 378

Conciliatur III Reg. VIII, 13 cum VIII, 27, et cum Act. Ap. XVII, 24. 508

Ostenditur nullum esse mendacium in verbis Michææ prophetæ: « Ascende, et vade prospere, et tradet eam Dominus in manus regis » III Reg. XXII, 15. . 610

Pag.

Ex S. Script. Novi Testam.

Explanatur Luc. VII, 47 : Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. 13

Explicatur Luc. IX, 53-56 : Et non receperunt eum, quia facies ejus. 59

Exponitur Act. II, 22 : « Viri Israelitæ... interemistis ». 123

Ostenditur bonorum communitatem, de qua Act. Ap. II, 44, 45 ; IV, 32, 34, 35, prorsus differre à bonorum communismo atque collectivismo socialistico. . 188

Demonstratur Christum sese corporaliter præsentem Saulo conspiciendum præbuisse Act. Ap. IX, 3. . 243

Indicatur quo fine spiritus Pythonicus puellam de qua Act. Ap. XVI, 16 incitaverit ut Paulum ejusque socios subsecuta, clamaret dicens : *Isti homines servi Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam veritatis ;* necnon quare Paulus verum hoc dæmonis testimonium moleste tulerit. 309

Probatur Act. Ap. XX, 7 sermonem esse de celebratione Eucharistiæ 435

Enarratur Eph. II, 3 : *Eramus natura filii iræ, sicut et ceteri.* 563

Ex Theologia Dogmatica.

Ex tractatu de Deo Creatore.

Explicatur quisnam fuerit Deo *finis operantis* in creatione rerum. 17

Explicatur quisnam fuerit in creatione universi *finis operis.* 63

Ex S. Scriptura demonstratur existere Angelos, atque Angelos esse substantias spirituales per se subsistentes, ab hominibus distinctas iisque superiores, sed Deo inferiores. 126

Ex S. Scriptura demonstratur virtutem Angelorum esse finitam et limitatam ; speciatim eos non novisse naturaliter et cum certitudine futura libera, secreta cordium et mysteria gratiæ. 192

Exponitur quid sit possessio dæmoniaca et demonstratur veros haberi dæmoniacos seu a dæmone possessos. 246

Breviter disseritur de signis possessionis diabolicæ. 310

Pag.

Demonstratur protoparentes immediate a Deo creatos esse, totumque genus humanum ex Adamo originem ducere. 379

Ex S. Scriptura demonstratur protoparentes nostros fuisse a Deo exornatos donis supernaturalibus gratiæ et sanctitatis. 436

Ex Rom. V, 12 sqq. probatur verum dari peccatum originale. 509

Ex Gen. III, 14 sq. comprobatur dogma Immaculatæ Conceptionis B. M. V. 565

Ex tractatu de Novissimis.

Duplex catholicorum sententia circa quæstionem utrum omnes homines, absque ulla exceptione, de facto morituri sint, exponitur cum suis argumentis. . 611

Ex Theologia Morali.

Ex tractatu de Justitia:

De legitima institutione proprietatis privatæ. . 21

De temperamentis quæ juri possidendi accedunt ex indigentia non possidentium. 24

De inventione thesauri. 69

De efficacia in foro interno liberativæ præscriptionis quinquennalis et brevioris. 72

De legis civilis potestate irritandi contractum. . 129

De obligatione promissionis gratuitæ. . . 130

De reductione donationum sive legatorum ad portionem disponibilem. 197

De promissione non revocandi testamentum. . 200

De proxenetis et de famulis nomine sui domini ementibus. 253

De obligatione oriunda ex ludo. . . . 256

Explicatur effatum: consentienti non fit injuria. 316

An injuriam committat qui alterum inducit ad ebrietatem. 318

Demonstratur duellum, privata auctoritate initum, ex ipso jure naturæ esse prohibitum. . . . 319

Determinatur *quantitas* injustæ diffamationis proximi per actus internos. 386

Pag.

Determinatur *qualitas* injustæ diffamationis proximi per actus externos. 390

Determinatur quantitas et qualitas injustæ inhonorationis proximi. 392

Explicatur et vindicatur distinctio materiæ furti in *absolute* et *respective* gravem. 441

Furti materia absolute et respective gravis pro nostris locis et temporibus, quantum fieri potest, determinatur. 443

Materia gravis in furtis domesticis. 451

Explicatur duplex titulus sive radix restitutionis. . 514

Possessor bonæ fidei rei alienæ quid restituere debeat. 515

Item possessor malæ fidei. 517

De reparatione damni injuste illati cum culpa veniali. 568

De reparatione damni per sua animalia, suos pueros, famulos, alumnos illati. 570

De obligatione restituendi in solidum. . . . 571

Determinatur obligatio illius qui puellam ad fornicationem induxit per fictam promissionem matrimonii. 615

Resolvitur casus « mulieris Avenionensis » circa revelationem proprii adulterii. 617

Indicatur practice modus reparandi læsionem famæ et honoris. 619

—

Ex jure canonico-civili.

Des conditions requises pour la validité des élections accidentelles faites par les conseils de fabrique. . 74

Des formalités prescrites pour la régularité des délibérations des conseils de fabrique. 134

A qui incombe l'obligation de pouvoir aux réparations du presbytère et de l'église ? 201

Des dispositions testamentaires ordonnant des messes *une fois dites* ou des services perpétuels. 257

Du droit des fondateurs de déterminer le taux des honoraires des services fondés. 394

De l'autorisation exigée pour les baux consentis par les fabriques d'église. 453

Pag.

Des formalités à remplir par les fabriques pour vendre une propriété fonçière. 518

De l'autorisation requise pour acheter ou vendre des meubles d'église ou des fonds publics. 573

—

Ex S. Liturgia.

Quænam a Diacono et Subdiacono infra missam solemnem, non exposito SS. Sacramento, faciendæ sunt genuflexiones unico genu ? 27

Quænam præscripta sunt circa mappas, corporalia et pallas, quibus utendum est in celebratione missæ ? 323

Quænam cæremoniæ a celebrante missam privatam sunt servandæ et reverentiæ præstandæ, dum legit Introitum et hymnum *Gloria in excelsis ?* 621

—

Evangelia Dominicarum

Ad usum homiliticum explicata.

Dom. V post Epiph. Parabola zizaniorum. Matth. XIII, 24-30. 31

Dom. I Quadrag. Jejunium quadragesimale et triplex tentatio Jesu Matth. IV, 1-11. 81

Dom. de Passione. Jo. VIII, 46-59. 138

Dom. II post Pascha. Jesus bonus pastor. Jo. X, 11-16. 207

Dom. Pentecostes. Jo. XIV, 23-31. 263

Dom. IV post Pentec. Piscatus miraculosus. Luc. V, 1-11. 327

Dom. VIII post Pentec. Parabola de villico improbo. Luc. XVI, 1-9. 399

Dom. XIII post Pentec. Decem leprosi sanati. Luc. XVII, 11-19. 457

Dom. XVII post Pentec. Maximum Legis mandatum Christus cujus filius? Matth. XXII, 35-46. . . . 463

Dom. XXI post Pentec. Parabola de servo debitore. Matth. XVIII, 23-35. 522

Dom. III Adventûs. Joannis Baptistæ de Christo testimonium. Jo. I, 19-28. 577

Dom. infra Octav. Nativ. Domini. Simeonis et Annæ prophetissæ testimonium de Christo. Luc. II, 33-40. 624

—

Pag.

Dissertationes

De l'usage des cloches et des clochers des églises. 36, 93, 228, 403, 481, 529 et 583
Dijudicatur nova quædam conciliatio Matthæi X, 10 : *neque virgam*, cum Marco VI, 8 : *nisi virgam tantum*. . 87
De catechizandis pueris. 148, 468
Interprétation de la disposition finale du § 1 de l'art. 9 du décret du 30 Décembre 1809. 172
Circa Matth. I, 19 : *Voluit occulte dimittere eam*. . 212
De SS. Cordis promissionibus. . . 219, 269, 334
De effato Si Hieronymi : *omnis dives aut iniquus aut hæres iniqui*. 339
Du droit des fondateurs de déterminer le taux des honoraires des services fondés. 394
Des maisons vicariales. 538
Exponitur ac repellitur theoria D. Ermoni circa authenticitatem Pentateuchi. (*Sequetur*). . . . 631
De memorialibus defunctorum. 634

—

Législation civile

Loi portant modification aux droits successoraux du conjoint survivant. — Cum adnotationibus præliminaribus. 46

—

Fabriques d'église

Cfr Vo **Dissertationes**, Vo **Jurisprudence** et Vo **Quæstiones**

Devoirs des fabriciens au mois de Mars — Séance du premier dimanche — Visite et entretien des bâtiments. 90
Séance du mois d'Avril — Elections. . . 143
Séance légale du mois de Juillet — Examen et vote du budget. 349
Séance du premier dimanche d'Octobre. . . . 528
Séance légale du mois de Janvier 1898. . . 630

—

Pag.

Jurisprudence administrative

De l'usage des cloches et des clochers des églises. 36, 93, 228, 403, 481, 529 et 583

Les honoraires des prédicateurs constituent une dépense obligatoire de la fabrique. A. R., 5 et 28 Janvier 1897. 276

Circ. min. du 27 Mars 1896 rappelant aux admin. fabric. la défense de détacher ou d'aliéner les objets d'art ou historiques placés dans les églises. 350

Tout subside provincial sera refusé pour les travaux supplémentaires effectués sans autorisation aux édifices du culte. Circ. du Gouv. de la Fl. Occ., 9 Janvier 1897. 352

Nécessité de désigner l'église dans les dispositions avec charges de services religieux. A. R., 15 Mai 1897. 410

Donation d'un local pour le catéchisme. A. R., 23 Juillet 1897. 536

Frais de chauffage — Dépense obligatoire. A. R., 15 Juin 1797. 536

Maisons vicariales. A. R., 15 Janv. 1897. Commentaire. 538

Comptabilité — Reprises. A. R., 3 Juin 1897. . 590

Décisions diverses : Recommandations au prône (A. R., 6 Août 1897) — Frais de processions (A. R., 25 Août 1897) — Maisons vicariales (A. R., 25 Août 1897) — Fondation d'une seconde messe les dimanches et jours de fête (A. R., 7 Sept. 1897) — Indemnité de binage accordée par la commune (A. R., 8 Sept. 1897). 592

Mode de convocation aux séances extraordinaires du conseil des fabriques d'église. 638

Donation d'un local pour l'enseignement de la doctrine chrétienne. 641

—

Jurisprudence des cours et tribunaux

Du recouvrement des honoraires dus à raison d'obsèques religieuses — Droit du curé. Arrêt de Cassation, 28 Janvier 1897. 278

Cfr V° *Dissertationes,* De l'usage des cloches et des clochers des églises.

—

Pag.

Consultationes

Utrum *licite* servetur usus divendendi panes vel cereos benedictos? Utrum panes vel cerei, si vendantur, *benedictionem* amittant? 54

Circa assistentes funeribus hæreticorum et funeribus civilibus. 106

Circa *panes St Antonii.* 110

Utrum Sacerdos alius quam ipsemet celebrans possit post missam *de Requie* facere absolutionem? . . 168

Circa extensionem dispensationis quadragesimalis officialibus viæ ferreæ concedi solitæ. . . . 171

La disposition finale du § 1 de l'art. 9 du décret du 30 Déc. 1809 est-elle applicable aux *élections?* Quand y a-t-il *partage?* Le président a-t-il voix prépondérante au vote même qui amène le partage? . . . 172

An diaconus osculari debeat manum celebrantis ad oblationem panis et vini in missa solemni coram SS. Sacramento exposito? 240

De mutandis *viæ crucis* stationibus. 285

De modo concludendi Laudes officii defunctorum. 288

De formulari missæ adhibendo in votivis S. Joseph. 290

Utrum per abrasionem totalem crustæ interioris amittatur ecclesiæ consecratio vel benedictio? Utrum tanquam polluta habenda sit ecclesia quæ in usus profanos conversa fuit?. 292

De textu orationis « *En ego, o bone Jesu* ». . . . 295

Circa modum administrandi baptisma in casu necessitatis. 355

Quo loco poni debeat oratio *Fidelium,* quando occurrit dicenda in Missa de die vel votiva? 356

Circa naturam actus charitatis. 414

Utrum repetenda sit confessio probabiliter tantum valida? 415

Utrum ratione instantis præcepti paschalis excusari possit infirmus a lege jejunii naturalis? . . 488

Utrum parochus assistere valeat matrimonio ancillæ ex parochia sua oriundæ, in aliena regione famulantis? 493

De usu facultatum collectorum pii operis a *Propaganda Fide:* quis illis gaudeat? An sufficiat signum crucis ad adnectendas indulgentias apostolicas, S. Birgittæ et viæ crucis? 496

Pag.

Utrum Confessarii in diœcesi Brugensi gaudeant facultate absolvendi a simpliciter reservatis Episcopo in *Precibus XL horarum?* 545

Ubinam signandum sit signo crucis Evangelium in missa? 546

Circa proclamationes antenuptiales faciendas extra parochiam actualis habitationis sponsorum. . . 595

Ad lucrandam indulgentiam plenariam vi benedictionis Apostolicæ in articulo mortis, an nomen Jesu pronuntiari debeat ab ægroto ? 598

Indulgentia *altaris privilegiati* debeatne applicari animæ pro qua missa celebratur? 599

—

Libri dijudicati

Scópuli vitandi etc., auctore F. X. Godts. . . 56

Institutiones Theologiæ moralis, auctore E. Génicot. . 111

Parochiale Christene Gildenbond, door H. Van den Driessche. 359

Tractatus de Indulgentiis, auctore L. Lauwerys. . 416

Catena Evangeliorum, auctore L. Delplace. . . 547

De prohibitione et censura librorum, auctore A. Vermeersch. 548